





IO. GEORGII WALCHII

BIBLIOTHECA PATRISTICA

LITTERARIIS ANNOTATIONIBUS INSTRUCTA.

EDITIO NOVA
AUCTIOR ET EMENDATIOR

ADORNATA

A


IO. TR. LEBR. DANZIO,

D. THEOL. ET IUR.

IENAE
SUMTU BIBLIOPOLII CROEKERIANI
MDCCCXXXIV.










IO. GEORGII WALCHII

BIBLIOTHECA

PATRISTICA

LITTERARIIS ANNOTATIONIBUS
INSTRUCTA.




EDITIO NOVA
EMENDATIOR ET MULTUM AUCTIOR

ADORNATA
AB

IO. TRAUG. LEBR. DANZIO,

D. THEOL. ET IUR. PROF. THEOL.

IENAE
SUMTU BIBLIOPOLII CROEKERIANI
MDCCCXXXIV.



VIRIS

SUMME VENERABILIBUS, CLARISSIMIS, AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS

D. HENR. AUG. SCHOTTIO,

D. LUD. FRID. OTTONI BAUMGARTEN - CRUSIO,


D. ANDR. THEOPH. HOFFMANNO,

IN FACULTATE THEOLOGICA COLLEGIS CONIUNCTISSIMIS

S. P. D.

EDITOR.

In beneficiis, quae divini numinis benivolentia tam multa, tam varia, tam magna, tam admiranda in me contulit, hoc non ultimo loco habendum existimo, quod ex eo inde tempore, quo Professoris munus in hac Academia mihi demandatum est, Vobiscum docendi, negotia gerendi, vitam agendi copia mihi facta est: et primum qui-



IO. GEORGII WALCHII

BIBLIOTHECA PATRISTICA

LITTERARIIS ANNOTATIONIBUS INSTRUCTA.

EDITIO NOVA
AUCTIOR ET EMENDATIOR

ADORNATA

A

IO. TR. LEBR. DANZIO,
D. THEOL. ET IUR.

IENAE
SUMTU BIBLIOPOLII CROEKERIANI
MDCCCXXXIV.

IO. GEORGII WALCHII

BIBLIOTHECA

PATRISTICA

LITTERARIIS ANNOTATIONIBUS
INSTRUCTA.



EDITIO NOVA
EMENDATIOR ET MULTUM AUCTIOR

ADORNATA
AB
IO. TRAUG. LEBR. DANZIO,
D. THEOL. ET IUR. PROF. THEOL.

IENAE
SUMTU BIBLIOPOLII CROEKERIANI
MDCCCXXXIV.

dem Tecum, mi SCHOTTI, magnum apud Noſtros ornamentum, qui, perelegans et nobile ſortitus ingenium, nullum in Te officium probi, diligentisque Academiae doctoris deſiderari es paſſus, quique candoris et pietatis, doctrinae et eloquentiae nomine omnibus maxime es commendatus; Tecum deinde, mi BAUMGARTEN-CRUSI, in quem natura nihil, quod laude dignum eſſet, non congeſſit, qui, verſatus in omnis aevi monumentis et eruditione atque doctrina praeclare ornatus, eximium ſane et plane ſingulare decus in omni literarum genere Tibi comparaſti, et de quo dubitandum, utrumne Academiam noſtram beatiorem dicamus, quae Te habet profeſſorem, an nos profeſſores, qui Te habent collegam; tum Tecum, mi HOFFMANNE, qui cum literarum, tum negotiorum tractandorum capaciſſimus, et ad partes in vita difficillimas adminiſtrandas ut pauci idoneus, literas Ebraeorum, Syrorum, Arabum et omnino, quicquid reconditae et interioris ſapientiae Oriens tenet, es complexus, et Vobiscum denique omnibus coniunctis, in quibus equidem

incertus haereo, utrumne prius et potius merita Veſtra in rem publicam noſtram laudem, an favorem in me Veſtrum, et liberalitatem facilitatemque, quorum innumera exſtant teſtimonia, amem.

Quae cum ita ſint, ad me pertinere cenſui, quam religioſe a primis inde temporibus, quibus multa et iucunda conſuetudo coniuncti inter nos ſumus, me obſtrinxerim ad ſtudium cultumque nominis Veſtri Veſtrarumque virtutum, non ſolum *palam* profiteri, ſed etiam curare, ut poſteritati, ſi fieri id poſſet, innotescat. Cui rei faciendae cum equidem omnino ſim impar, quippe qui ingenioli mei fetus qualescunque non niſi mox periturae chartae credere queam, peropportunum mihi accidit, quod bibliopolii Croekeriani proprietarius, vir honeſtate et probitate inſignis, a me peteret, ut ipſi novam editionem libri, quem ſummi apud Noſtros et Exteros nominis theologus, Io. Ge. Walchius, de re patriſtica conſcripſerat, curarem. Com-

ergo grati atque obſervantiſſimi omnium
ım animi memoriam, ſequentibus aevis
am, Viro cuius vita multis praeclarisque
ıentis ad omnem memoriam eſt commen-
cuiusque nomen iamiam immortalitati tra-
. eſt.

Ne vero ignoretis, quod in noviter edendo
conſilium ſequutus ſim, et quid mihi ſpecia-
ropoſitum fuerit, paucis Vobis, Viri doctiſſimi
humaniſſimi, rem omnem explicabo.

Firmiter tenens, me non eſſe vocatum ad
ati rationem excuſandam vel utilitatem labo-
monſtrandam, neque ad novum librum ſcri-
ım, ſed ad iam ſcripti et editi, et divenditi
pluribus deſiderati libri novam editionem
ıandam, religioſe me ipſum ab omnibus pro-
, quae extra mandatum eſſent meum et qui-
... ᵂᵃˡᶜhio deleviſſe ſuſpectum me

io tantum
s memoria
; quas huma
ı licet auten
ae emendatu
ı non parvu
ipſam abſol
ıa, nihil addi
: Quae emer
ami; quar
ıt, ii etia
ıa, ſine
ıs po
ıroı

in eo tantum laborans, ut quae Viri giens memoria erraverat, corrigerem, as, quas humana parum caverat natuem. Licet autem prima mihi fuerit cura, axime emendatum exhibere librum, erranen non parvum errorem, si ab omni me ipsum absolverem, et iis, quae ego averim, nihil addi ulterius posse, serio vultu erer. Quae emendavi, sine omni ostentaemendavi; quare spero, fore, ut si qui sunt, id vident, ii etiam ea, quae ego peccaverim it erraverim, sine strepitu corrigant.

Walchius porro ab adolescentia doctrinae, ad normam librorum symbolicorum Ecclesiae Lutheriae compositae, ex animo adhaerens, eamque ab adversariorum impetu armis doctrinae et scientiae fortiter et perpetuo defendens ac tegens, etiam in hoc libro haec animi sui sensa significavit. Ubicunque res secum ferre vel occasionem commodam adesse sibi visum est, interposuit iudicium suum de rebus dogmaticis ex mente Orthodoxi Lutherani, si non semper et omnino a veritate,

ab aequitate certe et moderatione probandum. Qnamvis non omnibus in locis cum Walchio consentire possim, ab omni tamen reprehensione vel correctione me abstinui, probe sciens, quam variabilia sint Virorum doctorum his in rebus opinionum commenta, quae delet dies et dies restituit, et quantopere Walchii faciem tali conatu immutem.

Maxime vero in id incubui, ut titulo libri *Bibliothecae patristicae*, satisfacerem. Summa ergo cura et diligentia non solum ea, quae post Walchii tempora ad promovendum studium patristicum prodierunt, conquisivi et locis suis annotavi, sed etiam plura, quae Auctor vel non sine consilio omiserat, vel quae eius diligentiam effugerant, si ad rem aliquid facere mihi viderentur, ab ipso iamiam allatis addidi. Aliquot libros ipsis meis oculis videre mihi non contigit, licet maxime in notis habuerim; quare iis contentus esse debui, quae sparsim in aliis libris excerpta habebantur. Saepius singulos loquentes videtis et nomina sua profitentes; sed non semper spatium dabatur,

oracula magnatum consulendi. Si qui sunt, qui porro aliquid addi potuisse iudicant, ii cogitent velim, mihi inter operis terminos subsistendum fuisse. Quo iure autem haec mea editio auctior nominari possit, vel numerus paginarum paragraphorumque demonstrare potest.

Locos plures, ex Patribus graecis, qui apud Walchium latina tantum versione legebantur, lingua originali adscripsi, et alia ex utriusque linguae Patribus, quae in epitomen coacta dederat, ipsis Auctorum verbis attuli, ita ut instar Chrestomathiae patristicae esse possint. Caeterum omnes et singuli, qui in libro citantur loci, cum monumentis contuli, ex quibus desumta sunt.

Operam denique et laborem consumsi in indicibus quam copiosissimis et accuratissimis conficiendis. His enim multum iuvari libri utilitatem, facile quisque perspiciet, cum distributio argumenti in capita, qualis Walchio placuerat, operam conquirendi, quae de singulis Patribus scitu digna exhibentur, paulo difficiliorem reddat.

Haec fere ſunt, Viri doctiſſimi, quae in hac nova libri Walchiani editione a me praeſtita ſunt. Videtis exilem tantum et fugientem gloriolae ſplendorem exinde ad me pertinere poſſe. Quare hoc unum animus me meus addere iubet, ut obſervantiam ergo Vos meam non ex operis dignitate, ſed ex veritate ſinceritateque voluntatis aeſtimetis. Valete mihique favere pergite.

Ienae a. d. XVI Febr. MDCCCXXXIV.

PRAEFATIO AUCTORIS.

LECTORI BENEVOLO.

Eorum, quae praefari mihi conftitutum eft, initium pia iuftaque cauffa adductus, a laudatione caeleftis benignitatis, in fcribendo libro hoc abunde mihi monftratae, facio. Dei gratia, quam in labore hoc expertus fum, magna eft ac plane fingularis. Contigit triftiori cafu, ut de altiore librorum fcala delaberer ac quamvis nulla vis corpori ac partibus eius fieret ac Deus clementiffime efficeret, ut omnia membra a periculo tuta effent atque integra ac proprio pofita loco permanerent; tamen lapfus hic non parum exftitit mihi calamitofus. Iacui plane proftratus: omnem fere movendi me vim amifi: fpaftici dolores ex lapfu remanferunt: dolores illi, qui ex lumbis in artus inferiores fe extendunt, nunc continuo, nunc per intervalla fumma cum vehementia affligunt: eundi facultatem fi non penitus tollunt, imminuunt tamen iftam ac difficilem reddunt: animum

viresque corporis debilitant. Quum in ſtatum hunc translatus eſſem, Bibliothecam hanc conſcribere iam coeperam; non plura autem, niſi duae plagulae, compoſita erant. Eam ob rem omnem cogitationem de libro hoc abſolvendo atque in publicam lucem emittendo abieci, in perſuaſionem adductus, ſi in decreto de Bibliotheca hac evulganda permanerem, acturum me eſſe, quod vanum ſit ac voluntati divinae adverſetur. Spe tamen melioris valetudinis recuperandae ac fideli aliorum hortatione incitatus, priſtinum laborem recepi ac ſingulari gratia Dei adiutus, in eo tam feliciter progreſſus ſum, ut librum ipſum nunc iuris publici facere queam atque in lucem emittere, non in flore aetatis; ſed quod etiam in magnis Dei beneficiis numerandum eſt, in ſenectute annorum LXXVII. Ita benignus Deus, miſericors in caelo Pater, erga me abunde probavit, ſe *poſſe omne longe longeque copioſius facere, quam nos poſcere, aut cogitare:* ſe eſſe *conſilio mirum et ratione magnum.*

De Bibliotheca hac ipſa, quam nunc ad publicum uſum transfero, deque illius ratione dixiſſe ſufficiat, eam habere ſimilitudinem, imo convenientiam cum Bibliotheca theologica, antea a me edita. Spectat iſta ad Patres ordinis ſacri atque eorum ſcriptorum notitiam ſuppeditat, quae ad illos pertinent. Argumentis ſuis quum iſta inter ſe differant, ordinis ratio poſtulavit, ut ea

certis classibus distinguerem, seu varia, uti dicuntur, capita constituerem atque ad ordinem eorum disponerem. Quod *primum* locum obtinet, Capite exponitur de *vitis rebusque Patrum Ecclesiae*, iis nimirum, qui istas enarrarunt. Memoratis his, Caput *secundum* sequitur de *scriptis Patrum illorumque editionibus*. Non de singulis eorum editionibus disserui, cuiusmodi syllabos iam dudum ab aliis accepimus, sed de quibusdam tantum iisque, quae prae reliquis celebres sunt atque in exsistimatione habentur. Tres earum classes constituere ac referre possumus ad primam *antiquissimas*, sive illas, quae non longe post natam typographiam prodierunt; ad secundam *antiquiores*, quae seculo sexto ac decimo lumen adspexerunt, inprimis studio Erasmi; ad tertiam denique *recentiores*, emissas in Gallia, maxime cura Monachorum Benedictinorum, in Anglia, Belgio, Hispania, Germania, quibus singularia Patrum scripta adduntur atque itidem recensentur, separatim nimirum in lucem edita. Patrum monumenta coniunctim ad publicum usum translata sunt, in certis voluminibus, quae *Bibliothecae ac Catenae Patrum* dicuntur. De his Capite *tertio* exposui ac postquam de illis atque earum editionibus generatim commentatus sum, narrantur Bibliothecae particulares, sive speciales atque inter has dogmaticae et polemicae, asceticae, homileticae, historicae: Bibliothecae Patrum apostolicorum,

Poetarum chriſtianorum, iuris canonici veteris, poſt quas Bibliothecas Patrum eorum Catenae commemorantnr. In operibus his recenſendis Thom. Ittigius egregia quidem ſtudia iam poſuit ac de *Bibliothecis et Catenis Patrum variisque veterum Scriptorum eccleſiaſticorum collectionibus, tractatum* ſingularem publicae luci expoſuit; illum tamen ea ratione conſcripſit, ut et aliis relinqueret, in quibus ingenia ſua exercerent. Ordinem ego non ſolum mutavi, ſed multa quoque, ab Ittigio pratermiſſa, addidi.

Omnibus his expoſitis, pergo in narratione de libris Patrum ac Capite *quarto* diſputo de *ſcriptis Patrum Eccleſiae adulterinis, controverſis, corruptis ac deperditis;* Capite *quinto* autem de *ſcriptis Patrum Eccleſiae, in linguas Europaeas converſis,* de eorum interpretibus cum antiquioribus, maxime Rufino ac Gennadio, tum recentioribus, qui Patrum monumenta converterunt in linguas hiſpanicam, anglicam, gallicam, belgicam, italicam, ſuecicam, germanicsm ac Capite *ſexto* de *ſcriptis Patrum Eccleſiae, expoſitis atque illuſtratis,* ſpeciatim de iis, qui ipſa Patrum ſcripta ediderunt ac notas adiunxerunt, qui monumenta haec notis variorum inſtruxerunt, animadverſiones ſuas ſeparatim vulgarunt ac praeterea ſingulares commentationes in ſcripta Patrum compoſuerunt.

Omnibus his explanatis, converto me ad reliqua capita enarranda, quae maxime ad Patrum

eruditionem, dogmata, praecepta variarum diſciplinarum theologicarum, errores ſpectant. Sequuntur iſta hoc ordine *ſeptimum* de *Patrum Eccleſiae eruditione, maxime profana ac humana*, ſpeciatim de iſtorum grammatica, rhetorica, poëſi, hiſtoria atque antiquitatum ſtudio, philoſophia, inprimis de logica, doctrina morali, phyſica: *octavum* de *Patrum Eccleſiae eruditione ſacra, ſpeciatim theologia exegetica*, ubi exponitur de iis, qui praecepta hermeneutica ſcripſerunt, operam ad verſiones codicis ſacri contulerunt, interpretationes ſcripturae divinioris reliquerunt, item metaphraſin, ſubſidia ad explananda oracula divina, maxime geographiae ad chronologiae ſuppeditarunt, viam monſtrarunt ac loca ſcripturae, quae inter ſe pugnare videntur, concilianda: de vitiis etiam Patrum exegeticis: *nonum* de *Patrum Eccleſiae eruditione ſacra, ſpeciatim theologia dogmatica*, quo capite Patres in iisque teſtes veritatis evangelicae praeter alios enarrantur, una cum illis, qui teſtimonia haec recenſuerunt, illuſtrarunt, vindicarunt: *decimum* de *Patrum Eccleſiae eruditione ſacra ſpeciatim theologia polemica*, praecipue de illorum ſcriptis contra paganos homines, iudaeos, haereticos, ac de Patrum ratione diſputandi contra adverſarios: *undecimum* de *Patrum Eccleſiae eruditione ſacra, ſpeciatim theologia ſymbolica: duodecimum* de *Patrnm Eccleſiae eruditione ſacra, ſpeciatim theologia catechetica; tertium ac deci-*

mum de *Patrum Ecclesiae eruditione sacra, speciatim theologia morali,* de iis qui doctrinam moralem explanarunt partim oblata occasione; partim ex instituto, ea discrepantia, ut alia eorum scripta maxime pertineant ad ethicam christianam, alia ad iurisprudentiam divinam, quo loco et quaeritur, quali in pretio Patrum theologia moralis habenda sit, hacque occasione illorum errores morales recensentur. Ad capita, iam enumerata, duo alia: *quartum ac decimum* de *Patrum Ecclesiae erroribus theologicis, maxime dogmaticis: quintum ac decimum* denique de *Patrnm Ecclesiae usu atque auctoritate* adiunxi. Haec est summa eorum, quae Bibliotheca haec complectitur. De ratione, qua in ista componenda usus sum, iam antea animadverti, me in hac quoque sequutum esse methodum, quam in *Bibliotheca theologica* adhibui. Deus efficiat benigne, ut liber hic uberiorem materiam ad gloriam eius amplificandam praebeat atque aliorum commodis atque utilitati multum serviat. Vale, BENEVOLE LECTOR, mihique fave. Ienae d. XXX. April. anni christiani MDCCLXX.

BIBLIOTHECA PATRISTICA.

Caput I.
DE VITIS REBUSQUE PATRUM ECCLESIAE.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Exponitur, quinam Doctores per Patres Ecclesiae sint intelligendi §. 1.
Recensentur Scriptores 1) *de Patribus Ecclesiae generatim* §. 2. 2) *de Patribus Ecclesiae, strictiore sententia sic dictis* §. 3. *Ac* 3) *de singularium Patrum Ecclesiae vitis rebusque* §. 4—10.

§. 1.

Quum nomen *Patrum Ecclesiae* varie sumtum eique vel strictior, vel latior significandi vis tributa sit, mirari haud debemus, aetatem illorum varie definiri iisque tempus nunc brevius, nunc longius adsignari. Quodsi per *Patres*, uti par est, antiquiores Doctores intelligimus, prae aliis puriore doctrina pariter ac vita pia de civitate christiana optime meritos, illi praecipue *Patres* appellandi erunt, qui sex prioribus seculis vixerunt. Hique sunt Patres, ad quorum Bibliothecam conscribendam adgrediemur, ita tamen, ut quidam aetate inferiores, tanquam Viri, Patribus proprie sic dictis similes, per vulgarem loquendi usum adiungantur.

Nonnulli existimarunt, solos Apostolos dignos esse, qui *Patres* appellentur, ac sufficere, si reliqui Episcopi *Filii* illorum vocentur, hacque in re Augustinum *Enarrat. in Psalm.* 45. sequuti sunt. Alii putant, *Patres* floruisse usque ad aetatem Augustini, quum plurimae traditiones tempore isto disseminari atque

a Chriſtianorum coetibus adprobari coeperint. Alii iis Doctoribus nomen *Patrum* tribuunt, qui usque ad Sec. XII., ſ. ad originem theologiae ſcholaſticae floruerunt. Jo. GERHARD in *Method. ſtudii theolog.* p. 280. tres Patrum ordines conſtituit: primum eorum, qui a temporibus Apoſtolorum usque ad Concilium Nicaenum vixerunt, ſ. ad a. Chr. 325; ſecundum illorum, qui a tempore Concilii hujus usque ad Conſtantinopolitanum ſecundum, ſ. ad a. 681: celebres fuerunt; tertium denique eorum, qui a temporibus Concilii Cſtpolitani II. usque ad originem theologiae ſcholaſticae, ſ. ad a. 1172, quo Petrus Lombardus vixit, famam atque exiſtimationem quandam conſequuti ſunt. Sunt quoque, qui vocabulum *Patrum* tam late ſumunt, ut per illos omnes Scriptores eccleſiaſticos intelligant, qui usque ad ſacrorum emendationem vixerunt, quemadmodum titulus *Bibliothecae maximae Patrum* oſtendit. Nobis accuratius ſentire videntur, qui Patres referunt ad VI priora Secc., ad Gregorii M. tempora, quibus Romanorum Praeſulum dominatus, a Phoca Imp. confirmatus, maxime eruperit ac, quae adhuc coepta fuerit, dogmatum, morum, rituum ac conſuetudinum depravatio multum augeri coeperit. Videantur: Jo. GERHARD l. c. p. 244. ANDR. RIVET, in *Tract. de PP. auctoritate*, Opp. II, 1047. GISB. VOET, in *Selectt. Diſſertt.* I, 78. IO. FRANC. BUDDEUS, in *Iſagoge ad theol. univerſ.* p. 535. Qui de origine et notione nominis *Eccleſiae Patrum* edoceri vult, adeat praeter FRANC. NAGY in D. *de notione Patris Eccl.* Tyrnav. 1776. 8. *). VIT. ANT. WINTERUM in *Krit. Geſch. d. älteſten Zeugen und Lehrer des Chriſtenthums* p. 3.

*) Hic eruditus Hungarus contendit, numero Patrum excludendos eſſe omnes laicos, imo et clericos Epiſcopo inferiores. Solis duntaxat Epiſcopis hunc honorem habendum eſſe ſtatuit. Neque eos, etſi epiſcopali dignitate, praecellenti doctrina atque ſalubribus ſcriptis praefulſerint, Patrum nomine dignos iudicat, quicunque poſt initia Sec. VII floruerunt.

§. 2.

Inter ſcripta de Patribus primum locum iis adſignamus, in quibus vita resque eorum narrantur. Quum autem varia illorum genera ſint, ordinis ratio poſtulat, ut iſta recenſeantur diſtincte, atque in certas *Claſſes* dividantur. *Tres* illarum conſtituimus, atque ad *primam* referri poſſunt, qui de Doctoribus ac Scriptoribus eccleſiaſticis commentati ſunt *generatim*, iique tum antiquioris, tum recentioris aetatis.

Ad numerum eorum, qui *antiquioris* aetatis ſunt, ad quos ſemper recurrere neceſſe eſt eos, qui paullo ſolidius haec ſtudia tractare et de antiquis Eccleſiae Doctoribus edoceri cupiunt, pertinent:

HIERONYMUS († 420) in *Catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum ſ.* Lib. de *Viris illuſtribus*; GENNADIUS *Maſſilienſis*, († 493) de *Scriptoribus eccleſiaſticis*; ISIDORUS *Hiſpalenſis* († 636) et ILDEFONSUS *Toletanus*, († 667) Lib. de *Scriptoribus eccleſiaſticis*; HONORIUS *Auguſtodunenſis*, († c. 1125) de *Luminaribus Eccleſiae*; SIGEBERTUS *Gemblacenſis*, († c. 1112) de *Scriptoribus eccleſiaſticis* et HENRICUS *Gandavenſis*, († c. 1295) Lib. de *Scriptoribus eccleſiaſticis*. Omnia haec ingenii monumenta praeter illud, quod eſt ILDEFONSI *Toletani*, coniunctim in lucem produxit SUFFRID. PETRUS, Leovardienſis, ſub titulo: *De illuſtribus eccleſiaſticis Scriptoribus Auctores praecipui veteres, Hieronymus, Stridonenſis Presb., Gennadius* etc. *partim antea excuſi, partim nunc demum in lucem editi, omnes autem in congruum ordinem redacti et perpetua chronologia illuſtrati et vett. Codd. tum excuſorum, tum mſptorum collatione ab infinitis mendis repurgati et annott. haudquaquam poenitendis commentati.* Colon. 1580. 8. Collectionem eiusmodi, locupletiorem autem atque accuratiorem, etiam curauit AVBERT. MIRAEUS in opere, cui titulum

praefixit: *Bibliotheca ecclesiastica* s. *Nomenclatores* VII *veteres — auctariis et scholiis illustrati.* Antverp. 1639. fol., quo Ildefonsus *Toletanus*, a Suffr. Petro omissus, locum obtinuit. Horum exemplum sequutus est Jo. Alb. Fabricius in *Bibliotheca ecclesiastica.* Hamb. 1718. fol. ita tamen, ut illorum industriam longe superaret. Praeter VII Scriptores, antea iunctim editos, atque in his praecipue Hieronymum ac Gennadium, emendatiores atque annotationibus aliorum ac propriis illustratos, exhibet: Veterem Hieronymiani libri interpretationem graecam, quam vocant Sophronii; *Anonymum Mellicensem*, Sec. XII ut videtur Scriptorem, a Bern. Pezio primum *) evulgatum; Petrum, Diaconum, Monachum et Bibliothecarium, *Casinensem* circa initium Sec. XII florentem, de *Viris illustribus Monasterii Casinensis*, c. Supplemento Placidi Romani, itidem Monachi et Diaconi Casinensis exeunte Sec. XVI viventis, et Jo. Bapt. Mari annotatt.; Jo. Trithemium, Abbatem Spanhemensem, († 1516) de *Scriptoribus ecclesiasticis*, c. notis editoris, et Aub. Miraei *Auctarium de Scriptoribus ecclesiast.* c. Ejusd. *Bibliothecae ecclesiast. parte altera*, quae de Scriptoribus Sec. XVI et XVII agit, et praeclara eruditiss. Virorum notitia referta est.

Aetate *recentiore* itidem fuerunt, qui de Scriptoribus ecclesiasticis universe exponerent, s. prioris, s. posterioris Foederis tempore illi floruerint. Ad horum ordinem pertinent:

Steph. Lusignanus, cuius exstat: *Catalogus Virorum illustrium V. et N. T. nec non omnium primitivae Ecclesiae, c. Successoribus Pontificum in Eccl. Rom., Cstpolitana, Antiochena, Alexandrina et Hierosolymitana, in Eccll. pariter Aquileiae, Ravennae, Mediolani, Parisiorum ac in aliis antiquioribus Galliarum Ecclesiis, c. caussis dissensionis Ec-*

*) Ad calcem Ejusd. *Bibliothecae Benedictino-Maurianae.* Aug. Vind. 1716. 8.

desiae Rom. et Orientalis. Par. 1580. 8. qui liber ramus quidem, sed mediocris utilitatis est.

Sim. de Voyon, qui scripsit: *Catalogue des Docteurs de l'Eglise de Dieu, tant de ceux, qui ont été dès le commencement du monde, contenus aux S. Ecritures, que de plusieurs, qui ont puis après succedé par ordre iusqu' à notre tems.* Rupell. 1607. 8.

Ant. Possevin, cuius *Apparatus sacer ad Scriptores V. et N. T., eorum interpretes, Synodos et Patres latinos ac graecos, horum versiones, Theologos scholasticos, quique contra haereticos egerunt, ceter.* prodiit primum Venet. 1603 sq. deinde multo locupletior et emendatior Col. Agripp. 1708. II. fol. Non pauca sunt vitia, ob quae vastum hoc opus iure reprehenditur.

Rob. Bellarmin, qui reliquit: de *Scriptoribus ecclesiast. Lib., c. adiunctis indicibus* XI, *et brevi chronologia ab orbe condito usque ad a.* 1612. Rom. 1613. 4. et cura *I. Sirmondi.* Par. 1616. 4. Liber hic, satis notus ac celebris, saepe litterarum formis descriptus, emendatus, illustratus, continuatus est, nominatim a Phil. Labbeo (Par. 1660. II. 8.) Andr. du Saussay (Tulli Leucor. i. e. *Toul,* 1664. 4. et Colon. 1684. 4.), et Casim. Oudino (Par. 1682. 8.)

Auctores, quorum studio in lucem edita est: *Magna Bibliotheca ecclesiastica s. Notitia Scriptorum ecclesiast. veterum ac recentiorum, in qua ordine alphabetico continetur Auctorum sacrorum V. et N. T., Auctorum apostolicorum et SS. Patrum vitae Compendium, et eorum scripta enumerantur.* Tom. I. Colon. Allobr. 1734. fol.

Scriptoribus his ii adiungendi sunt, qui in enarrandis Auctoribus ecclesiasticis, speciatim tempore Foederis posterioris claris, operam posuerunt. Generis huius sunt, quae sequuntur, ingenii monumenta:

Jo. Trithemii *Collectanea de ecclesiast. Scriptoribus,* quae, postquam saepius publicae luci expo-

ſita eſſent et aucta, multùm emendatiora numeriſque capitum, notis atque indice chronol. - alphabetico inſtructa, ab Jo. Alb. Fabricio in *Bibliothecam* ſuam *eccleſiaſt.* translata ſunt. Incipit Trithemius a Clemente Rom. et Scriptores 970 recenſet.

Phil. Melanchthonis *Libellus de Scriptorib. eccleſiaſt.* Viteb. 1539. 8. Additis ejusdem Melanchthonis Oratt. de vitis Ambroſii, Auguſtini et Hieronymi, denuo hunc librum recenſuit et praefatione edidit *Ge. Theod. Strobel.* Norimb. 780. (12 gr.) Sermo autem in hoc libello minus de Scriptoribus eccl., quam de illorum ſcriptis et horum autoritate.

Jo. Schopfii *Academia J. Chr. h. e. Brevis deſcriptio Chriſti, SS. Apoſtolorum, celebriorum Patrum ac Doctorum Eccl. usque ad Lutherum incluſive.* Tubing. 1563. 4. iterum auctior cur. *Jo. Himmelii*, Spirae 1616. ac germanice, interprete *Ge. Draudio.* Frcf. 1625. 8., qui liber non magnam prae ſe habet exiſtimationem.

Aub. Miraei *Bibliothecae eccleſiaſticae*, antea commemoratae, acceſſit Liber de *Scriptoribus eccleſiaſticis*, qui ab a. Chr. 1444. quo Trithemius deſinit, usque ad a. 1641. vixerunt, tamquam pars poſterior, Antuerp. 1649. fol., qui poſtea in Jo. Alb. Fabricii *Bibliothecam eccleſiaſticam* tranſiit.

Jo. Gerhardi *Patrologia ſ. De primitivae Eccl. chriſt. Doctorum vita ac lucubrationibus, Opuſc. poſthumum. Acceſſerunt de Scholaſticis, hiſtoriae eccleſiaſticae Scriptoribus, tum aliis quoque recentioribus nonnullis, Judicia varia,* qui liber poſt Auctoris obitum in lucem exiit, cur. *Io. E. Gerhardi*, filii, Ienae 1653. 8. et tertium ibid. 1673. 8.

Jo. Chph. Meelführeri *Corona C. Patrum et Doctorum Eccl., oſtendens eorum natales, educationem, res geſtas, ſcripta, tum genuina, tum ſuppoſititia, naevos et errores.* Gieſſ. 1670. 4. Ex D. Scriptoribus, a Bellarmino enarratis, C. tantum

selegit, eosque, uti dicit, primarios, qui nucleus antiquitatis ecclesiasticae merito adpellari queant, ac quosdam, a Bellarmino omissos, addidit. Initium facit ab Herma ac definit in Bernhardo.

Jo. Gfr. Olearii *Abacus patrologicus s. Primitivae et succedaneae usque ad augustae Reformationis, a theandro Luthero peractae periodum, Eccl. christianae Patrum atque Doctorum maioris minorisve auctoritatis, Historicorum, it. et Scholasticorum, eorumque aetatis, patriae, sortis,* ceter. *ut et quae exstant, scriptorum alphabetica Enumeratio.* Ien. 1673. 8. Opusculum hoc, ordine litterarum dispositum, et in supplementum Patrologiae Jo. Gerhardi elaboratum, ab Auctoris filio, *Io. G. Oleario*, locupletatum ac sub titulo: *Bibliotheca Scriptorum ecclesiast.* c. *Io. Franc. Buddei* praefat. editum, Ien. 1711. 4. inter veteres huius generis libros facile praestantissimus est.

W. Cavei scripta generis huius varia, vti sunt: 1) *Tabulae, quibus Doctores et Scriptores ecclesiast. eorumque patria, ordo, aetas et obitus in Synopsi exhibentur,* a. n. Chr. ad a. 1519. Lond. 1674. fol. et Hamb. 1676, fol. cura *Rud. Capelli*; 2) *Chartophylax ecclesiasticus, quo prope MD. Scriptores ecclesiastici indicantur, a Chr. n. usque ad a* 1517. Lond. 1685. 8. Paul. Colomesius iuris publici fecit: *Paralipomena ad W. Cavei Chartophylacem ecclesiasticum,* iterum atque iterum edita: 3) *Historia litteraria Scriptorum ecclesiasticorum,* cuius operis pars prior lucem adspexit Lond. 1688. fol. ejusque *Appendix,* quam H. Wharton composuit, quaque de Scriptoribus ecclesiasticis ab a. 1300. ad a. 1511. disseruit, Lond. 1689. fol. Prior haec pars c. Appendice denuo litteris descripta est, Genev. 1693. fol. ac sequuta est illam pars posterior, Lond. 1698. fol. qua plures, quam DC. Scriptores, anteaque praetermissi, editi, mspti, deperditi recensentur. Ex quo illa in Anglia prodierat, itidem Geneuae litterarum formis

impressa est, non solum separatim, 1699. fol., sed etiam coniunctim cum parte priore 1708. fol. ac 1720. fol. Post mortem Auctoris noua editio totius operis adornata atque additamentis, quae ille mspta reliquerat, instructa prodiit Oxon. 1740. 43. II. fol. recus. Basil. 1741. 45. II. fol. Opus hoc quondam pro praeclaro et diligente cura elaborato habebatur, sed re curiosius explorata, iudicium de eo mutatum est. Narrat enim Auctor magis ea, quae subito ipsi memoria, abunde quidem rerum istarum cognitione imbuta, suggereret, quam quae necessaria vel scitu iucunda essent.

L. Ellies du Pin *Nouvelle Bibliothèque des Auteurs ecclésiastiques, contenant l'hist. de leur vie, le catalogue, la critique et la chronologie de leurs ouvrages; le sommaire de ce qu'ils contiennent; un iugement sur leur style et sur leur doctrine; et le dénombrement des differentes éditions de leurs oeuvres.* Paris 1686—1711 XLVII. 8. Amstel. 1690—1715. XIX. 4. Editio tertia est Paris. 1699 sqq. LXI. 8. Exemplar huius operis integrum exhibere debet: *Prolegg.* 3 Voll., *Sec. I—III.* 2 Voll., *Sec. IV.* 3 Voll., *Sec. V.* 4 Voll., *Sec. VI.* 1 Vol., *Sec. VII. VIII.* 1 Vol., *Supplem. Sec. IV—VIII.* 1 Vol., *Sec. IX.* 1 Vol., *Sec. X—XII.* 4 Voll., *Sec. XIII—XV.* 4 Voll., *Sec. XVI.* 5 Voll. *Auteurs séparés de l'Eglise* (1718) 4 Voll, quae rarius occurrunt; *Sec. XVII.* 7 Voll. *Histoire ecclésiastique du XVII Siècle* 4 Voll., *Sec. XVIII.* 2 Voll. *Continuation p. Claude Pierre Goujet* (1736) 3 Voll. *Tables* 5 Voll. *Remarques p. Matthieu Petit-Didier* (1691. — 96) 3 Voll. et *Critique p. Rich. Simon* (1730) 4 Voll. Versio latina Par. 1692 sq. III. 4. comprehendit tantum Autores Sec. I — IV. Nactus est Dupinius reprehensores, qui eum variorum errorum, et non sine causa, accusarunt, maxime Rich. Simonem. Bibliothecam vero quam Dupinius scripsit ut ampliorem et perfectionem redderet, minus recte dicta emendaret et omissa

suppleret, Remy Ceillier scripsit: *Hist. générale des Auteurs sacrés et ecclésiastiques, qui contient leur vie, le catalogue, la critique, le jugement, la chronologie, l' analyse et le dénombrement des différentes éditions de leurs ouvrages; ce qu' ils renferment de plus intéressant sur le dogme, sur la morale et sur la discipline de l' Eglise; l' histoire des Conciles tant généraux que particuliers, et les Actes choisis des Martyrs.* Par. 1729 — 63. XXIII. 4. Multa praestitit Auctor, atque industriam pariter ac eruditionem non mediocrem probavit. Adiungendus vero est huic libro alius, cuius titulus est: *Table générale des matières* etc. p. Etienne Rondet. Par. 1782. II. 4.

Casim. Oudini *Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis illorumque scriptis, tam impressis, quam msptis adhuc exstantibus — a Bellarmino — et aliis omissis, ad a. 1460. l. ad artem typographicam inventam c. multis dissertatt., in quibus insigniorum Eccl. Autorum opuscula atque alia argumenta notabiliora accurate ac prolixe examinantur.* Lips. 1722. III fol. Ad opus hoc conscribendum Auctor eo animo accessit, ut *Supplementum* suum *de Scriptoribus l. Scriptis ecclesiasticis, a Bellarmino omissis,* emendaret atque augeret. Non omnia quidem recte atque accurate, multa tamen, quae eruditionem diligentiamque ostendunt, lectione digna ab eo dicta ac tradita sunt.

Exstat quoque Jo. Chph. Hahnii libellus, inscriptus: *Insigniora caeli Sionaei Sidera, h. e. Praecipui primitivae Eccl. N. T. per aliquot secula Patres et Doctores,* Lips. 1668. 12. Recenset autem Auctor non plures, quam XLV. maxime ex Bellarmino, sine diligentia atque accuratione. Nostris temporibus Franc. Wencesl. Goldwitzer in *Bibliographie d. Kirchenväter u. Kirchenlehrer v. 1—13. Jahrh.* Landsh. 1828. 8. (1 Rthlr. 12 gr.) vitas et scripta Patrum Eccl. paucis descripsit et recensuit.

Qui notitiam Auctorum ecclesiasticorum sibi

adquirere, aut augere volunt, ii optime ſibi conſulunt, quando evolvunt Jo. ALB. FABRICII utramque *Bibliothecam* et *graecam*, et *latinam*, et illam quidem cur. *Thph. Chph. Harleſii. Hamb.* 790 — 809. XII. 4. editam, hanc vero, *mediae et infimae aetatis* a *Jo. Domin. Manſi* correctam, illuſtratam, auctam et luci expoſitam, Patav. 1754.. VI. 4. (quae Fabricius in Bibliotheca latina de Scriptoribus eccleſiaſticis habet pauca ſunt et per ſe non valde praeclara, quare et in nova ab *Jo. A. Erneſtio* adornata editione omiſſa ſunt), quum in illis Scriptorum eccleſiaſticorum, graecorum pariter ac latinorum, vitae atque ingenii monumenta horumque editiones atque alia memorabilia ſtudioſe et accurate commemorentur. Quibus libris et CHPH. SAXII *Onomaſticon literarium ſ. Nomenclator hiſt. crit. praeſtantiſſimorum omnis aetatis, populi, artiumque formulae ſcriptorum*, Traj. ad Rh. 1779—90. VII. 8. iure meritoque adnumerari poteſt. Mentionem quoque merentur qui libros de Scriptoribus eccleſiaſticis agentes enarrarunt, uti Jo. ANDR. BOSE *Introd. in notitiam Scriptorum eccleſiaſt.* a *Jo. Ge. Walchio* aucta, Jen. 1723. 8. et THOM. ITTIG in *Schediaſm. de Auctoribus, qui de Scriptoribus eccleſiaſt. egerunt.* Lipſ. 1712. 8.

§. 3.

Secunda claſſis eos Scriptores complectitur, qui *ſpeciatim* de Patribus Eccl., ſententia ſtrictiore ſic dictis, commentati ſunt, nec ſolum eorum vitas ac res illuſtrarunt, ſed ſcripta quoque, ab iſtis compoſita ac relicta, enarrarunt. Auctores hi ita inter ſe differunt, ut alii de Patribus ſacri ordinis ſine diſcrimine exponant, alii autem explanent, quae ad veteres chriſtianos Doctores certi generis pertinent.

Ad locum hunc ii primum trahendi, qui promiſcue de Patribus Eccl. diſſeruerunt. Generis huius ea ſunt ſcripta, quorum tabula nunc ſequitur:

Abr. Sculteti *Medulla Theologiae Patrum*, quae primum per partes, deinde coniunctim, iterum atque iterum in conſpectum publicum venit. Prima pars prodiit Amberg. 1598. 4. c. praefat. Dav. Parei, et denuo litteris deſcripta eſt, ibid. 1613. 4. quae editio in titulo quarta emendatior atque auctior dicitur; ſecunda pars Neap. Nemet. 1605. et Amberg. 1615. 4.; tertia Neap. Nemet. 1609. 4.; quarta autem Heidelb. 1613. 4. Quatuor hae partes coniunctim uno volumine lucem viderunt, titulo hoc: *Medullae Theologiae Patrum Syntagma, in quo theologia priſcorum primitivae Eccl. Doctorum, qui ante et poſt Concilium Nicaenum floruerunt, methodo analytica et ſynthetica expreſſa atque a Rob. Bellarmini, Caeſaris Baronii, Greg. de Valentia aliorumque Pontificiorum corruptelis ita vindicatur, ut liquido appareat, penes ſolas reformatas Eccleſias eſſe doctrinae et veritatis evangelicae antiquitatem*, Frcf. 1634. 4. De ipſis Patribus eorumque rebus auctor breviter diſſerit, plura autém de illorum ſcriptis adfert. Exhibet enim uberiorem atque accuratiorem iſtorum analyſin ac per praecipua theologiae capita dogmata, quae in iisdem traduntur, diligenter recenſet, ita tamen, ut omnia ad Reformatorum partes trahere annitatur.

Aug. Varenii *Rationarium theologicum de Scriptoribus eccleſiaſticis Sec. I.* Roſt. 1669. 4. ac *Sec. II.* eod. l. 1673. 4., de quibus Scriptoribus auctor ita commentatur, ut cum generatim de illorum auctoritate ac diſtributione diſputet, tum ſpeciatim de ſingulis illis ſ. germani ſint ſ. dubii ſ. ſuppoſiti, exponat.

Jo. Hülsemanni *Patrologia*, quae edita eſt c. Eiusdem *Vindiciis S. Scripturae* ac *Praelectionibus academicis in librum Concordiae*, tanquam *Appendix ad articulum XVI. de Eccleſia repraeſentativa in Pa-*

tribus Eccl. antiquae, exhibens Catalogum eorum Doctorum, qui Patrum nomine vulgo appellantur, cur. Jo. Ad. Scherzeri, Lipſ. 1670. 4. Non expers eſt *Patrologia* haec eorum, quae emendanda ſunt.

Chph. Sandii *Tr. de veteribus Scriptoribus eccleſiaſt.*, qui Eiusdem *Nucleo hiſtoriae eccleſiaſticae* praemiſſus, prodiit Cosmopoli, i. e., Amſtel. 1668. 8. et iterum, ibid. 1676. 4. Percenſentur in eo tam Scriptores canonici atque apocryphi N. T., quam eccleſiaſtici, qui ante Concilium Nicaenum vixerunt, non ſine diligentia; attamen non ſine notis doctrinae Arianae, cui Sandium ſe addixiſſe conſtat.

Casp. Heunischii *Aetates Patrum praecipuorum, certis fundamentis hiſtoricis atque chronologicis accurate demonſtratae. Adiecta eſt etiam chronologia Conciliorum VI oecumenicorum*, Rotenb. 1687. 8. Enarrantur libro hoc Patres ordine litterarum; in illis autem referuntur, qui Patribus, ſtricte atque accurate ſic dictis, minus annumerari poſſunt.

W. Cavei *Apoſtolici, or the Hiſtory of the Lives, Acts, Death and Martyrdoms of thoſe who were contemporary, or immediately ſucceeded the Apoſtles, as alſo the moſt eminent of the primitive Fathers for the firſt three hundred years,* Lond. 1677. et iterum 1682. 86. fol. Eiusdem *Eccleſiaſtici, or the Hiſtory of the Lives, Acts, Death and Writings of the moſt eminent Fathers of the Church, that flouriſhed in the fourth century* ceter. Lond. 1683. 86. fol. Volumen hoc a Sal. Bor in linguam belgicam translatum eſt atque in conſpectum publicum venit una c. Cavei *Antiquitatibus apoſtolicis*, itidem belgice redditis, ac Herm. Witsii praefatione eiusdemque *Exercit. de vera Paulli et Iacobi ſententia in doctrina de Juſtificatione*, Trai. ad Rh. 1698. fol. Idem opus, in ſermonem germanicum converſum, ſub titulo: *Antiquitates Patrum et eccleſiaſticae; od. Leben,*

Wandel, Lehr, Todt und Marter der apostolischen Väter, welche zur Zeit der Apostel od. gleich darnach gelebet haben, wie auch der vornehmsten Väter in den 4 ersten Jahrhh., Brem. 1701. 4. in lucem exiit. In opere hoc Caveus copiose descripsit vitas Virorum apostolicorum ac Patrum, qui IV primis Secc. an. Chr. floruerunt: singularem industriam vimque ingenii probavit.

NIC. LE NOURRY *Apparatus ad Bibliothecam maximam vett. Patrum, et antiquorum Scriptorum ecclesiasticorum, Lugduni editam. In quo quidquid ad eorum scripta, et doctrinam, variosque scribendi et docendi modos pertinet Dissertationibus criticis examinatur atque illustratur.* Primum duo tomi huius operis separatim prodierunt, Par. 1694. 97. 8. Deinde non solum uterque coniunctim denuo litteris descriptus magnaque accessio facta est, Par. 1703. fol., sed ad hunc quoque tomum novus isque secundus accessit, Par. 1715. fol. Priori tomo editionis huius de Scriptoribus Sec. I et II.; posteriori autem de iis, qui Sec. III et IV. veritatem religionis christianae contra gentes profanas defenderunt, copiosissime disseruit Nourrius eamque commentandi rationem sequutus est, ut exponat, quae ad cuiusque seculi Scriptores generatim pertinent, atque inquirat, quale eorum ingenium, quae studia, quae occupationes, quae scribendi occasiones fuerint; quales exstiterint Doctrinae atque Ecclesiae christianae hostes, contra quos sua tulerunt arma, quae eorum ac reliquorum Christi sectatorum Scholae ac quae sunt alia. Exhibet accuratam analysin cuiusque scripti; num illud germanum sit, an adulterinum, disputat; praeter haec autem agit de Codd. msptis et Editionibus; varias addit animadversiones, veluti dissertationes, ac quae in scriptis Patrum notabilia sunt, ea explicat atque illustrat. Dissertationes hasce et quae in GALLANDI *Nova Bibl. PP.* habentur, c. aliis, in unum corpus collegit PLACID.

Sprenger et edidit ſub titulo: *Theſaurus rei patriſticae, continens Diſſertt. praeſtantiores ex* Nic. le Nourry *Apparatu*, Gallandii *Nova Bibl. PP. aliisque eorum celebriorib. editt. depromtas, et iuxta ſeriem Patrum et Scriptorum eccleſiaſt. chronol. dispoſitas, adornatus atque adjectis prooemiis, notis et reflexionibus ad hiſt. theologiae pertinentibus, inſtructus.* Wirceb. 1784—92. III. 4. (10 Rthlr. 12 gr.)

Biographia eccleſiaſtica, or the Lives of the muſt eminent Fathers — in the firſt four centuries and part of the fifth. — Lond. 1705. II. 8.

G. Stolle *Aufrichtige Nachricht v. den Leben, Schriften u. Lehren der Kirchenväter der erſten 400 Jahre nach der Geburt unſers Heilandes,* Ien. 1733. 4. Qui liber laudabilem auctoris diligentiam commendat ac liberiores ſententias de Patribus eorumque dogmatibus exhibet; non omnia autem ſatis accurate tradita ſunt.

Recentiori memoria non ſine laude in commentariis de vitis et ſcriptis Patrum elaborandis operam et ſtudium poſuit:

Gfr. Lumper, Monachus Benedictinus, cuius *Hiſt. theol. crit. de vita, ſcriptis, atque doctrina SS. PP. aliorumque Scriptorum eccleſiaſt., trium priorum ſaeculorum ex virorum doctiſſ. literariis monumentis collecta,* Aug. Vind. 1783 — 99. XIII. 8. (21 Rthlr. 12 gr.) opus eſt, magna diligentia congeſtum, doctum, utile, at, quod dolendum, non abſolutum.

Uſibus academicis ut inſervirent, vel compendiaria via ad notitiam Scriptorum eccl. et ſtudium patrologicum ducerent, ſcripti ſunt a Catholicis libri ſequentes:

W. Wilhelmi *Patrologia ad uſus academ.* Frib. in Brisgov. 1775. 8. Bonif. Schleichert *Inſtitutiones patrologicae.* Prag. 1777. 8. Dan. Tobenz *Inſtitutt., uſus et doctrinae Patrum praelectionib. acad. accommodatae.* Vindob. 1779. et ibid.

1783, quae pars practica inſcribitur, et criſin de operibus SS. Patrum continet. Vitae Patrum enarratio non addita eſt. Steph. Wiest *Inſtitutiones patrologiae in uſum academ.* Ingolſt. 1795. 8. (1 Rthlr. 4 gr.) Jos. Lud. Rüeff *Kurze Patrologie od. kurzer hiſt. Unterricht v. d. heil. Vätern u. ihren Werken.* Fasc. I. Solisb. 1828. 8. (9 gr.); a Proteſtantibus vero: H. Jac. Pestalozzi *Grundlinien d. Geſch. der kirchl. Literatur d. erſten 6 Jahrhunderte.* Götting. 811. 8. (12 gr.) J. G. Veit Engelhardt *Literar. Leitfaden zu patriſt. Vorleſungen.* Erlang. 1823. 8. (14 gr.)

Alia ſcripta, quae huc referri debent, ita compoſita ſunt, ut ad Eccleſiae *Patres certi generis* ſpectant. In illis locum ſuum habent:

Pet. Halloixii *Illuſtrium Eccl. orientalis Scriptorum, qui ſanctitate iuxta et eruditione I et II sec. floruerunt et Apoſtolis convixerunt, Vitae et Documenta*, Duaci 1633. 36. II. fol. Auctor non ſolum, quae ad vitas resque antiquiſſimorum Eccl. orientalis Scriptorum pertinent, diligenter ac fuſe enarravit, ſed profert etiam ex libris eorum documenta et addit notas theologicas, philologicas et hiſtoricas *).

Vit. Ant. Winteri *Heil. Geſch. d. älteſten Zeugen u. Lehrer d. Chriſtenthums nach d. Apoſteln, od. Patrologie.* Monach. 1814. 8. (20 gr.) Praeter vitas, ſcripta et doctrinam PP. apoſtolicorum tractat Auctor Papiam, Juſtinum Mart. et Irenaeum; in introductione autem agit de ratione, methodo et utilitate ſtudii patrologici, et docte libereque disputat de patrologia hiſtorica, dogmatica et hermeneutica.

W. Tentzelii *Exercitationes ſelectae*, Lipſ. 1692. 4., quibus de ſcriptis Clementis Rom., Igna-

*) De Patribus Eccl. orientalis agit etiam Jos. Sim. Assemani in *Biblioth. orient. Clementino — Vaticana.* Rom. 1719—28. IV. fol.

tii, Polycarpi, Justini Martyris, Athenagorae, Theophili Antioch., Tatiani, Herniae, Jacobi Nisibensis, Ephraemi Syri diligenter exponitur ac plerorumque vita enarratur.

Thom. Ittigii *Dissert. de Patribus apostolicis s. Scriptoribus ecclesiast. qui Apostolorum Comites et Discipuli fuisse perhibentur;* Ejusd. *Bibliothecae PP. apostolicorum* praemissa.

J. Clerici *Unpartheiische Lebensbeschr. einiger Kirchenväter u. Ketzer, namentl. Justini Martyris, Clementis Alex., Origenis, Cypriani, Prudentii; Gregorii Nazianz., Eusebii, Pelagii u. Coelestii; a. Dessen Bibliotheque universelle ins Deutsche übersetzt.* Hal. 1721. 8. c. praefat. Chr. Thomasii. Nonnullae harum vitarum, ut Clementis Alex., Eusebii Caesar., Gregorii Nazianz., et Prudentii in linguam quoque anglicanam translatae prodierunt Lond. 1696. 8. Dignae sunt hae vitarum descriptiones, quae legantur.

Jo. Csp. Loescher *De Patribus Africanis Libb. II.* Rochlit. 1722. 24, II. 8.

Rem Patrum Ecclesiae latinae separatim tractarunt, C. Trg. Go. Schoenemann et J. Gf. Arn. Oelrichs, libris magno cum plausu exceptis *): ille in *Bibliotheca historico-literaria Patrum latinor. a Tertulliano principe usque ad Gregorium M. et Isidorum Hispal., ad Bibliothecam Fabricii latin. accommadata.* Lipf. 1792. 94. II. 8. (4 Rthlr 16 gr.) hic vero in *Commentariis de Scriptoribus Eccl. latinae priorum VI Seculorum, cur. Arn. Herm. L. Heeren.* 1791. 8. (1 Rthlr. 16. gr.)

§. 4.

Ad classem tertiam pertinent Auctores, qui singulares Commentarios scripserunt, iisque certi cuiusdam Doctoris christiani antiquioris vitam

*) Allgemeine Literat. Zeit. a. 1793. III., 161.

ac lucubrationes enarrarunt, res eiusdem, dogmata, controuerſias illuſtrarunt. Operam hanc ad Patres utriusque Eccleſiae, ad graecos pariter ac latinos, adhibuerunt. In graecis, primum locum tenent *Patres*, uti per eminentiam appellantur, *apoſtolici*, nominatim *Clemens Romanus*, *Ignatius*, *Polycarpus*, de quibus omnibus eruditiſſimi viri ſigillatim expoſuerunt. Adiungi illis ſolent *Barnabas* et *Hermas*; quos autem Patribus apoſtolicis alii adnumerare nolunt, quum iſti a Spiritu apoſtolico ſint remotiores.

Nomen *Patrum apoſtolicorum* late pariter ac ſtricte ſumitur. Latiore ſententia ſi illud uſurpatur, inter Patres apoſtolicos numerantur omnes, qui Apoſtolorum diſcipuli, comites et adiutores fuerunt atque eorum uſi ſunt conſuetudine. Senſu hoc de Patribus apoſtolicis diſſerit Thom. Ittig *Diſſert. de Patribus apoſtolicis*, nec ſolum Clementi Rom., Ignatio, Polycarpo, ſed etiam Ioſepho Arimathaeo, Nicodemo, Lazaro, Ioanni, Marco, item Iaſoni, Zenae, Dionyſio Areopagitae atque aliis locum inter Patres apoſtolicos tribuit. Stricte vero appellantur *Patres apoſtolici* Scriptores chriſtiani, qui tempore Apoſtolorum vixerunt ſuaque ab Apoſtolis acceperunt, quippe Clemens Rom., Ignatius, Polycarpus. Hi κατ' ἐξοχὴν *Patres apoſtolici* dici poſſunt; reliqui, qui Apoſtolorum diſcipuli, comites atque adiutores fuerunt, nulla autem ſcripta reliquerunt, *Viri apoſtolici*. In Patrum apoſtolicorum numero ſunt:

Clemens *Romanus*,

de cuius Vita, Martyrio, Scriptis, varia prodierunt ingenii monumenta. Exſtant:

Martyrium S. Clementis, Papae Rom., ap. Simeonem *Metaphraſten* in *Vitae et Acta SS.* die 24. Novbr.

Ephraimi, Archiep. Chersonis, *Homilia de miraculo, quod in puero factum est a S. Clemente, sacro martyre*, quod utrumque monumentum Jo. Bapt. Coteleriu s graece ac latine edidit, in *Patrum apostolic. Vol. I.* p. 808. 815.

Phil. Rondinini *Libb. II. de S. Clemente, Papa et Martyre eiusque Basilica in urbe Roma*, Rom. 1706. 4. quorum priori Auctor agit de Clementis Vita, Martyrio, Scriptis, germanis atque adulterinis, honore apud veteres ac recentiores, corpore invento ac Romam translato; posteriori autem copiose differit de Basilica, memoriae Clementis huius sacra in urbe Roma *)

Casim. Oudini *Differt. de scriptis S. Clementis, Romani Episcopi*, iisque ipsi vere pariter ac falso attributis; in Eius *Comment. de Scriptor. eccles.* I, 19.

Jo. Grabii *Comment. de Clementis Rom. scriptis genuinis et suppositititiis;* In Eiusdem *Spicilegio Patrum, ut et Haereticorum Sec.* I. p. 254. et in Rich. Rusel edit. PP. apostolicor. Vol. I.

Ge. Chph. Neller D. *de Clemente Romano*, Trevir. 1772. 4. et *Disq. crit. in Ge. Chph. Nelleri de tribus Episcopis S. Petri etiamnum viventis in Romana cathedra successoribus Systema novum.* Colon. 1772. 4.

G. Fabricii *Bibl. gr.* VII, 22. J. F. Cotta *Vers. e. ausführlichen Kirchen - Hist. des N. T.* §. 358 — 60.

Ignatius, *Episc. Antiochenus*,

de quo varia scripta ad nos delata sunt. Ad vitam eius spectant praecipue *Acta martyrii* eius, quorum duo genera exstant. Alia sunt interpolata, eaque a Simeone *Metaphraste* graece scripta et a Gen-

---

*) *Actor. Eruditor. Suppl.* IV, 140. Cf. Jo. Bona *de rebus liturg.* II, 89.

tiano Herveto latine reddita, qua ex interpretatione habentur in Laur. Surii *Vitis Sanctorum d. 1. Febr.*, collata cum Mspto graeco ac nonnullis notis in *Actis Sanctorum* m. Febr. I, 24. graece ac latine autem c. animadverss. Jo. Bapt. Cotelerii et Jo. Clerici, in Cotelerii editione *Patrum apostolicor.* Amst. 1724. II, 163. Alia Ignatii martyrii Acta habentur sinceriora haecque sunt, quae Jac. Usserius in lucem protulit latine ex duplici diversa versione atque utramque ex Codd. msptis recensuit notisque eruditis instruxit in Eiusd. *Append. Ignatiana.* Lond. 1647. Ea a Philone, Caio et Agathopode Diaconis, qui Ignatium martyrem e Syria comitati fuerant, descripta esse, sibi persuadet ac sane in monumentis generis huius fidem maximam prae se ferre videntur. Reperit quoque in Bibliotheca Bodleiana exemplum graecum Actorum Ignatii; quum autem ista interpolata esse videret, ea non digna habuit, quae in lucem emittantur. Post Usserium eadem Acta latine ad usum publicum translata sunt a Jo. Bollando; ex una autem tantum versione, illa nimirum, quae in membranis Cottonianis inventa est, cumque notis quibusdam, in *Act. SS. m. Febr. I*, 29. atque ex duplici eadem interpretatione latina a Jo. Bapt. Cotelerio. l. l. p. 173. Graece denique ac latine Acta haec ediderunt: Theod. Ruinart, in *Acta primor. Martyrum*, edit. Amst. 1713. fol. p. 14. Jo. E. Grabe, in *Spicileg. PP. Sec. II.* Tom. I. p. 8. Th. Ittig, in *Biblioth. PP. apostolicor.* p. 355. Th. Smith ad calcem *Epistolar. Ignatii.* Oxon. 1709. 4. et Jo. Clericus, in Cotelerii PP. apostol. II, 157. Praeter *Acta* haec *martyrii*, exstant alia scripta, quae rebus Ignatii lucem adferunt suntque in numero illorum:

Seb. Theod. Winshemii *Or. de. S. martyre Ignatio*: inter *Orationes scriptas et recitat. in Acad. Vitemb.* 1568. Tom. VI.

MARTIALIS MAESTRABI Praefatio, quam notis ad IGNATII *Epiſtolas*, Par. 1608. 8. praemiſit, eâque non ſolum de Epiſtolis, ſed etiam de Vita Ignatii expoſuit.

GFR. HENSCHENII Commentar. de S. *Ignatio theophoro*, *Epiſc. Antiocheno*, qui eſt in *Act. SS. m. Febr.* I, 13.

JO. E. GRABII Comment. de S. *Ignatio martyre:* in *Spicileg. PP. Sec. II.* Tom. I. p. 1.

CASIM. OUDINI *Diſſert. de Vita et Epiſtolis Ignatii*, *Antiocheni Epiſc.* in EIUSD. *Commentar. de Scriptorib. eccl.* I, 73.

(C. W. FRANC. WALCH) *Pr. Num Ignatius Chriſtum poſt reſurrectionem viderit.* Gött. 1772. 4.

De tempore annoque, quo Ignatius martyrium ſubierit, eruditi viri diſputant. Spectant huc:

MART. LUBATH *de Ignatii martyrio*; in EIUSD. D. *de antiquitate martyrologica.* Hal. 1693. 4. Cap. I.

JO. PEARSONII *Diſſert. poſthuma de anno, quo Ignatius condemnatus eſt*, a TH. SMITHO c. *Ignatii Epiſtolis* in lucem emiſſa, Oxon. 1700, ac

W. LOYDII *Comment.* eiusd. argumenti ap. ANT. PAGI *Critic. in annales Baronii*, ad a. Chr. 107.

Nic. Hier. Gundlingii *Obſ. de patria Aurelii rudentii Clementis;* in *Neue Biblioth.* XXVI, 475. in Gundlingii *Obſſ. ſelect.* III, 53.

H. Middeldorpf *Comment. de Prudentio et eolog. Prudentiana*, Comment. I. Vratisl. 1829. et in Illgen *Zeitſchr. f. hiſt. Theol.* II, 2.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med. et infim. aet.* VI, 3. Tillemont X, 560. Schroeckh VII, 10. allandius T. VIII.

Paullus Orosius.

Dan. W. Molleri *Diſſert. de Paullo Oroſio*, ltorf. 1689. 4.

---

*) *Biblioth. univerſ.* XII, 136.

Paul. Ign. de Dabonasses et Ro *Differt. hist. de patria Orosii,* edita hifpan., Barcin. 1702. fol.*)

Nic. Hier. Gundlingii *Cogitatt. de Orosii Hormesta;* in *Gundlingian.* XXV, 439.

Io. Ge. Eccard et Io. Diecmann *De Ormisda Orosii;* in *Bibl. Brem.* Cl. I. p. 325. et p. 465.

Chph. A. Heumanni *Progr., quo Paullo Orosio nomen tertium Hormisdae reſtituitur,* Goetting. 1732. 4. et in Eiusd. *Nova Sylloge Differtt.* II, 485.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* V, 174. Schoenemann II, 481. Tillemont XIII, 1. Schroeckh VII, 314. Gallandius T. IX.

Marius Mercator.

Vita Marii Mercatoris, quam Io. Garnerius litteris mandavit in *Praefatione* ad Marii Mercatoris *Opera*, Par. 1673. II. fol.

Vita eiusdem, conſcripta a Steph. Baluzio, in *Praefatione* ad Marii Mercatoris *Opera,* quae ille iuris publici fecit, Par. 1684. 8.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* V, 32. Schoenemann II, 541. Tillemont XV, 136, Schroeckh XV, 90.

Ioannes Cassianus.

Alardi Gazaei *Praefatio* ad Cassiani *Opera*, quae ab ipſo illuſtrata in lucem prodierunt, Duaci 1616. II. 8.: et notis auctioribus, Atrebati (*Arras*) 1628. fol. Par. 1647. fol. et Lipſ. 1722. fol. Ibi notitia de Caſſiano ac rebus eius ſuppeditatur.

W. Cuperi Commentarius de *Ioanne Caſſiano;* in *Actis SS. m. Jul.* T. V. p. 458.

Io. Bapt. Guesnay *S. Ioannes Caſſianus illuſtratus,* Lugd. 1652. 4., quo libro Auctor de Caſſiano, maxime de eius doctrina exponit hancque ve-

*) Librum hunc memorat Fabricius *Biblioth. lat.* Vol. III. p. 535.

num atque ab omni errore, in primis Semipelagianorum, alienam esse, aliis conatur persuadere. Eam ob caussam H. Norisius acriter in eum invehitur in *Lib. II. Histor. Pelagian.* variis capitib.

Casim. Oudini *Dissert. de vita, scriptis et doctrina Ioannis Cassiani, Abbatis Massiliensis, Semipelagianorum principis;* in *Comment. de Scriptor. ecclesiast.* T. I. p. 1133.

Gust. Fr. Wiggers Commentatt. III. *de Io. Cassiano, Massiliensi, qui Semipelagianismi auctor vulgo perhibetur*, Rost. 1824 sq. 4. (1 Thlr.)

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* I, 355. Schoenemann II, 669. Tillemont XIV, 157. Schroeckh VIII, 383.

Leo I, *Magnus*.

Paschasii Quesnelli *Dissert. de vita et rebus gestis S. Leonis M., Eccl. Rom. Episcopi, in qua servato annorum ordine cum praeclare ab eo gesta, tum scripta eius singula recensentur*, quae cum diligentia atque accuratione conscripta est resque illius temporis ecclesiasticas illustrat. Exstat inter *Dissertt.*, quas Quesnellius transtulit in Leonis *Operum*, ab ipso editorum, *Tom. II.* ibique primum locum occupat p. 131.

Lud. Maimburgii *Hist. du Pontificat de S. Leon le grand*, Par. 1687. 4. et in 12. et Hag. Com. in 12. *)

Pet. Canisii *Vita Leonis M., c. commentario praevio et annotatis Gfr. Henschenii;* in *Act. SS. m. April.* II, 14.

Historia elevati et translati corporis S. Leonis, ex mspto Catalago Ecclesiae S. Petri; etiam in *Act. SS. m. April.* II, 21.

Lud. Sergardi *Ragguaglio della solenne trans-*

*) *Acta Eruditor.* a. 1687. p. 610.

tazione del corpo di S. Leone Magno, seguita 2 Apr. 1715, nella Basilica Vaticana. Rom. 1715

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* IV, 254. Sch nemann II, 861. Tillemont XV, 414. Schroe XVII, 90.

Salvianus.

Steph. Baluzii *Vita Salviani*, quam ena vit in *Praefatione*, Salviani *Operibus* praem Par. 1684. 8. et Brem. 1688. 4.

Vita Salviani simulque generale argumen Librorum VIII de Providentia, Gubernatione Iudicio Dei, et Demonstratio, quod Libri IV sub mine Timothei editi ipsius sint Salviani, praen Salviani *Operibus*, Brem. 1688. 4. in lucem ed

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* VI, 145. Sch nemann II, 823. Tillemont XVI, 181. Schrö XVI, 203.

Alcimus Ecdicius Avitus.

Vita S. Aviti, ex veteri Mspto expressa, c Auctor incertus est; in Labbei *Nov. Bibl. msp Libror.* I, 693. et *Acta Sanctor. m. Febr.* To p. 660.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* I, 53. Po Leyser *Hist. Poetar. med. aevi* p. 85. Schrö XVI, 160.

§. 9.

Enumeratis adhuc veterum Christiano Doctoribus ac Scriptoribus ii adiungendi s qui *Seculo* post natum Christum *sexto* floruer sibique meritorum laudem conciliarunt. I Graecos locum hunc sibi fecerunt: *Procopius zaeus, Anastasius Sinaita, senior, Leontius* seu seu munere *Byzantinus, Evagrius;* inter Lat autem Scriptores: *Caesarius, Fulgentius, Boetl*

Ennodius, Cassiodorus, Venantius Fortunatus, Gregorius Magnus, Isidorus Hispalensis. De his quoque singulares Commentationes eruditissimorum Virorum lucem viderunt.

Procopius *Gazaeus.*

Choricii *Sophistae Or. funebris in Procopium Gazaeum, Sophistam, Io. Chr. Wolfio interprete;* in Fabricii *Biblioth. graec.* Cap. V. Cap. 31.

Io. Chr. G. Ernesti *Ep. de Procopii Gazaei Commentariis graecis in Heptateuchum et Canticum ineditis.* Lipf. 1785. 4.

Cf. Fabricius VII, 563. Harles II, 1, 402.

Anastasius *Sinaita,* fenior.

Iac. Basnagii *Obf. de duplici Anaftafio, Antiocheno et Sinaita;* in Canisii *Lectt. antiquar.* T. I. p. 433.

Cf. Fabricius X, 571. cf. VIII, 350. Schröckh XVII, 537.

Leontius *Byzantinus.*

H. Canisii *Obf. de Leontio,* Byzantino nimirum; in Canisii *Lect.* T. I. p. 529.

Iac. Basnagii *Obff. in Leontium,* itidem Byzantinum; *Ibid.* p. 531.

Cf. Fabricius VIII, 309. Schröckh XV, 178. 190. XVIII, 17.

Caesarius *Arelatenfis.*

Vita S. Caefarii, Epifc. Arelatenfis, a Cypriano, eius difcipulo, et Meffiano Presb. et Stephano Diac. confcripta, duobus libris, quae apud Laur. Surium eft, in *Vitis Sanctor. d. 27. Aug.* p. 284.

Casim. Oudini *Differt. de vita et fcriptis S. Caefarii, Arelatenfis Archiep.;* in *Comment. de Scriptorib. ecclefiaft.* T. I. p. 1339.

Lettre de M. . . . Prêtre du Diocèſe de Riez ſur ce, qui eſt dit des S. Fauſte de Riez et Ceſaire d'Arles dans l'hiſtoire littéraire de France; in *Mém. de Trevoux* a. 1736. *Jul.* p. 1541.

Cf. Mabillon *Acta SS. Ord. S. Bened.* Sec. I. p. 659. Fabricius *Bibl. lat. med.* I, 317. *Hiſt. littér. de la France* III, 190. Schroeckh XVII, 407.

Fulgentius *Ruspenſis.*

Fulgentii Epiſc. Ruspenſis Vita, a quodam eius diſcipulo conſcripta ad Felicianum Epiſc., S. Fulgentii ſucceſſorem. Auctor illius nonnullis Ferrandus, Eccleſiae Carthag. Diaconus videtur; rationes autem, cur hoc affirment, alii non ſatis ad probandum valere, ſtatuunt. Vita haec exſtat in Surii *Vitis Sanctor. m. Ian.* p. 11.; in *Act. Sanctor. m. Ian.* I, 32.; ante Fulgentii *Opera*, Par. 1684. 4.; in *Biblioth. Patrum maxim.* Lugdun. T. IX. p. 4.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* II, 229. Schröckh XVIII, 105.

Anicius Mart. Torquat. Severin. Boethius.

Iul. Martiani Rotae *Vita Boethii*, quae fabulis contaminata et vix ullius pretii eſt; ante Boethii *Opera*, Baſil. 1570. fol. et ante libros de *Conſolatione philoſophiae*, Antverp. 1607. 8.

Pet. Bertii copioſa *Praefatio* ad Boethii *Libros de Conſolatione philoſophiae*, Lugd. Bat. 1633. 16., qua de Boethio eiusque ſcriptis exponitur; praemiſſa editioni notis *Sitzmanni* et Variorum, vulgatae Lugd. Bat. 1671. 8.

Dan. Papebrochii *Commentar. hiſt., quo agitur de Symmacho et Severino Boethio;* in *Act. SS. m. Mai.* VI, 702.

Nachricht von Abkunft, Leben und Todt Severini Boethii; quae notitia praemiſſa eſt interpretationi germanicae librorum de *Conſolatione philoſo-*

phiae, studio *Chr. Knorrii de Rosenroth* compositae, ac praeterito illius nomine, in lucem emissae, Salisb. 1667. 12. ac Luneb. 1697. 8.

Io. Clerici *Vie de Boëce*, *avec la critique de ses Ouvrages*; in *Biblioth. choisie* XVI, 194.

Histoire de Boëce, *Senateur Romain*, *avec l'analyse de tous ses Ouvrages*, *des notes et des dissertations historiques et théologiques*, Par. 1715. V. 12. Auctor, qui Abbas Gervaise esse traditur, Boethii res prae ceteris diligenter narravit.

I. H. Andreae *de Boethio*, *speciatim de eius Consolatione philosophiae*. Hildes. 1759. 4.

Cf. Fabricius *Bibl. lat.* Lib. III. Cap. 15. Polyc. Leyser *Hist. Poetar. med. aevi* p. 92. Schröckh XVI, 99.

Ennodius.

Vita Ennodii, Episc. Ticinensis, a Iac. Sirmondo composita atque *Operibus* illius praemissa, Par. 1611. 8., necnon in aliis editionibus, quae sunt in Sirmondi *Operum* T. I., in *Biblioth. Patrum max.* Lugd. T. IX. p. 312. nec non in *Act. SS. m. Iul.* IV, 271.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* II, 100. Polyc. Leyser *l. c.* p. 83. Schroeckh XVII, 202.

Cassiodorus.

Io. Cuspiniani *Vita M. Aurelii Cassiodori*, praemissa Cassiodori *Chronico*, c. *Cuspiniani* commentario, Frcf. 1601. fol. edito.

Io. Garetii *Magni Aurelii Cassiodori*, *Senatoris*, *Exquaestoris*, *Exconsulis*, *Exmagistri officiorum*, *Expraefecti praetorio et Patricii*, *ac deinde Vivariensis*, *s. Castelliensis monasterii fundatoris et Abbatis vita*, Cassiodori *Operibus*, ab ipso Rothomagi 1679. II. fol., in lucem emissis, praefixa.

Non mediocrem induſtriam atque accurationem Auctor probavit.

Eiusdem *Diſſert. de Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris vita monaſtica*, quae memoratae editioni Cassiodori *Operum* itidem addita eſt.

Dan. W. Molleri *Diſſert. de Magno Aurelio Caſſiodoro*, Altorf. 1686. 4.

Dionys. Sammarthani (*de Sainte Marthe*) *Vie de Caſſiodore, Echancelier et premier Miniſtre de Theodoric le grand et de pluſieurs autres Rois d'Italie, enſuite Abbé de Viviers. Avec un abregé de l'hiſtoire des Princes, qu'il a ſervi, et des remarques ſur ſes Ouvrages*, Par. 1694. 12. quae vita, utpote diligenter ac cum iudicio compoſita, multum ſe commendavit.

du Buat *Abhdl. v. Leben d. Caſſiodorus*; in *Abhdll. d. Churbayer. Akad. d. Wiſſenſch.* I, 1, 78.

Caſſiodorus v. C. F. Stäudlin; in Eiusd. *Kirchenhiſt. Archiv f. d. J.* 1825. p. 259.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* I, 357. Scipionis Maffei D. *de Senatoris nominibus*; in *Oſſervazioni letterarie* II, 299. Schroeckh XVI, 128.

Venantius *Honorius Clementianus Fortunatus.*

Chph. Broweri *Vita Venantii Honorii Clementiani Fortunati*, ſex capitibus diſtincta, quibus exponitur de Venantii nomine, genere et patria, de eius educatione, ſtudiis, peregrinatione, adventu et commoratione in Germania ac Gallia, ingenii et animi dotibus, opuſculis et libris ab iſto ſcriptis, ac denique de extrema aetate Epiſcopatus et obitu. Vitam hanc Browerus Venantii *Operibus* praemiſit, quae ille evulgavit Mogunt. 1603. 4. et iterum emendatiora cum Rabani Mauri *Poematis ſacris*, Ibid. 1617. 4. Cum vitâ hac exſtant Venantii *Opera* in *Maxim. Biblioth. Patrum* X, 520.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* II, 179. Polyc.

Leyser *l. c.* p. 151. *Hist. littér. de la France* III, 364. Schroeckh XII, 146.

Gregorius I, *Magnus.*

Paulli Warnefridi, Diaconi, Monachi Casinensis, *S. Gregorii Papae Vita*, quae brevior est saepiusque in lucem edita, vel sub Paulli nomine ac c. notis, Gregorii *Operum* IV, 1. p. 1., cur. Bened. ac speciatim Io. Mabillonii editorum; in Mabillonii *Act. SS. Ord. Benedict.* Sec. I. p. 385., vel sine indicio Scriptoris, c. commentario de S. Gregorio stud. Io. Bollandi; in *Actis SS. m. Mart.* II, 130. De Auctore vitae huius disputatur, aliis affirmantibus, scriptam illam esse a Paullo, aliis animos, hac de re non plane certos, significantibus. Spectant huc Mabillonii *Vindiciae Vitae Gregorianae, Paullum Diac. auctorem praeferentis;* in Eiusdem *Veter. Analect.* p. 498. edit. Paris. 1723. fol.

Ioannis, Monachi Casinensis ac postea Diaconi Eccl. Rom., *S. Gregorii Papae Vita*, Libb. IV, itidem saepe litteris descripta atque ad usum publicum translata; in Surii *Vit. SS. d.* 12. *Mart.*; in *Act. SS. m. Mart.* II, 137. Mabillonii *Act. SS. Ord. Benedict.* Sec. I. p. 398. cum eiusdem notis; in Gregorii *Operum*, a Monachis Benedictinis edit. IV, 1, p. 19. cum notis. In Rocca *Thesauro antiquitatum sacrar.* II, 394. est *Index rerum insigniorum*, quae in vita hac narrantur.

Anonymi *Vita S. Gregorii Magni, Pontificis maximi, ab incerto Auctore conscripta et a Canisio primum in lucem edita ex Membranis msptis Monasterii Petrusiani, c.* Iac. Basnagii *Observatione* de hac vita, qua disputatur contra sententiam Mabillonii, vitam, a Canisio editam, diversam esse ab ea, quae *Paulli* nomen praeferat atque a Mabillonio in

pro eo lucem adſpexerunt, ex quibus adduxiſſe ſufficiat

Ant. Gallonii *Apologeticum librum pro asſertis in Annalibus eccleſiaſticis de Monachatu Gregorii*, Rom. 1604. contra Bellotum, antea memoratum. Scriptores, qui ex Gregorii M. libris vel Expoſitiones Codicis ſacri, vel ſidei vitaeque dogmata collegerunt, et de illis ſingularia ediderunt volumina, recenſet Fabricius *Biblioth. lat. med. et infimae aetat.* III, 86.

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* III, 83. Schroeckh XVII, 244.

Isidorus *Hiſpalenſis*, ſive iunior.

Braulionis *Vita Iſidori*, ſ. *Praenotatio librorum* eius *et obitus* eiusdem, *a Redemto Clerico recenſitus*, ante Isidori *Opera*, quae Colon. 1617. fol. prodierunt; in Surii *Vit. SS. d.* 4. *April.* p. 60. et in *Act. SS. m. Apr.* I, 33o.

Vita Iſidori, Auctore Canonico regulari Coenobii Legionenſis S. Iſidori, forte Luca, poſtea Epiſcopo Tudenſi, ex mſpto Cod. Toletano, c. commentario praevio et notis Gfr. Henschenii; in *Act. Sanctor. l. l.*

Faustini Aurevali *Iſidoriana*, praemiſſa *Operibus* ab ipſo Rom. 1797—1803. VII. 4. editis.

Cf. Fabricius l. c. IV, 183. Schroeckh XIX, 62.

§. 10.

Quamvis illi Eccleſiae Doctores Patrum nomine maxime digni videantur, qui ſex primis a Chr. n. Seculis floruerunt, ſi rem accurate definire atque exprimere volumus, nonnulli tamen, qui poſt illos vixerunt, prae aliis itidem *Patrum* nomen praeferunt ac Patribus, proprie et ſtricte ſic dictis, adiungi ſolent, quum iſtis

doctrina, virtute, docendi ſcribendique genere ſimiles habentur. In horum numero ſunt: *Ioannes Damaſcenus*, *Bernhardus*, atque alii.

IOANNES *Damaſcenus.*

IOANNIS *Hieroſol. Vita Ioannis Damaſceni*, ſaepius edita, gr. ac lat. coniunctim a *Mich. Lequien*, ex interpretatione latina *Iac. Billii*, c. emendatione ac notis; in DAMASCENI *Operibus*, a *Lequien* editis, Par. 1712. fol. T. I.: graece tantum Rom. 1553. 8. atque ex Cod. graeco mſpto Mediceo, collato cum Cod. regis Franciae ſtudio *Dan. Papebrochii*; in *Actis Sanctor. m. Mai.* II, 723.: latine tantum cura *Oecolampadii*, Aug. Vind. 1522. 8: *Iac. Billio* interprete ap. LAUR. SURIUM, in *Vitis Sanctor.* d. 6. *Mai.* p. 83.: ex verſione *Ant. Franc. Deſtieu*, c. *Dan. Papebrochii* notis; in *Act. Sanctor.* l. c. p. 111.

CONSTANTINI ACROPOLITAE *Sermo de Ioanne Damaſceno*, quem *Dan. Papebrochius* ex Cod. mſpto Vaticano graece evulgavit, c. verſione *Io. Franc. de Rubeis*; in *Actis Sanctor. m. Mai.* II, 731. Praebuit ſe Auctor veluti Paraphraſten Io. Hieroſolymitani.

ANONYMI *Narratio de vita et converſatione Ioannis Damaſceni*, quae latine exſtat in DAMASCENI *Operibus* Tom. I. edit. *Lequien.*, ex graeco, ut maxime probabile eſt, converſa.

LEONIS ALLATII Diatr. de *Ioanne Damaſceno*, *ex opere eiusdem Leonis non edito de libris apocryphis*, quam *Lequien* praemiſit *Damaſceni Oper.* T. I.

Cf. FABRICIUS *Bibl. gr.* edit. vet. VIII, 772. SCHROECKH XX, 222.

BERNARDUS *Claraevallenſis.*

S. Bernardi, *Abbatis Claraevallenſis*, *Vita et res geſtae, libris ſeptem comprehenſae.* A variis Auctoribus illi conſcripti ſunt: primus a GUILLELMO,

Abbate S. Theodorici Remensis, eo tempore autem Monacho Signiacensi; secundus ab ERNALDO, s. ARNOLDO, Bonaevallis in agro Carnutensi Abbate; tertius, quartus et quintus a GAUFRIDO, s. GODEFRIDO Abbate, qui Bernardi notarius fuit; sextus a variis Scriptoribus de miraculis, a Bernardo per Germaniam, Belgium Galliamque perpetratis; septimus, desumtus ex libro, cui titulus: *Exordium magnum Cisterciense*, de Bernardi miraculis atque aliis rebus. Quinque priores horum librorum exhibet SURIUS in *Vitis Sanctor. d.* 20. *Aug.* p. 197. singuli autem translati sunt in BERNARDI *Operum* Vol. II. p. 1076. edit. *Mabillonii*, Par. 1719. fol.

PHILOTHEI *Monachi de vita et moribus S. Bernardi*, *Abbatis Claraevallensis*, *Carmen encomiasticon;* in *Opp. Bernhardi* p. 1310. Addita sunt quaedam aliorum Carmina, quae ad Bernardum spectant.

GAUFRIDI *Sermo in Anniversario obitus S. Bernardi*, habitus a. 1163.; in BERNARDI *Oper.* Vol. II. p. 1326. edit. *Mabillonii.*

ALANI, Episc. Autisidorensis, *Vita Bernardi*, ad Pontium, Claraevallis Abbatem, scripta, *l. c.* p. 1252.

PHIL. DE S. IOANNE BAPTISTA *Vita del divoto et mellifluo Dottore Bernardo*, *Abbate di Chiaravalle*, Neap. 1634. 4.

CASP. IONGELINI *Purpura di Bernardi; s. Elogia illius et Cisterciensium*, Colon. 1644.

THPH. RAYNAUDI *Trias fortium David: Robertus de Arbrissello*, *fundator Fontebraldensis; S. Bernardus*, *apis gallica*, *Claraevallensium Pater; Homo dei*, *Caesar de Bus*, *Auctor Congregationis doctrinae christianae*, Lugd. 1655. 4.

IO. EREMITAE *Vita S. Bernardi*, duobus libris descripta atque a *Chiffletio* vulgata, et addita CHIFFLETII Commentationi de *Bernardi genere illustri.*

PET. FRANC. CHIFFLETII *S. Bernardi*, *Claraevallensis Abbatis*, *genus Illustre assertum. Acce-*

it *Odonis de Diogilo*, *Ioannis Eremitae*, *Herti et aliorum Scriptorum Opuscula*, *Sec. XII hiriam ecclesiasticam spectantia*, Divione 1660. 4. m edidit *Opuscula quatuor*, Par. 1679. 8., quon quartum Gaufridi *Excerpta de vita et gestis Bernardi* complectitur.

La vie de S. Bernard, premier Abbé de Clairax, divisée en six livres, dont les trois premières t traduits du Latin de trois célébres Abbéz de son ns et contiennent l'histoire de sa vie, et les trois nières sont tiréz de ses ouvrages et représentent t esprit et sa conduite, Par. 1684. 8. ac saepius.

H. Hegner *Wahrhafte Abbildung, oder kurze bensbeschreibung des Bernardi, ersten Abtes zu arawall*, Wetting. 1702. 12.

De Villefore *Vie de S. Bernard, premier bbé de Clairvaux, Père et Docteur de l'Eglise*, r. 1704. 4.; in *Mémoires de Trevoux* a. 1705. ug. p. 1320.

Chr. Colbergii *Sched. hist. de Bernardo, Abte Claraevallensi, ab Alexandro III Papa in merum Sanctorum relato*, Regiom. 1725. 4.

Merlini *Apologie de S. Bernard, contre les lomnies, qui sont répandues dans le Dictionaire de r. Bayle;* in *Mém. de Trevoux* a. 1734. *Mart.* 582. *Aug.* p. 1711.

Pet. Magagnotti *Vita S. Bernardi, primi ibatis Claraevallensis, iam latine scripta a diversis tate supparibus fideque dignis Auctoribus ac sepn in libros divisa, nunc in vernaculam Italorum nslata*, Patav. 1744. 4. Praebet nobis opus hoc erpretationem italicam septem librorum de vita ousque Bernardi, quos antea recensui; varia taen accesserunt, quae Bernardi historiam illustrant: piosa praefatio, tres appendices, quarum prima itur de libris, quos Gaufridus de miraculis Berrdi composuit, secunda exhibet descriptionem de u monasterii Claraevallis, ac tertia complectitur il-

lustrem Epistolam Petri de Roia. Praeterea additae quoque sunt annotationes historicae ac monasticae; series chronologica Abbatum Claraevallensium, qui Bernardo successerunt. *) Exstant quoque: *Chronologia Bernardina*, ab a. Chr. 1091 — 1153. in Bernardi *Oper.* Vol. I. in fine edit. *Mabillonii*, et *S. Bernardi Canonisatio*, *Ibid.* Vol. II. p. 1358.

A. Neander *Der heil. Bernhard u. sein Zeitalter*, Berl. 1813. 8. (1 Thlr. 18 gr.)

Cf. Fabricius *Bibl. lat. med.* I, 221. *Hist. littér. de la France* XIII, 129. XIV, 166. 426. Schroeckh XXVII, 256.

Inter huiusmodi Patres, quemadmodum appellari solent, numerantur quoque: Anselmus, Theophylactus, Oecumenius atque alii, de quibus autem tacemus.

*) *Acta Eruditor.* a. 1740. p. 337.

Caput II.
DE SCRIPTIS PATRUM ILLORUMQUE EDITIONIBUS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 11.

Postquam commemoratio eorum auctorum facta est, qui ad vitas resque Patrum ordinis sacri enarrandas studia sua contulerunt, ad eorumdem scripta nos convertimus, non eo consilio, ut illa ipsa singulorumque editiones iusto ordine ac debita accuratione recenseamus, utpote quod ab instituto nostro alienum est et alii sunt, qui labores eiusmodi susceperunt. Eam potius, editiones

enarrandi, rationem ſequemur, qua praecipue ſignificetur, qualis iſtarum ſit varietas ac diſcrepantia, quae aliis ſint meliores atque utilitate ac dignitate antecedant, quorum cura iſtae in lucem prodierint, ac quae aliae rei huius rationes memorari poſſunt.

Praeter W. Caveum *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſtic.*, Nic. le Nourry *Apparat. ad Biblioth. maxim. veter. Patrum*, Casim. Oudinum *Commentar. de Scriptorib. eccleſiaſtic.*, Thom. Ittigium *Praef. ad Tractatum de Bibliothecis et Catenis Patrum*, Hottingerum *Bibliothecar. quatripart.*, Lib. II. *Biblioth. theol.* Cap. 4. et 5. p. 294. aliosque generis huius Scriptores, quos ſupra adduximus, Io. Alb. Fabricius utrâque *Bibliotheca*, *graeca* ac *latina* eaque cum *antiquae*, tum *mediae et infimae aetatis*, et qui haec opera vel emendatiora et auctiora in lucem produxerunt, vel novis curis in eorumdem argumento pertractando laboraverunt, *Chph. G. Harles* et *C. Trg. Go. Schoenemann*, plane ſingularem induſtriam hac in re oſtenderunt ac reliquos longe ſuperaverunt.

§. 12.

Varia ſunt, quibus editiones Patrum inter ſe differunt inque illis ad *Temporum* rationes animum advertere debemus, quibus iſtae lucem adſpexerunt, ubi iudicare velimus, quale iis pretium ſit ſtatuendum. Ad diverſa tempora ſi editiones referantur, tres illarum Claſſes conſtitui poſſunt, ita ut ad primam *antiquiſſimae*, ad ſecundam *antiquiores* et ad tertiam *recentiores* pertineant. Ad *antiquiſſimas* referuntur eae, quae ab aetate inventae et ad uſum ſatis inſtructae ty-

pographiae usque ad coeptam ſacrorum emendationem in lucem exierunt. Ipſae editiones hae magnam fidem prae ſe habent atque in ſingulari ſunt exiſtimatione. Inter libros, qui non longe poſt natam typographiam litterarum formis deſcripti ſunt, locum etiam tenent ingenii monumenta, a Patribus eccleſiaſticis relicta. Quaedam tantum adduxiſſe ſufficiat.

Ex numero eorum, quae a *graecis* Auctoribus compoſita ſunt, pauca, et haec quidem tantum in latinis verſionibus, in lucem prodierunt: e. g.

Origenis Libri VIII. *contra Celſum*, Philoſophum Epicureum, pro veritate religionis chriſtianae conſcripti, latine ex interpret. *Chph. Porſenae*, Rom. p. G. Heroldt de Bamberga 1481. fol. *)

Eusebii *Pamphili*, Epiſc. Caeſareenſis, Libri *Praeparationis evangelicae*, lat. interprete *Ge. Trapezuntio*, Ven. 1470. fol. p. Nic. Ienſon.**) Tarviſii 1480. fol. Patavii 1497. fol.

Athanasii *Opuſcula* quaedam, ab *Omnibono Leoniceno* in ſermonem latinum converſa, Vincent. 1482. fol. et Eiusdem *Opera* latine, Tubing. 1515. fol. Par. 1519. fol.

Chrysostomi *Opera*, latine, Ven. ap. Aldum 1503. II. fol., ac Baſil. ex officina Iacobi de Pfortzen 1504. fol, quam editionem Fronto Ducaeus, Lud. Ell. du Pin, Rich. Simon pro omnium quidem antiquiſſima habent. Falſa autem perſuaſio haec eſt. Quae enim Venetiis prodiit, illa maiorem antiquitatem prae ſe habet eamdemque editio Baſileenſis refert.

Eadem aetate et Patrum *latinorum* multa ſcripta lucem adſpexerunt. Inter prima litterarum monumenta, typis exſcripta, locum habent:

---

*) Vid. Ebert *Bibliogr. Lexicon* n. 15217.

**) Ebert n. 7141. 42.

Cypriani *Epistolae*, edit. *I. Andrea, Aleriensi*, Rom. 1471. fol. p. Conr. Sweynheym et Arn. Pannartz, Venetiis itidem 1471. fol. p. Vindelinum Spirensem, quam editionem Spirae descriptam atque in lucem emissam esse, prave nonnulli tradunt: *) Cypriani *Opera* Par. 1512. 4. p. Bertold. Remboltum, c. praefat. Rob. Fortunati, Macloniensis.

Lactantii Libri, qui Sec. XV saepius prodierunt, Rom. 1465. e monasterio Sublacensi, non a. 1461. uti Bern. de Montfaucon, in *Diar. Italic.* p. 256. quidem scripsit; se autem errasse, ipse postea confessus est. **) Editionem hanc, qua nulla alia antiquior memoratur, plures aliae eiusdem aetatis sequutae sunt: nimirum Romae 1468. fol. in domo Petri de Maximis, p. Conr. Sweynheym et Arn. Pannartz cuius mentionem facit Rich. Simon, Tom. I. *Epistol. Select.* p. 153.; Rom. 1470. f. per eosdem, c. praefat. *Io. Andreae*, Aleriensis Episcopi; Venet. 1471. fol. ap. Adam ***); Venet. 1472. fol. ap. Vindelinum †) Rom. 1474. fol. p. Udalr. Gallum Alamanum et Symonem Nicolai de Luca; Rostoch. 1476. fol. per Fratres Presbtt. et Clericos *Congregationis domus viridis horti ad S. Michaelem*; Venet. 1478. fol. impendio, ut in fine legitur, providorum Virorum Io. de Colonia, Io. Manthen de Gheretzen sociorum; Venet. 1478. fol. p. Andr. de Paltasichis Catarensem et Boninum de Boninis, socios; Venet. 1483. fol. p. Bernardin. de Benaliis, Bergomensem; Venet. 1493. fol. impressa p. Vincent. Benalium; Venet. 1497. fol. p. Sim. Bevilaquam Papiensem, quae editio descripta est ad Romanam a. 1470. c. praefat. *Io. Andreae*; Par.

*) Vid. Maittaire *Annal. typograph.* p. 89. et Fabricii *Biblioth. latin.* III, 378.

**) Maittaire *Annal. typograph.* p. 60.

***) Cf. *Biblioth. Bunavian.* III, 1, p. 140.

Vid. Rittershusium *ad Salvianum* p. 192.

1500. 4. p. calcographum Nic. de Pratis; Venet. 1502. fol. ex emendat. *Io. Petri Valeriani*; Venet. 1509. fol. impensis et opera Io. de Tridino, cognomento Tacuini, ex castigatione *Iani Parrhasii*, addito Tertulliani Apologetico et Chrysostomi Sermone de Eucharistia, c. narratione ex Suida in *Iησοῦς*.; Par. 1509. fol. ap. Io. Parvum, c. Tertulliani Apologetico atque Aliorum scriptis cumque *Aegidii Maserienfis* praefat.; Venet. 1511. fol. ap. Io. de Tridino, Florent. 1513. 8. ap. Ph. Iuntam, ex *Mariani Tuccii* recognitione; Par. 1513. 4. Venet. 1515. 8. ap. Aldum, c. Tertulliani Apologetico, ex *Io. Bapt. Egnatii* emendatione. De editionibus his Lactantii videatur SCHOENEMANN I, 183 sq.

AMBROSII libri editi sine nota loci atque anni cura *Maffelli Veniae*, Monachi Augustiniani atque eiusdem Ordinis Generalis, Ambrosio Borano, qui a. 1486. vitam finivit, consecrati. Editioni huic tempore pariter ac characteribus proxima est illa, quae Mediolani 1490. fol. stud. *Ge. Cribelli* Presb., ap. Leonard. Pachel lucem vidit. Utraque editio quum paucos Ambrosii libros complectatur, *Io. Amerbachius* curavit, ut locupletior editio prodiret ac plura illius scripta, antea omissa, ad publicum usum transferrentur. Editio haec Basil. 1492. III. fol. exiit, ita adornata, ut singulos libros, in certa capita divisos, una cum illorum argumentis exhibeat. Ad eam denuo litterarum formis describendam operam suam adhibuit *Io. Petr. de Langendorf*, c. copioso indice ac *Conr. Leontorii* praefat., Basil. 1506. III. 4. Addendae sunt duae aliae generis huius editiones: altera Mediolanensis a. 1494. fol. altera Basileensis a. 1516. fol.

HILARII Pictaviensis *Opera*, Par. 1510. fol. ap. Ascensium.

HIERONYMI *Epistolae*, quarum antiquissimae editiones exstant. Collegit illas Theodorus, Episc. Tarvisinus, ac primus earum Tomus lucem vidit Ro-

mae 1468. fol. cura *Io. Andreae*, Episc. Aleriensis, p. Conr. Schweynheym et Arn. Pannartz, secundus autem Tomus prodiit 1470. fol. ex eadem officina. Uterque tomus eod. a. iterum descriptus est Moguntiae p. Pet. Schoifferum fol. hasque editiones plures aliae, quae eandem antiquitatem prae se ferunt, sequutae sunt: Venet. 1476. fol. p. Ant. Bartholomaeum; Parmae 1480. fol.; Venet. 1488.; Basil. 1492. fol.; Venet. 1496. fol.; Lugdun. 1513. fol. p. Magistrum Nic. de Benedictis.

Augustini varia scripta, prima aetate inventae typographiae Seculoque XV. edita, uti sunt: *Libri XXII de civitate Dei*, Venet. 1470. fol. p. Vindelinum Spirensem; ibidem 1470. fol. p. Gabr. Petri de Tarvisio; Basil. 1489. fol. c. Commentariis *Thom. Valois* et *Nic. Triveth* p. Io. Amerbacensem. Praeter has editiones memorantur: Romana a. 1474. Mogunt. a. 1475. Neapolit. a. 1477. Basil. a. 1479., atque aliae eiusdem aetatis, quas habet Schoernemann II, 61 sqq. Spectant huc etiam Augustini *Libri IV de Consensu Evangelistarum*, Laugingae 1473. fol. sine mentione typographi; eiusdem *Opuscula plurima*, Argent. 1489. fol., sumtu et op. Mart. Flachi; libellus de *verae vitae cognitione*, sine indicio loci atque anni, cum insignibus autem typographicis Fausti et Schöfferi 4.; de *doctrina christiana liber IV*. de arte praedicandi, ad Codd. msptos emendatus, Mogunt. s. a. fol. p. Io. Faust, uti ex prologo patet. Separatim non solum singularia Augustini scripta a prima artis typographicae origine prodierunt, uti commemorata exempla monstrant, sed Io. Amerbachius studia quoque in eo posuit, ut universa illius opera, quae inveniri ac colligi poterant, coniunctim in lucem emitteret. Quam in rem usus est adiumento Augustini Dodonis, Basileae ad S. Leonardum Canonici, qui pecunia satis instructus, omnia Augustini scripta in Bibliothecis

liae, Galliae, Germaniae perquisivit ac curavit, ista ad Amerbachium transferrentur. Quae postiam acceperat, ad ista evulganda se contulit. Augustini *Opera* iuris publici fecit, Basil. 1506. XI. fol. ae autem iam antea circa a. 1489. 1494. 1495. ediderat, ea nunc omisit.

Orosii Libri, qui ante finem Sec. XV iterum erumque descripti sunt. Prodierunt quidem illi ne mentione loci, typographi atque anni, ornate tque eleganter, Vicentiae tamen editionem hanc n conspectum publicum venisse, inter Eruditos constat. Praefuit illi corrigendae atque emendandae Aeneas Vulpes; Herm. Levilapis Coloniensis autem ibros ipsos in lucem protulit. Haec habetur antiquissima editio. Sequuta est alia Augustae 1471. fol. op. Io. Schussleri, de qua affirmant, eam reliquas veteres editiones omnes praestantia sua antecedere. Post illam in lucem prodiit editio tertia Venet. 1483. fol. sumtu Octaviani Scoti Modoeşiensis, ac quarta itidem Venet. 1500. 4. op. Bernardi Veneti de Vitalibus, et quae etiam huc referri potest, quinta Paris. 1510. 4. *)

Cassiani *Opera: de institutis Caenobiorum: de Origine, caussis et remediis vitiorum et Collationes Patrum*, quae publicae luci exposita sunt Basil. 1485. fol. sine mentione typographi.

Leonis *Magni Sermones*, Rom. 1470. fol. p. *Conr. Sweynheim* et *Ant. Pannartz*, quos eodem aut sequenti anno ibidem, sed sine loci atque anni mentione recuderunt *Ulricus Han*, paullo post *Veneti typographi* a. 1482, 1485 et 1505. et *Io. Parvus* Par. 1515., aliique, qui latere, quam nomen profitere, maluerunt.

---

*) De editionibus his disserit Havercampus *Praef.* ad *Orosii historiarum libros*, ceter. Lugd. Bat. 1738. 4. et Schoenemann II, 488.

Cassiodori *Expoſitio in Pſalterium*, Baſil. 1491. fol. p. Io. Amerbachium.

Gregorii *Magni* varia ſcripta, uti ſunt: *Moralia*, Baſil. 1406, fol.; *Liber paſtoralis*, Argent. eod. a., ac Par. 1408. fol.; *Dialogus de vitis Patrum Italicorum*, Par. 1499. fol. *)

Editiones, quas appellamus antiquiſſimas, cur ſingularem auctoritatem atque exiſtimationem habeant, cauſſas varias W. Cave, in *Prolegg. Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſiaſt.* p. 18. enarrat atque ita ediſſerit: *Editiones, quae in primis rei typographicae incunabulis prodierunt, ex optimis quibusvis Manuſcriptis expreſſae ſunt, adeo ut deſideratis iam plerisque Codicibus mſptis, editiones iſtae non immerito Mſptorum vicem ſupplere poſſint.* Quibus dictis, addit: *Quia nondum natis de Eccleſia reformanda controverſiis, nondum exorto Romanos inter et Reformatos de fidei articulis et Eccleſiae Rom. corruptelis diſſidio, nulla ſatis idonea cauſſa ſubeſſe poterat, cur in excudendis Patrum operibus fraude uterentur. Nullus adhuc Hannibal ad portas, nemo fere, qui adverſus eos caſtra moveret, quique frequentes Patrum turmas in aciem proferret. Hinc Scriptores eccleſiaſticos ſine fraude et fuco propria dogmata propriis verbis tradentes nobis exhibuerunt.* Quibusdam interpoſitis, ſubiungit: *His addi poteſt, quod primi rei typographicae curatores ſua quam*

---

*) Vid. Beughemii *Incunabula typographiae, ſ. Catalogus librorum ſcriptorumque, proximis ab inventione typographiae annis editorum*, Amſtel. 1688. 12. Maittaire *Annales typographici ab artis inventae origine ad a. 1500.* Hag. Com. 1719. 4. una cum reliquis eorum tomis: Labbei *Veterum editionum ante a. Chr. 1500. Breviarium*, in Eiusdem *Nova Biblioth. mſptorum librorum* p. 337. G. Wfg. Panzer *Annales typographici ab artis inventae origine ad a.* 1536., *poſt Maittarii, Deniſii, aliorumque doctiſſ. viror. curas in ordinem redacti, emendati et aucti.* Norimb. 1793—1803. XI. 4. atque alia argumenti huius ſcripta, quae diligenter recenſentur in *Catalog. Biblioth. Bunavianae* Tom. I. p. 671.

ıdate in lucem emiserunt, non ignaris, ineptis trivio petitis, quos vocant, correctoribus emendi curam relinquentes. Recte ita Caveus de ionibus Patrum, Sec. XV in lucem emissis, iut illisque dignitatem fidei atque accurationis prae tis aliis, quae postea prodierunt, merito tribuit; dsi autem istas ipsas sine comparatione spectaı, fatendum est, in illis esse vitia, non fraudis nalitiae, sed incuriae ac negligentiae. Nec sine ssa Io. Franc. Buddeus, in *Isagog. ad theolog. vers.* Lib. II. Cap. 3. p. 590. animadvertit, quan- Caveus tradat, primas Patrum editiones ex opti- quibusvis Msptis expressas esse ac Codicum manu ratorum, quum illi desiderarentur, vicem sup- re posse, haec non plane affirmanda esse, quom praestantissimi Codd. mspti in Bibliothecis in- iantur, ex quibus scripta Patrum recenseri queant. e ratione tamen Sainiorius; s. Rich. Simon, *Biblioth. crit.* I, 255. Caveum reprehendit, quod pserit: *Nondum motis de Ecclesia reformanda troversiis — fraude uterentur.* Contra quae quum ıon pugnat, contra experientiam sane pugnat.

§. 13.

Ad Classem editionum Patrum Ecclesiae seıdam *antiquiores* pertinent, illae nimirum, ıe Saeculo XVI prodierunt, maxime quum therus veram doctrinam ex tenebris in lucem ocare coepisset. In illis eminent, quae sum- studio ac cura *Roberti Stephani* et *Ioannis Froii* in conspectum publicum venerunt, quibus- *Erasmus Roterodamus* manus admovit. Istae m non solum accurate descriptae sunt, sed erarum quoque elegantia multum se commenıt atque inter editiones temporis illius princium tuentur.

Rob. Stephanus vir fuit litteris latinis, graecis, ebraeis multum excultus ac Bibliothecas non solum Gallorum, sed etiam aliarum nationum diligenter perlustravit. Artem suam primum Parisiis, deinde Genevae exercuit, tanta cum laude, ut principem locum inter typographos sibi fecerit. Quos describendos curavit, libri monstrant maximum studium ad eos corrigendos adhibitum, summam typorum elegantiam atque admirabilem pulcritudinem. Ita ex officina eius varia scripta Patrum eorumque graecorum, sine interpretatione latina, in lucem prodierunt, nominatim:

Iustini *Martyris Opera*, ex Bibl. regia et regiis typis, Par. 1551. fol. Exhibentur Iustini scripta eo ordine, quo ista Stephanus in Codice invenit, hoc modo disposita: Epistola ad Zenam et Serenum; Cohortatio ad Graecos; Dialogus cum Tryphone Iudaeo; Apologia pro Christianis ad Senatum; Apologia ad Antoninum; de Dei monarchia; nonnullorum Aristotelis dogmatum Confutatio; Quaestiones Christianorum ad Graecos; Quaestiones et responsiones ad Orthodoxos; Quaestiones Graecorum ad Christianos. Quaedam aliter, ac in Codice legantur, descripta esse hancque editionem, licet illa splendida sit atque insignis, non omni plane vitio carere, VV. DD. animadvertunt. *)

Eusebii Caesar. scripta eaque: *Praeparatio evangelica*, ex Cod. regiae Bibliothecae ac regiis typis, Par. 1544. fol. *Demonstratio evangelica*, quam Rob. Stephanus itidem ex Cod. regio ac typis regiis nitidis primus edidit, Par. 1545. fol.; Eusebii, Socratis, Theodoreti, Theodori, Sozomeni, Evagrii *Historiae ecclesiasticae* libri, quos iste, etiam ex

*) Vid. de editione hac Le Nourry *Apparat.* I, 468. ac *Praef.* ad *Iustini Opera*, a Monachis Benedictinis edita, Par. 1742. fol. p. 1.

Codd. regiis elegantiſſimis litterarum formis deſcriptos, iuris publici fecit, Par. 1544. fol.; Liber de *Martyribus Palaeſtinae*, qui Euſebii *Hiſtoriae eccleſiaſticae*, a Stephano gr. in lucem emiſſae, ſubiicitur; de *Vita Conſtantini Magni* Libb. IV., quos idem Stephanus primus gr. c. *Hiſtoria eccleſiaſtica* vulgavit, Par. 1544. fol.

Addi poteſt *Henr. Stephanus*, filius Roberti, ex cuius officina prodierunt:

Athenagorae, Athenienſis, Philoſophi chriſtiani, Libelli: alter *Apologia pro Chriſtianis*, ad Impp. Antoninum et Commodum, gr. c. interpret. lat. Conr. Gesneri huiusque ac Henr. Stephani annott. eiusdemque Athenagorae Libellus alter de *Reſurrectione mortuorum*, gr., c. verſ. lat. Pet. Nannii et Henr. Stephani notis, Par. 1557. 8.

Io. Frobenius nominis famam ſibi acquiſivit non mediocrem. Celeberrimus ille eſt eruditione, induſtria, meritis in rem litterariam, ad quam ornandam nullam curam operamque neglexit. Officinam habuit Baſileae inque ea artem exercuit tam laudabili ſtudio, ut a nullis curis, vigiliis, laboribus, a nullo ſumtu alienus eſſet, nec quidquam omitteret, quod ad libros, accurate atque eleganter deſcribendos, pertinebat. Inter typographos, Germanorum ſaltem, principem locum ſibi fecit ac libris, qui ex officina eius prodierunt, praecipue ſcriptis Patrum latinorum, magnam laudem atque exiſtimationem conciliavit.

Erasmus praeclaram operam in eo quoque poſuit, ut ſcripta Patrum eccleſiaſticorum debita fide atque accuratione recenſeret, quae vitioſa in illis fuerant, ea emendaret atque ſubiungeret animadverſiones. Editiones hae, Patrum inprimis latinorum, Baſileae ex Frobeniana officina in lucem prodierunt, ſingularem laudem conſequutae ſunt atque eamdem conſtanter conſervarunt. Locum in illis habent:

Caecilii Cypriani, *Episc. Carthag.*, *Opera, ab innumeris mendis repurgata, adiectis nonnullis libellis ex vetustiss. exemplaribus, quae hactenus non habebantur, ac semotis iis, quae falso videbantur in scripta, una c. annotatiunculis, stud. Erasmi Roterod.* Basil. ap. Io. Frobenium 1520. fol. quam primam editionem plures aliae sequutae sunt atque in his secunda, itidem Basil. ap. Frobenium, 1525. fol. Erasmi *Praefatio* locum habet inter eius *Epistolas* Lib. XXVIII. num. 6. p. 1615. edit. Lond.

Hilarii, *Pictavorum Episc.*, *Lucubrationes quotquot exstant, olim per Desid. Erasm. Roterod. emendatae, nunc denuo recognitae*, Basil. 1523. et 1525. fol. in offic. Frobeniana. Quam Erasmus praemisit, *Praefatio* censuram romanam ac Theologorum Parisiensium experta est, quoniam illa Erasmi sententias pravas ac malevolas de Hilario, eius doctrina, moribus, rebus gestis complectatur. Legantur, quae praefati sunt Monachi Benedictini ad *Hilarii Opera*, Par. 1693. edita, p. 2. Ipsa Erasmi *Praefatio* exstat quoque in Eiusdem *Epistolis* Lib. XXVIII. num. 8. p. 1651. edit. Lond.

Ambrosii *Opera*, stud. *Erasmi Roterod.* edita, Basil. 1527. fol. ex offic. Frobeniana. Eorum, qui antea ad Doctoris huius veteris scripta, in lucem emittenda, se contulerant, industriam longe superavit curamque in eo collocavit, ut non solum plura, sed etiam emendatiora Ambrosii opera exhiberet. Quae dedit, cuncta ad II volumina redegit, ac IV tomos constituit, ita dispositos, ut 1) Ethica 2) Polemica 3) Orationes, Epistolas ac Conciones 4) denique N. ac V. T. Explanationes complecteretur. Singulis tomis ac nonnullis libris censuras quasdam praemisit. Ita adornata editio haec multum se commendavit ac saepius litterarum formis expressa est. Praemissa Erasmi *Praefatio* est in Eiusdem *Epistolis* Lib. XXVIII. num. 3. p. 1584. edit. Lond. Non

ierunt, qui varia in illa reprehenderent eamdem emendandam esse, iudicarent. In his Monachi edictini. *Praefat. ad Ambrosii Opp.* T. II. edit. 1686. arguunt Erasmum, eum plus ingenio suo propriis coniecturis, quam msptorum Codd. auritati tribuisse, hancque ob caussam, quum Erasmi tio Par. 1529. Chevallonii typis denuo descripta multa commutata fuisse in textu atque in mare nonnulla annotata; nec Parisiis tantum, sed sileae quoque, ubi prima Erasmi editio ex Froniana officina prodierit, in sequutis editionibus, c factum esse.

Hieronymi *Stridon. Opera omnia, ex ement. et c. argumentis ac scholiis Desid, Erasmi Tom. III.*, Basil. 1516. fol. ex offic. Frobeniana, quae itio diversis locis, Basileae, Lugduni, Parisiis, rum atque iterum prodiit. Erasmus, Io. Cono, Io. Reuchlini, Io. et Brunonis Basiliique Amerchiorum et Conr. Pellicani opera adiutus, magnum regiumque studium ad Hieronymi scripta undique nquirenda, recensenda, illustranda, germana ab ulterinis secernenda adhibuit.

Augustini *Opera*, Basil. 1528 et 1529. X fol. offic. Frobeniana in lucem producta, ad quam litionem Erasmus Roterod. itidem opem attulit que laudem atque existimationem conciliavit.

Nec latinorum tantum, sed Graecorum quoque atrum scripta studio Erasmi ex offic. Frobeniana conspectum publicum venerunt. In numero ilrum sunt:

Irenaei, *Episc. Lugdun., Opus eruditissimum, V libros digestum, in quibus mire retegit et contat veterum haereseon impias ac portentosas opiiones, ex vetustiss. Codicum collatione, quantum cuit, emendatum op. Desid. Erasmi Roterod. ac unc primum in lucem editum op. Io. Frobenii. Aditus est index rerum scitu dignarum*, Basil. 1526.

fol. Usus est Erasmus tribus manu exaratis libris: dolent autem eruditi viri, illum, melioribus Codicibus destitutum, plura praestare non potuisse. Id quod quum animadvertit Renat. Massuet, *Praefatione* ad *Irenaei libros contra haereses*, Par. 1710. p. 5. addit: *Tot enim mendis, lacunis mutilisque ac depravatis periodis scatet Erasmi editio, ut Irenaeus saepe in ipso Irenaeo quaeratur illiusque sententiam assequi, difficile sit.* Consecratum est opus hoc Bernardo, eo tempore Episcopo Tridentino.

Chrysostomi *Opera*, Basil. 1530. 33. V. fol. ap. Frobenium, quae uti Erasmus recensuit, *) ita eodem interprete varia Chrysostomi opuscula latine prodierunt, uti sunt: Homiliae V. *adv. Iudaeos*; Homiliae IV de *Lazaro et divite*; Homiliae de *visione*; Homilia de *Philogonio* martyre; Libri duo de *orando Deum*; Libri tres de *Davide et Saule*; Homilia, *quum Presbyter esset designatus*; *in Psalmum: Cantate domino*; Homilia, *quum Sartoninus et Aurelianus acti essent in exilium et Gainas egressus esset a civitate et de avaritia*; Homiliae II *de fide Annae*; Homiliae IV *commentariorum in Acta Apostolorum*; Homiliae VII *commentariorum in secundam ad Corinthios*; Enarratio *in Ep. ad Galatas*; Homiliae II *in Ep. ad Philippenses*. Omnia monumenta haec, ab Erasmo latine reddita, lucem viderunt. **) Eodem modo et in aliorum graecorum Patrum scriptis versatus est, nominatim

Athanasii, cuius sequentia opuscula ab Erasmo in latinum sermonem conversa atque edita sunt: Epistolae II de *S. Spiritu*; Epistolae II *contra Eusebium de Nicaena Synodo*; Apologetici II *adv. eos, qui calumniabantur, quod in persequutione fugisset*;

---

*) Vid. Erasmi *Epist.* Lib. XXVIII. num. 4. p. 1590., ubi etiam de variis Chrysostomi scriptis, ab ipso per minora volumina separatim in lucem emissis, differit. *Epist.* 23. 24. 83 sqq.

**) Coniunctim exhibentur ista in Erasmi *Opp.* Tom. VIII. p. 7 sqq. edit. Lugd. Bat. 1706. fol.

nilia *de passione Domini;* Opus *de hoc; quod* ptum *est* Luc. XIX, 30. de *virginitate*, *s. de Extatione;* de *peccato in Spiritum S.;* ac de *Spi- S.;* in Erasmi *Operum* Tom. VIII. p. 327 sq. L. Lugd. Bat.

Origenis *Commentariorum in Evang. Matei fragmento*, latine, a Cap. XIII. ad XVI. *Ibin* p. 439.

Basilii *Operibus*, graece c. Erasmi *praefat.* il. 1532. fol. ap. Hieron. Frobenium, quae editio tatur omnium prima. Continentur ista graece: miliae in *Hexaëmeron* et in *Psalmos;* aliae XIX miliae de *diversis argumentis;* liber de *Spiritn S.* m *Epistolis* nonnullis. *) Singularia quoque nonlla Basilii scripta Erasmus latine interpretatus est separatim recensuit. Sunt ista: *Expositio in Protam Iesaiam;* liber de *Spiritu S.;* Homiliae II *laudibus ieiunii;* in Erasmi *Operum* VIII, 483. moratae editionis.

§. 14.

Sequitur Classis tertia editionum Patrum ornis sacri, quae *recentiores* appellari possunt. pexerunt istae lucem seculo septimo ac octavo cimo atque ita adornatae sunt, si non omnes, ultae tamen, ut iis, quae antea in conspectum iblicum venerunt, praestantia sua antecellant, re ad res ipsas, sive ad typorum elegantiam anium advertere velimus.

Editiones hae variis virtutibus se commendant iure locum superiorem tuentur. Sunt istae 1) requis pleniores ac monumenta complectuntur, quae ondum edita fuerant, nunc autem ex tenebris ad

*) Vid. Garnerii *Praefat. ad Basilii Opera*, Par. 1721. fol.

primam lucem veniebant: 2) in Patrum scriptis adulterinis ab iis, quae germana sunt, rite discernendis illi, qui in illis edendis versati sunt, maiorem ac feliciorem operam probarunt, nec solum ipsa scripta falsa recensuerunt, sed etiam hanc in rem praecepta critica dederunt; 3) Patrum graecorum interpretationes latinae, quando illae antea vel minus recte atque accurate, vel haud scite ac satis perspicue compositae fuerant, ad veram auctorum sententiam facilius assequendam diligenter emendatae sunt; 4) accesserunt notae, ita conscriptae, ut diversas lectiones, ex Codicibus manu exaratis collectas, exhibeant atque ipsis Patribus rebusque, quas isti tradiderunt, lucem praebeant. 5) Laudari omnino debent, nec mediocrem utilitatem promittunt Praefationes, singulares Commentationes ac Dissertationes, quibus instructas esse nonnullas harum editionum, maxime a Monachis Benedictinis e Congr. S. Mauri vulgatas, constat. Enarrantur ibi Patrum vitae resque gestae, saepe ex ipsis eorum libris; scriptorum, quae reliquerunt, historia ac editiones; dogmata ac controversiae; locorum, quae difficilia, vel dubia sunt, explicationes ac quae sunt alia generis huius argumenta. 6) Nec omittendus est splendor, quem ab elegantia ac praestantia chartarum ac litterarum habent editiones, inprimis in Gallia atque Anglia publicae luci expositae.

§. 15.

Inter recentiores Patrum editiones illae inprimis singularem laudem atque existimationem sibi conciliarunt, quae in *Gallia* cura ac studio Monachorum Benedictinorum e Congregatione S. Mauri in lucem prodierunt. In ornandis atque edendis istis dicti Monachi industriam et eruditionem haud mediocrem probarunt; tan-

tum tamen abfuit, ut omnibus ſatisfacerent, ut potius in varias incurrerent reprehenſiones ſibi que neceſſitatem defendendi impoſitam eſſe, putarent. Lucem viderunt ſtudio

Nic. Hug. Menardi *S. Gregorii Papae I Liber ſacramentorum, c. notis et obſſ.*, Par. 1642. 4. Quae additae ſunt notae luculenter teſtantur de Menardi eruditione ac iudicio, et tranſlatae ſunt in Gregorii *Magni Operum*, a Monachis Benedict. edit. T. III. p. 273. Exſtat quoque Barnabae *Epiſtola*, a Menardo illuſtrata, et a *Luc. Dacherio*, poſtquam iſte mortalitatem ſuam finierat, c. vet. verſione ac Menardi notis in lucem emiſſa, Par. 1645. 4. *)

Iac. du Frische ac Nic. le Nourry *S. Ambroſii, Mediolanenſis Epiſc., Opera, ad mſptos Codd. Vaticanos, Gallicanos, Belgicos, ceter. nec non ad Editiones veteres emendata*, Par. 1686. 90. II. fol. Labore, ad *Opera* haec adhibito, memorati Viri partite perfuncti ſunt, ita ut du Frische prioris, le Nourry autem poſterioris tomi curam ſuſciperet. Scripta Ambroſii eo ordine diſpoſita ſunt, ut prior tomus ea complectatur, quae ad Scripturarum S. interpretationem pertinent; poſterior reliquas Ambroſii lucubrationes exhibeat, una cum appendice, in qua triplex Ambroſii vita locum obtinuit. **) Rich. Simon quae in editione hac reprehenderet, inveniſſe ſibi viſus eſt in *Lettres choiſies* p. 74.

Io. Garetii *Magni Aurelii Caſſiodori, Senatoris, Viri patricii, conſularis et Vivarienſis Abba-*

---

*) Cum notis *Menardi* Epiſtola haec exſtat quoque in Cotelerii *PP. apoſtol.* Vol. I. p. 5. edit. Clerici, Amſtel. 1724. fol.

**) Recenſetur editio haec in *Acta Erudit.* a. 1688. p. 64. et eorum *Suppl.* II, 209. in Cavei *Hiſt. litter. Scriptor. eccleſiaſt.* I, 269. Oudini *Comment. de Scriptor. eccleſiaſt.* I, 656. Ittigii *Praef. ad Tr. de Biblioth. PP.* p. 91. Schoenemann I, 413.

tis, *Opera omnia, in duos tomos distributa, ad fidem msptorum Codd. emendata et aucta, notis et observatt. illustrata, c. indicibus locupletiss., quibus praemittitur illius vita, quae nunc primum in lucem prodit, c. differt. de eius Monachatu*, Rothomag. 1679. fol. et Venet. 1729. fol. Divisum est opus hoc in duas partes, quarum altera continet omnia scripta, a Cassiodoro tanquam politico et historico composita, uti sunt Libb. XII *Variarum*, s. varii generis *Epistolarum; Historiae ecclesiasticae tripartitae Epitome; Chronicon* ad Theodoricum Regem; *Computus paschalis*, c. Iornande de *Gothorum origine et rebus gestis*. Altera pars complectitur ea, quibus Cassiodorus Scripturas divinas explanavit, una cum eiusdem libris de *institutione divinarum litterarum*; de *artibus ac disciplinis liberalium litterarum*; de *oratione et octo partibus orationis*; de *orthographia*; de *anima*. In colligendis atque edendis scriptis his Garetius maxime laudabilem atque egregiam operam posuit. Primus ille singulas Cassiodori lucubrationes coniunctim evulgavit; Codices msptos diligenter consuluit atque ex illis multa restituit, quae adhuc in editis operibus omissa fuerant; quae nondum erant edita, ex tenebris in lucem vocavit; praeterea autem non solum suas, sed etiam aliorum, nominatim Claud. Grularti et Franc. Iureti, notas adiecit. *)

Io. Mabillonii *S. Bernardi, Abbatis primi Claraevallensis, Opera, post Horstium denuo recognita, aucta et in meliorem digesta ordinem, nec non novis praefationibus, admonitionibus, notis et observatt. indicibusque copiosiss. locupletata et illustrata*, Par. 1667. II. fol. et IX. 8. iterum atque iterum Par. 1690. et 1710. II. fol. **)

---

*) Ad *Nova Acta Erudit. Suppl.* I, 1.

**) *Actor. Erudit. Suppl.* I, 556.

Thom. Blampini *S. Aurelii Augustini, Hipponensis Episc., Opera omnia, post Lovaniensium Theologorum recensionem, castigata denuo ad msptos Codd. Gallicanos, Vaticanos, Anglicanos, Belgicos, ceter. nec non ad editiones antiquiores et castigatiores*, Par. 1679—1700. XI. fol. Undecimus tomus continet Augustini vitam ex eius potissimum scriptis concinnatam, nec non Indices generales tum in opera Augustini, tum in alia, quae in Appendices translata sunt; indicem alphabeticum Operum Augustini nec non eorumdem distributionem novam, comparatam cum editione Lovaniensi, nonnulla denique Addenda et Corrigenda. *) Blampinus praecipue quidem curam ac laborem ad editionem hanc contulit; adiutus tamen fuit ab Ordinis sui sociis, *Franc. Delfau, Pet. Coustant, Io: Mabillonio* atque aliis. Praefatio generalis, quae praemissa est, *Mabillonio* tribuitur. **) Narrantur ibi, quae de editione hac peracta sint. Quamvis enim Monachi Benedictini in ista ornanda omnem laudabilem industriam posuerint; fuerunt tamen, qui acerbe eam impugnarent ac Monachis illis imponerent necessitatem, caussam editionis suae peragendi. Inter Adversarios hos Iesuita quidam Emeric L'Anglois, primus exstitit, qui se opponeret ac sub nomine *Abbatis Germani* ederet: *Lettre d'un Abbé Allemand contre la nouvelle édition de S. Augustin.* Respondit Bern. de Montfaucon, ac ficto nomine D. B. de Riviere usus in lucem protulit: *Vindiciae editionis Augustini, a Benedictinis adornatae, adv. Epist. Abbatis Germani*, Rom. 1699. 12. ***)

---

*) *Acta Eruditor.* a. 1683. p. 1. a. 1688. p. 618. 1701. p. 248.

**) Vid. Dupin *Nouv. Biblioth. des Auteurs eccl.* XVIII, 225.

***) Auctorem memorati scripti esse Montfaucon, animadvertunt: Simon *Bibl. crit.* III, 116. et Pez *Biblioth. Benedict. Maur.* p. 371. adde: *Hist. des Ouvrag. des Savans* a. 1699. p. 259.

Ad eum adiunxerunt ſe alii atque itidem pro nova Auguſtini editione pugnarunt: Dionysius nimirum Sammarthanus, qui emiſit: *Réflexions ſur la Lettre d'un Abbé d'Allemagne aux* RR. PP. *Bénédictins de la Congregation de S. Maur ſur leur dernière tome de l'édition de S. Auguſtin*, Rothomag. 1699. 12. *); Auctor ſcripti, cuius titulus eſt: *Lettre d'un Eccleſiaſtique aux* R. P. D. E. L.; Franc. Lamius, cuius prodiit: *Lettre d'un Théologien à un de ſes amis ſur un libelle, qui a pour titre: Lettre d'un Abbé aux* RR. PP. *Bénédictins de la Congrégation de S. Maur ſur le dernière Tome de leur édition de S. Auguſtin*, 1699. 12.; item ſcriptum, quod titulum prae ſe fert: *Plainte de l'Apologiſte des Bénédictins à Meſſeigneurs les Prélats de France*, 1699. 8. Reprehenderunt quoque Benedictinos Barth. Germon, de *Veter. Regg. Franc. diplomat. Diſcept. II. Append.* Cap. 3. ſqq. et Ignat. de Laubrussel, Libro, gallica lingua edito, de *abuſu criticae in rebus, ad religionem ſpectantib.* I, 131. quibus Pet. Coustant in *Vindiciis Codd. mſptor.* Cap. XV. et in *Vindiciis veterum Codd. confirmatis* Part. V. Cap. 1. p. 478. reſtitit ac pro Benedictinis diſputavit. Nec omittendus eſt Rich. Simon, qui Monachos et ab illis edita Augustini *Opera* acerrime perſtringit iisdemque imperitiam artis criticae, craſſam ignorantiam atque alia vitia graviora exprobat. **) Eorum, quae Adverſarii hi Benedictinis de editione Auguſtini obiecerunt, praecipua capita ſunt, iſtos ſatis monſtraſſe, ſe a Ianſenii dogmatibus haud alienos eſſe, ac Codices ſequutos fuiſſe, depravatos maxime ab aſſeclis Gotteſchalci et Ratramni. ***)

*) Simon *Bibl. crit.* III, 114.

**) *Biblioth. crit.* T. III. Cap. II, p. 101. et T. IV. Epiſt. 4. et 5. p. 87 ſqq.

***) Qualia ſcripta in ſingulis tomis ſint ac qualem ordinem iſta inter ſe habeant, oſtendunt: Caveus *Hiſt. litter. Scriptor.*

Editio Parisiensis denuo descripta est non Antverpiae, ut libri titulus mentitur, sed Amstelodami, 1700—1705. XI. fol., minori typorum charactere. Curam gessit Io. Phereponus, i. e., Io. Clericus ac Tomus XII accessit, sub titulo: *Appendix Augustiniana*, qua continentur: Prosperi *Carmen de Ingratis*, c. notis *Mart. Steyarti*, Lovaniensis Theologi; Io. Garnerii *Dissertt. pertinentes ad historiam Pelagianam*; Pelagii *Commentarii in Epp. S. Pauli*; Desid. Erasmi, Io. Lud. Vivis, Iac. Sirmondi, H. Norisii, Io. Clerici et aliorum *Praefationes, Censurae, Notae et Animadversiones in omnia Augustini Opera.* *) Sed tamen editio haec tantum abfuit, ut omnibus sese commendaret, ut potius variorum vitiorum accusaretur, ab aliis, eam multis operarum erratis contaminatam esse, ab aliis, Clericum in notis suis liberius de Augustino sensisse; in *Appendice* exstare, quae in reprehensionem merito incurrant. Defensionem Augustini susceperunt ac Clericum confutarunt: Rob. Ienkius in *Apologia Augustini*, Cantabr. 1707. 8. sine nomine edita **) et Lamindus Pritanius, s. qui sub nomine hoc latet, Lud. Ant. Muratori in libris de *ingeniorum moderatione in religionis negotio*, Par. 1714. et Frcf. 1716. 8. Ad exemplum Parisiense accurate descripta est edit. Venet. 1729—35. XI. fol. quae multo praestantior est illà, quae prodiit Venet. 1756—69. XVIII. 4. Scatet enim haec mendis typographicis et characterum exilitas laedit oculos. ***) Cum edi-

---

ecclesiast. I, 292. Oudinus *Comment. de Scriptor. ecclesiast.* I, 855.

*) *Acta Erudit.* a. 1705. p. 289. Oudinus *l. l.* p. 986. *Nouvelles de la Républ. des lettres* a. 1702. Tom. II. p. 359. Clerici *Biblioth. chois.* 1, 399.

**) *Hist. des Ouvrages des Savans* a. 1708. p. 435.

***) Quae de editione Augustini Parisiensi disputata ac controversa sunt, ea relata atque illustrata legimus in *Biblioth. German.* XXXIII, 188. XXXIV, 13. XXXV, 69. in *Hist. de*

tioné Mauriana coniungi debent: *Auguſtini Epp. II. recens in Germania repertae et illuſtr.* a Iac. Martin, Presb. Congreg. S. Marci, Par. 1734. fol. et *Auguſtini Sermones inediti e membr. Sec. XII Bibl. Vindob. deſcr., illuſtr., indd. inſtr.* Mich. Denis, Vindob. 1792. fol.

Nic. le Nourry *Lucii Caecilii Lib. ad Donatum Confeſſorem de Mortibus Perſequutorum, hactenus Lactantio adſcriptus, ad Colbertinum Cod. denuo emendatus. Acceſſit Diſſert., in qua de huius libri Auctore disputatur et omnia illius loca dubia illuſtrantur,* Par. 1710. 8. *) In addita diſſertatione non ſolum de Auctore libri diſputatur, illumque Lactantium eſſe contra plerorumque ſententiam negatur; ſed etiam exponitur de aliis argumentis atque inter haec de Signo Crucis a Conſtantino Magno viſo, de Imperatoribus Rom. Chriſtianorum perſequutoribus; praeterea autem notae atque animadverſiones in librum hunc exhibentur. Eiusdem Nourrii induſtriae debemus Ambrosii *Operum*, quae cura Monachorum Benedictinorum prodierunt, *Tomum poſteriorem*, uti iam antea dictum.

Bern. de Montfaucon varia Patrum ſcripta: I.) *S. Patris noſtri Athanaſii, Archiep. Alex., Opera omnia, quae exſtant; l. quae eius nomine circumferuntur, ad mſptos Codd. Gallicanos, Vaticanos ceter. nec non ad Commelinianas lectiones caſtigata, multis aucta; nova interpretatione, praefationibus, notis, variis lectionibus illuſtrata; nova S. Doctoris*

---

la nouvelle édition. de S. Auguſtin — En France (Par.) 1746. 4. in Pafffii *Spec. hiſt. dogmaticae de gratia et praedeſtinatione*, in *Primitiis* Eius *Tubingenſib.* p. 97. Buddei *Iſagog. ad theol. univerſam* p. 592. Dupinii *Nouvelle Biblioth. des Auteurs eccleſiaſt.* XVIII, 283. Schoenemann *Bibl.* II, 114. et in *Praefatione generali* editionis huius, quae *tomo* illius *undecimo* extiat, et Mabillonio tribuitur.

*) *Mém. de Trevoux* a. 1711. p. 1. Clerici *Biblioth. ancienne et modern.* III, 431. *Acta Erudit.* a. 1711. p. 469.

rita, *Onomaſtico et copioſiſſ. Indicibus locupleta,* Par. 1698. III. fol. *) Ex titulo hoc copioſo ſatis perſpicimus, qualis editionis huius ſit ratio, qualis eiusdem praeſtantia. Omnium ſcriptorum, quae nomen Athanaſii prae ſe ferunt, duae partes conſtitutae ſunt, quumque prima pars in duos tomos diviſa eſt, tres totius operis tomi numerantur. Duo priores eorum germana Athanaſii monumenta ingenii complectuntur; tertius autem ea exhibet, quae vel dubia, vel aperte adulterina ſunt. Acceſſerunt multa Athanaſii ſcripta, quae nondum edita fuerant ac nova graeci textus latina interpretatio compoſita eſt. Quantum fieri potuit, Benedictini Monachi id quoque diligenter curarunt, ut ipſa ſcripta Athanaſii ad temporis, quo illa litteris conſignata ſunt, ordinem diſponerent. Praeter alia, addita eſt Vita Epiſcopi huius, a Benedictinis magno atque accuratiori ſtudio conſcripta lectioneque digna. II) *Collectio nova Patrum et Scriptorum graecorum, Euſebii Caeſareenſis, Athanaſii et Cosmae Aegyptii. Haec nunc primum ex mſptis Codd. graecis, Italicis Gallicanisque eruit, latine vertit notis et praefationibus illuſtravit Bern. de Montfaucon,* Par. 1707. II. fol. **) cuius operis eam praecipue ob cauſſam mentio facienda, quoniam in Principio Tom. II. habentur: Athanasii *Opuſcula, ſecundis curis reperta et antehac inedita,* ac per illa Supplementum editionis Athanaſii Benedictinorum exhibetur. ***)

---

*) Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1699. *Mart.* p. 243. *Mai.* p. 569. Neocori et Sikii *Biblioth. libror. novorum* IV, 3. *Acta Erudit.* a. 1699. p. 198. Fabricii *Biblioth. graec.* VIII, 183. qui diligenter editionem hanc recenſet, Ittigii *Praef. ad Tractat. de Biblioth. et Catenis Patrum* p. 51.

**) *Journ. des Savans* a. 1707. *Ian.* p. 30. Clerici *Biblioth. ancienne et modern.* IX, 1. *Acta Erudit.* a. 1707. p. 434. *Unſchuld. Nachrr.* 1707. p. 564.

***) Quae ſint Opuſcula haec, refert Ittigius l. c. p. 55.

III) *Hexaplorum Origenis quae superſunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Io. Druſio edita fuerint, ex Mſptis et libris eruit et notis illuſtravit Bern. de Montfaucon*, Par. 1713. II. fol. Praeter alia, quae opus hoc ornant ac commendant, inſtructum illud eſt diſcrepantibus lectionibus ac notis, praefertque *Praeliminaria* ampliſſima atque eruditiſſima de Tetraplis Hexaplisque Origenis; de hiſtoria verſionum graecarum atque aliis argumentis. *) Hanc editionem in minorem formam redegit, notulis illuſtravit, atque lectiones Codd. Coisliniani ac Lipſienſis ad loca ſua revocavit C. Fr. Bahrdt. Lipſ. et Lubec. 1769. II. 8. **) IV.) *S. Patris noſtri Ioannis Chryſoſtomi, Archiep. Cſtpolitani, Opera omnia, quae exſtant et quae eius nomine circumferuntur, ad mſptos Codd. Gallicanos, Vaticanos, Anglicanos, Germanosque, nec non ad Savilianam et Frontonianam editiones caſtigata, innumeris aucta; nova interpretatione, ubi opus erat, praefationibus, monitis, notis, variis lectionibus illuſtrata; nova S. Doctoris vita, appendicibus, onomaſtico et copioſiſſimis indicibus locupleta*, Par. 1718 — 38. XIII. fol. ***) et Venet. 1780. XIV. 4.

Io. Martianaei *Hieronymi* editio, quae, antequam in conſpectum publicum prodiret, emiſit ille in lucem: *Divi Hieronymi Prodromum; ſ. Epiſtolam ad omnes Viros doctos ac ſtudioſos, c. Epiſtola S. Hieronymi ad Sunniam et Fretelam caſtigata ad mſptos Codd. optimae notae ac multiplici obſerva-*

*) *Acta Eruditor.* a. 1724. p. 1. *Mém. de Trevoux* a. 1714. *Ian.* p. 107. *Journ. des Savans* a. 1713. *Nov.* p. 537. Clerici *Biblioth. choiſie* XXVII, 324. *Deutſche Acta Eruditor.* II, 1023. *Neuer Bücherſaal d. gelehrten Welt* III, 539. 665 *Nachr. v. e. Halliſchen Biblioth.* VII, 491.

**) Cf. I. F. Fischer *Proll. de Verſionib. graec. libror. V. T. litterarum hebr. magiſtris.* Lipſ. 1772. 8. p. 84. not.

***) *Journ. des Savans* a. 1718. *Mai.* p. 537.

tionum genere illustrata, Par. 1690. 8. *) Sequuta est ipsa editio Hieronymi cura eiusdem Martianaei, Par. 1693 — 1706. V. fol. Tomus *primus* ita inscriptus prodiit: *S. Eusebii Hieronymi, Stridonensis Presb., Divina Bibliotheca antehac inedita, complectens translationes latinas V. et N. T., cum ex ebraeis, tum e graecis fontibus derivata: innumera quoque scholia marginalia antiquissimi cuiusdam Scriptoris ebraei, voces pressius exprimentis. Prodit e vetustiss. msptis Codd. Gallicanis, Vaticanis, ceter.* Par. 1693. fol. **) Qui in *tomum* hunc p. 1429. translati sunt, *Canones Evangeliorum*, restituit Ant. Pouget, Monach. Benedictinus. Rich. Simon censuram edidit, sub titulo: *Critique du livre publié par les Moines Bénédictins de la Congrég. de S. Maur sous le titre de Bibliotheque divine de Ierôme*, Col. 1699. 8. Tomi *secundi* titulus est: *S. Eusebii Hieronymi Operum Tom. II, complectens libros editos ac ineditos etymologicos, geographicos, quaestiones ebraicas, epistolas criticas et commentarios in sacra volumina, a Genesi usque ad Prophetas*, Par. 1699. fol. ***) Qui sequitur, tomus *tertius* hanc praefert inscriptionem: *S. Eusebii Hieronymi Operum Tom. III, complectens Commentarios in XVI Prophetas maiores atque minores, restitutos ad fidem msptorum Codd. vetustissimorum*, Par. 1704. fol. †) in quo edendo Nicostratus Bara, Monachus Benedictinus ex Congr. S. Mauri, Martianaeo adiutorem se praebuit. ††) Titulus tomi *quarti* est: *S. Eusebii*

*) *Acta Erudit.* a. 1695. p. 98.

**) *Acta Erudit. d. l.*, ubi *Prodromus* et *tom.* hic *primus* coniunctim recensentur.

***) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 528. Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1700. *Iul.* p. 67. *Journ. des Savans* a. 1695. p. 455. a. 1700. p. 308. 317.

†) *Journ. des Savans* a. 1704. *Iun.* p. 553. *Acta Erudit.* a. 1706. p. 417.

††) Vid. Pezii *Biblioth. Benedict. Maur.* p. 331.

Hieronymi Operum Tom. IV, in binas partes divisus, complectens Commentarios omnes in N. T. atque epistolas criticas eiusdem argumenti, ordine librorum Scripturae S. positas: deinde cunctas alias Epistolas ordine chronologico, nunc primum editas et in varias classes distributas, c. Opusculis apologeticis et polemicis, ad fidem vetustiss. Codicum recensitis ac restitutis, Par. 1706. fol. *) Tomus denique *quintus* huius est inscriptionis: *S. Euscbii Hieronymi Operum Tom. V, complectens vitam S. Hieronymi, a duobus Anonymis scriptam; Catalogum Gennadii de viris illustribus; Opuscula omnia suppostitia, tam edita, quam inedita, c. appendice curiosissima thesium et disputationum in Biblia sacra, quas antea nullus posteris tradiderat,* Par. 1706. fol. De editione hac Hieronymi MARTIANAEUS nactus est Adversarios, inter quos principes fuerunt: RICH. SIMON et IO. CLERICUS. Ille pugnavit contra Martianaei Hieronymum non solum in libro paulo ante memorato; sed etiam in *Lettres critiques* et in *Lettres choisies* I. p. 222.; hic autem, in *Quaestionibus Hieronymianis,* Amstel. 1700. 8. et in *Biblioth. choisies* XVII, 1. Hostibus his MARTIANAEUS restitit ac caussam suam egit contra Simonem in *Défense de la Bible de S. Ierôme contre la critique de Mr. Simon,* Par. 1699. 8. ac contra Clericum in *Eruditionis Hieronymianae defensione,* Par. 1700, 8., quod scriptum MARTIANAEUS transtulit etiam in HIERONYMI *Opp.* III, 1138. In concertatione hac utraque pars neglexit leges moderationis ac nimium indulsit animi affectibus. **)

---

*) Tom. IV et V recensentur in *Mém. de Trevoux* a. 1707. *Febr.* p. 297. ac *Journ. des Savans* a. 2700. *Nov* p. 960.

**) De editione hac generatim ac singulis illius Tomis coniunctim exponitur: in *Novis litterar. Hamburg.* a. 1707. p. 145. BAUMGARTENII *Nachr. v. merkw. Büchern* IX, 48. ITTIGII *Praef. ad Tract. de Biblioth. et Catenis Patrum* p. 96.

Dionysii Sammarthani et **Guil. Bessin** *S. Gregorii Papae I, cognomento Magni, Opera omnia, ad msptos Codd. Romanos, Gallicanos, Anglicanos emendata, aucta et illustrata notis*, Par. 1705. IV. fol. Quartus horum tomorum complectitur triplicem vitam Gregorii M.; 1.) a **Paullo** *Diac.* breviter descriptam, 2) cuius Auctor **Ioannes** *Diac*, est, 3) a **Dion. Sammarthano** copiose atque accurate compositam, primum gallice editam, postea autem in sermonem latinum conversam. *) Haec Gregorii M. Operum editio a Io. **Bapt. Galliccioli**, Sacerdote Veneto, accessionibus locupletata, recusa est Venet. 1768—75. XVII. 4. **)

Pet. Coustant *S. Hilarii, Pictavorum Episc., Opera, ad msptos Codd. Gallicanos, Romanos, Belgicos, nec non ad veteres editiones castigata, aliquot aucta opusculis, praeviis in locos difficiles disputationibus, praefationibus, admonitionibus, notis, nova S. Confessoris vita et copiosissimis Scripturarum, rerum, glossarum indicibus locupletata et illustrata*, Par. 1693. fol. Luculenta atque accurata editio haec copiosa ornata est praefatione de Hilarii scriptis, eorum editionibus, codicibus, eiusdemque dogmatibus, una cum Hilarii vita, ex ipsius scriptis ac veterum monumentis nunc primum concinnata. ***) Editio haec Benedictinorum Parisiensis cura **Scipionis Maffei** denuo descripta iterumque in lucem

---

Niceronii *Mém.* I, 108. **Cavei** *Hist. litter. Scriptor. ecclesiast.* I, 268. **Oudini** *Comment. de Scriptorib. ecclesiast.* I, 857. et **Schoenemann** I, 316.

*) *Journ. des Savans* a. 1705. *Dec.* p. 1174. 1200. *Mém. de Trevoux* a. 1707. *Mart.* p. 377. **Bernardi** *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1705. *Nov.* p. 582. *Acta Erudit.* a. 1706. p. 385. **Oudini** *Comment. de Scriptorib. eccl.* I, 1549.

**) *N. Bibl. eccles. Friburg.* V, 185.

***) *Actor. Erudit. Suppl.* III, 49. **Oudini** *Comment. de Scriptor. eccl.* I, 443. **Ittigii** *Praef. ad Tract. de Biblioth. et Catenis Patrum* p. 62.

emiſſa eſt, *nunc*, ut titulus habet, *libris de Trinitate et Commentariis in Pſalmos*, *ad binos Capituli Veronenſis Codd.*, *antiquitate ac praeſtantia quosvis ad hanc diem cognitos facile exſuperantes*, *diligenter exactis atque octo maxime variantium tractatuum adiectione locupletatis*, Veron. 1730. II. fol. et Venet. 1749. II. fol. *)

Renati Massueti *S. Irenaei, Epiſc. Lugdunenſis et martyris, Detectionis et Everſionis falſo cognominatae Agnitionis; ſ. contra haereſes Libb. V. Poſt Franc. Feuardentii et Io. E. Grabii recenſionem caſtigati denuo ad mſptos Codd. Romanos, Gallicanos et Anglicanos, nec non ad antiquiores editiones, et a multis, quibus adhuc ſcatebant, mendis expurgati: aucti novis fragmentis graecis; obſervationibus ac notis copioſiſſimisque gloſſariis et indicibus illuſtrati et locupletati*, Par. 1710. fol. Commendant hanc ſplendidam ac luculentam editionem praeter tres *Diſſertationes*, a Massueto praemiſſas, quarum 1) de Haereticis, quos libro primo recenſet Irenaeus, eorumque actibus, ſcriptis et doctrina; 2) de S. Irenaei vita, geſtis et ſcriptis; 3) de eiusdem doctrina exponit, *Collectio fragmentorum et reliquiarum*, quaecunque de antiquis Gnoſticis reperiri potuerunt. **) Editio Maſſueti iterum typis exſcripta eſt Venet. 1734. fol. additis *Fragmentis Irenaei anecdotis* a Chph. Matth. Pfaffio Hag. Com. 1715. 8. editis.

Iuliani Garnieri *S. Patris noſtri Baſilii, Caeſareae Cappadociae Archiep., Opera omnia, quae exſtant l. quae eius nomine circumferuntur, ad mſptos Codd. Gallicanos, Vaticanos, Florentinos et Angli-*

---

*) *Actor. Erudit. Suppl.* X, 337. Ebert n. 9701. 9702.

**) *Journ. des Savans* a. 1711. *Jan.* p. 68. *Mém. de Trevoux* a. 1711. *Apr.* p. 557. Clerici *Biblioth. choiſie* XXV, p. 287. *Acta Erudit.* a. 1712. p. 173. Oudini *Comment. de Scriptor. eccl.* I, 208. Fabricii *Bibl. gr.* VII, 80.

eos; nec non ad antiquiores editiones castigata, multis aucta, nova interpretatione, criticis praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata, nova S. Doctoris vita et copiosissimis indicibus locupletata, Par. 1721—30. III. fol. Singuli tomi ornati sunt praefationibus, diligenter ac copiose conscriptis. Praefatione tomi primi varia argumenta explanantur: Utrum res uno momento, an sex dierum spatio creatae sint? de aquis supra caelos, de Psalmis, de Theodori Heracleotae Commentario atque aliis. Quae praefatus est Auctor ad tomum secundum, illa ad monumenta quaedam, Basilio adscripta, spectant sitque de eorum auctoritate disputatio, num germana ista sint, an adulterina? speciatim ad homilias ac scripta ascetica. Praefatione tomi tertii recensentur atque illustrantur dogmata quaedam Basilii de una vel tribus hypostasibus in personis divinis, de processione Spiritus S. ex filio, de mundo, num ille temporis momento creatus fuerit? de auctoritate traditionis, de Christi praesentia in S. Coena atque alia. Sequitur praefationem hanc *Basilii Vita*, copiose ac diligenter composita. *)

Ant. Augustini Touttée (et Prudentii Marani, qui operam inceperat, sed labori erat immortuus) *S.* Cyrilli *Hierosolymitani Opera, quae exstant omnia et eius nomine circumferuntur, gr. et lat., ad msptos Codd., nec non ad superiores editiones castigata, dissertationibus et notis illustrata c. nova interpretatione et copiosis indicibus,* Par. 1720. fol. et recusa Venet. 1761. fol. Insignis est editio haec atque inter reliquas omnes praestantia ac splendore omnino princeps. Ornandi illam Touttée

*) *Acta Erudit.* a. 1722. p. 465. a. 1731. p. 491. 537 *Journ. des Savans* a. 1721. *Dec.* p. 683. *Deutsche Acta Erudit* IX, 77. *Samml. v. alten und neuen theol. Sachen,* 1721. p. 781. Fabricius *Bibl. gr.* IX, 16.

eam rationem ſibi praeſcripſit, ut quae Cyrillus ipſe graece ſcripſit, ea ad fidem Codicum manu exaratorum ac vetuſtiorum editionum emendaret, diſcrepantes lectiones ſtudioſe colligeret ac principales earum recenſeret, novam interpretationem latinam adornaret, additis notis cum rebus, tum verbis lucem afferret. Praeter alia, praemiſſae ſunt tres Diſſertationes: 1) de vita et rebus geſtis Cyrilli, quas Auctor diligenter perſequitur; 2) de Eiusdem ſcriptis, eorum veritate, antiquitate atque integritate, inprimis de Catecheſibus, quo tempore quoque loco illae ſint habitae; 3) de Cyrilli doctrina, quam non omnem Touttée debita fide enarrat. Pervertit multa capita trahitque ad dogmata Eccleſiae Rom., de traditione, de transſubſtantione atque alia. *)

Prudentii Marani *S. P. N.* Iustini, *Philoſophi et Martyris, Opera, quae exſtant, omnia. Nec non Tatiani adv. Graecos Oratio, Athenagorae Philoſ. Athenienſis Legatio pro Chriſtianis, S. Theophili Antioch. tres ad Autolycum libri, Herniae Philoſophi Irriſio Gentilium Philoſophorum: Item in Appendice ſuppoſita Iuſtino Opera, c. Actis illius Martyrii et Excerptis Operum deperditorum eiusdem Iuſtini et Tatiani et Theophili. C. mſptis Codd. collata ac novis Interpretationibus, Notis, Admonitionibus et Praefatione illuſtrata, cum Indicibus copioſis,* Par. 1742. fol. Qui *Opera* haec iuris publici fecit, aliorum Benedictinorum exemplum ſequutus atque in illis expoliendis ita verſatus eſt, ut Codicibus manu exaratis uteretur non ſine prudentia, diſcrepantes ſcripturas animadverteret cum iudicio, difficiliora

*) *Journ. littér.* XI, 296. *Mém. de Trevoux* a. 1721. *Dec.* p. 2338. *Journ. des Savans* a. 1720 *Mai.* p. 554. *Iun.* p 703. *Acta Erudit. Suppl.* VIII, 193. *Deutſche Acta Erudit.* VI, 1056. Baumgarten *Nachr. v. merkww. Büchern* XI, 153. 169. *Samml. v. alten und neuen theolog. Sachen* a. 1721. p. 604. Fabricius *Bibl. gr.* VIII, 446.

loca notis illustraret, a quibus non mediocris utilitas exspectanda est. Praefatio tribus constat partibus Auctorque differit earum 1.) de variis editionibus atque interpretibus scriptorum, quae in volumine hoc exhibentur; 2.) de iis, quae ad Iustini et aliorum religionis defensorum doctrinam spectant; 3.) de gestis et scriptis Iustini, Tatiani, Athenagorae et Theophili Antiocheni. *)

Car. (et C. Vinc.) Delarue qui Origenis *Opera omnia, quae graece vel latine tantum exstant et eius nomine circumferuntur, ex variis editionibus et Codicibus manu exaratis, Gallicanis, Italicis, Germanicis et Anglicis collecta, recensita, latine versa atque annotationibus illustrata, c. copiosis Indicibus, vita auctoris et multis Dissertationibus*, Par. 1733 — 59. IV. fol. edidit. Tom. I continentur: Origenis *Epistolae*; Fragmenta librorum de *Resurrectione* et *Stromateon*; Libri περὶ ἀρχῶν, s. de *Principiis*; de *Oratione*; *Exhortatio ad martyrium*; Libb. VIII *contra Celsum*; *Dialogus contra Marcionitas*, s. *de recta in Deum fide* ac *Philosophumena*. Tomo secundo ac tertio exhibentur Origenis *Commentarii in libros Scripturae S.*, ac tomi quarti denique pars prior complectitur Origenis *Commentarios* quosdam antea omissos, posterior autem varia scripta, quae ad Origenem, vitam, res gestas et dogmata eius pertinent, uti sunt: Pamphili *Apologia pro Origene*, interprete Rufino; Gregorii *Thaumaturgi Or. panegyrica in Origenem*; Huetii *Origeniana*; Bulli Commentatio, qua probatur, Origenem de divinitate Christi recte sensisse. **) Ad hanc editionem recusa sunt Opera Origenis cur. *Franc.*

*) *Acta Erudit.* a. 1750. p. 625.

**) *Acta Erudit.* a. 1737. p. 289. a. 1747. p. 337. 629. *Journ. des Savans* a. 1734 *Jan.* p. 34. *Febr.* p. 157. 259. Ernesti *Theolog. Biblioth.* VII, 371.

Oberthürio, Wirceb. 1780—94. XV. 8. et denuo recens., emend., castigata a *C. H. Ed. Lommatzschio*, Berol. 1831 sqq.

Theodorici Ruinarti *S. Georgii Florentii* Gregorii, *Episc. Turonensis, Opera omnia; nec non Fredegarii Scholastici Epitome et Chronicum c. suis Continuatoribus et aliis antiquis monumentis ad Codd. msptos et veteres editiones collata, emendata et aucta atque notis et observatt. illustrata*, Par. 1699. fol., quae Gregorii *Opera* maxime eam ob caussam iterum edenda se curasse Ruinartus narrat, quod illa ob vett. Codicum penuriam antea non accurata et ad mentem auctoris descripta fuerint. *)

Carol. Clemenceti *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου — τὰ εὑρισκόμενα πάντα*: S. P. N. Gregorii *Theologi, vulgo Nazianzeni, Archiep. Cstpol., Opera omnia, quae extant l. eius nomine circumferuntur, ad msptos Codd. Gallicanos, Vaticanos, Germanicos, Anglicos, nec non ad antiquior. editt. castigata, multis aucta* — Tom. I. Par. 1778. fol. Cogitaverat de nova Operum Gregorii editione post *Iac. Frischium, Franc. Louvardus*, sed multis inctatus tempestatibus ab incoepto destitit. Louvardi annotationes in manus pervenerunt *Prudentii Marani*, qui vero, dum operi admovere manum morabatur, morte correptus imperfectum illud reliquit. Delata tandem est absolvendi operis cura *Car. Clemenceto*, cui praecipuus erat labor disponere in ordine chronologico Orationes, Epistolas, Carmina; exponere adiectis annotationibus S. Gregorii doctrinam, aliaque adtexere, quae usus rei atque operis lex postulabat. Sed idem annus quo Tom. I. operis comparuit, editori postremus fuit. **)

---

*) *Acta Erudit.* a. 1700. p. 437.

**) *Nova Biblioth. eccl. Friburg.* V, 375. Döderlein *Auserles. theol. Bibl.* 1, 266. 425.

Magnam de Patrum ſcriptis meritorum laudem famamque conſequutos eſſe Benedictinos Monachos, luculenter monſtrant editiones, quas recenſuimus idemque tot eruditorum Virorum teſtimonia confirmant. *)

§. 16.

Praeter Monachos Benedictinos e Congregatione S. Mauri, alii Viri in *Gallia* fuerunt, qui in ſcriptis Patrum publicae luci exponendis verſarentur ac curarent, ut illa emendata atque illuſtrata prodirent. In illis multi quidem locum ſibi fecerunt, non omnes autem parem laudem ſibi compararunt, quum eſſent, qui aliis ſuperiores ſe praeberent ac maiorem eruditionem, ingenii iudiciique facultatem atque induſtriam et accurationem monſtrarent. Eam ob cauſſam mirum non eſt, editiones has in diverſo eſſe honore.

Inter eos Gallos, qui praeter Monachos Benedictinos curarunt, ut monumenta Doctorum chriſtianorum antiquioris aetatis in lucem prodirent, locum obtinent:

Franc. Balduin, qui Optati *Milevitani* libros de *Schismate Donatiſtarum* iuris publici fecit, Par. 1563. 8. Quum autem editio haec ſex tantum

*) Uberiorem notitiam de Monachis Benedictinis e Congr. S. Mauri eorumque ſcriptis, ſpeciatim Patrum editionibus, ſuppeditant: Bern. Pezii *Biblioth. Benedictino-Mauriana; ſ. de ortu, vitis et ſcriptis Patrum Benedictinorum e celeberrima Congr. S. Mauri in Francia Libb. II.* Aug. Vind 1716. 8. Le Cerf *Biblioth. hiſt. et crit. des Auteurs de la Congrégation de S. Maur*, Hag. Com. 1726. 8 quibus adiungi poſſunt: Simon in *Biblioth. crit.* IV, 52. Buddeus *Iſag. ad theol. univerſ.* p. 590. et Herbst *D. Verdienſte der Mauriner um d. Wiſſenſchaften;* in Drey et Al. *Theol. Quartalſchr.* a. 1833. I, 3.

libros priores complecteretur, Balduinus de nova editione cogitavit ac librum ſeptimum, adiiciendum curavit. Duobus Codicibus mſptis uſus eſt eorumque opera multa emendavit; ipſa autem editio haec lucem adſpexit, Par. 1569. 8. et habet titulum: *Delibatio Africanae hiſtoriae eccleſiaſticae ſ. Optati Libb. VII de Schismate Donatiſtarum. Victoris Uticenſis Libb. III de perſecutione Vandalica in Africa. Cum annotatt. ex Franc. Balduini Commentariis rerum eccleſiaſticarum.* *)

Fronto (*le Duc*) Ducaeus, cui debemus: Gregorii *Nyſſeni Opera*, latine tantum in lucem emiſſa, Par. 1603. fol. quae editio ceteris plenior atque accuratior eſt: Eiusdem *Opera* gr. ac lat., Par. 1615. II. fol. et iterum Par. 1638. III. fol., quae editio amplior quidem eſt priore, quum *Appendix*, a *Iac. Gretſero* ſuppeditata ac ſeparatim publicae luci expoſita, Par. 1618. fol. acceſſit; non autem tam elegans atque emendata. Exſtant quoque: Gregorii, *Epiſc. Nyſſeni*, *Opuſcula* gr. et lat., Ducaeo interprete, Ingolſt. 1596. et 99. 8., praeter quae, eiusdem Ducaei ſtudio prodierunt: Io. Chrysostomi *Opuſcula*, gr. et lat., Ingolſt. 1593. 8.; Io. Chrysostomi *Opera omnia*, *nunc primum gr. et lat. edita. Fronto Ducaeus variantes lectiones, e mſptis Codd. erutas, ſelegit, veterem interpretationem editarum olim homiliarum recenſuit, aliarum novam addidit, utramque notis illuſtravit*, quod opus coeptum quidem, non autem ad finem perductum eſt, quum ſex tantum tomi, Par. 1609—24. fol. typis exſcripti ſunt; item: Chrysostomi *Op.*, lat. tantum, Par. 1613. VI. fol., quam editionem nonnulli multum laudant ac prioribus longe praeferunt. Nec omittendae ſunt: *Notae in Opera Baſilii Magni*, quae ſunt in Basilii *Operibus*, lat. editis, Par. 1603. fol.; *Notae in edi-*

*) Vid. du Pin *Praef. ad Optatum Milevitanum.*

tionem graeco-latinam Operum Bafilii M., Par. 1618. fol., quae locum obtinuerunt *Tom. III* infcripto: *Appendix ad Bafilii M. Opera*, atque in iisdem *Operibus*, a *Garniero* in lucem prolatis. Denique Ducaeus ad ufum publicum transtulit: *Bibliothecam veterum Patrum*, Par. 1624. II. fol. *)

Gabr. (*d'Aubefpine*) Albaspinaeus, adducendus loco hoc ob *Notas in Optatum Milevitanum*, quae c. ipfis Optati libris poft mortem iftius, mendofe admodum, prodierunt, Par. 1631. fol. **)

Iac. Sirmond, qui de multis veterum Scriptorum ecclefiafticorum monumentis optime meritus eft fibique non mediocrem acquifivit laudem, quum ifta in lucem protulerit notisque illuftraverit. Locum in illis habent:

1) Theodoreti, *Epifc. Cyri, Opera omnia, quorum plurima graece, quaedam etiam latine nunc primum prodeunt: graeca c. mfptis exemplaribus diligenter collata, latinae verfiones ad Graecorum normam exactae et recognitae*, Par. 1642. IV. fol. Senex 83. ann. et Frontonis Ducaei adiutus laboribus infignem hanc operum Theodoreti editionem dedit.

2) Magni Felicis Ennodii, *Epifc. Ticinenfis, Opera, in ordinem digefta multisque locis aucta, emendata ac notis illuftrata*, Par. 1611. 8. ***)

3) Fulgentii *de veritate Praedeftinationis et Gratiae Libb. III.*, Par. 1612. 8. Eiusdem *Excerpta ex libris contra Fabianum*, Par. 1643. 8. quae in Fulgentii quidem, non autem Sirmondi *Operibus* habentur.

4) C. Sollii Apollinaris Sidonii, *Avernorum*

*) Niceronii *Mémoires* Tom. XXXVIII. p. 117 fqq.

**) Schoenemann I, 349. Fabricius *Biblioth.* VIII, 278.

***) Exftant etiam in Sirmondi *Operum*, quae cura *de la Baune* prodierunt, Par. 1696. fol. *Tom. I.*

Episc., *Opera*, *primum recognita et notis illustrata*, Par. 1614. 8. ibid. 1652. 4.

5) Idatii *Episc. Chronicon a Theodosio Aug. ad Leonem*, *a. Chr.* 467., *et Fasti consulares*, Par. 1619. 8.; in Sirmondi *Operum* Tom. II.

6) Facundi, *Episc. Hermianensis, Libb. XII pro defensione trium Capitulorum Concilii Chalcedonensis*, *c. notis*, Par. 1629. 8., qui etiam Optati *Milevit. Operibus*, Par. 1679. fol. additi sunt.

7) Augustini *Sermones novi XL*, *c. notis*, Par. 1631. 8. Notas, non autem *Augustini Sermones* ipsos, *de la Baune* in Sirmondi *Operum* Tom. I. transtulit, quoniam isti inter reliquos Augustini libros a Monachis Benedictinis iam editi fuerant.

8) Aviti, *Archiep. Viennensis*, *Opera c. notis*, Par. 1643. 8. et in Tom. I Sirmondi *Operum*.

9) Eusebii *Pamphili*, *Caesareae in Palaestina Episc.*, *Opuscula XIV*, *primum in lucem edita*, Par. 1643. 8. et *Opp.* T. I.

10) Servati Lupi *Presb. de tribus quaestionibus Lib.*, *c. eiusdem Collectaneo et duabus Epistolis annexis ac quibusdam Patrum graecorum testimoniis*, Par. 1650. 8. et in Sirmondi *Oper.* T. II.

11) Rufini *Presb. Provinciae Palaestinae*, *Lib. de fide*, *primum editus et notis illustratus*, Par. 1650. et in *Opp.* T. I.

Dionysius Petavius, qui Epiphanii, *Constantiae*, *s. Salaminis in Cypro Episc.*, *Opera omnia*, gr. ac lat., c. animadverss., Par. 1622. II. fol. edidit. De variis rebus antiquitatis ecclesiasticae singulari studio exposuit ac Dissertationes addidit: de anno, quo Christus in lucem sit editus; de anno ac die dominicae passionis; de anno iudaico; de usu poenitentiae apud antiquiores Christianos; de Chorepiscopis; de Cyclis; de Conciliis Sirmiensi et Ancyrano; de Semi-Arianis atque aliis argumentis. Tantum abest, ut Petavius omnibus satisfecerit, ut

inter Eruditos non pauci exſtiterint, qui cum in Petavii latina interpretatione, tum in eiusdem annotationibus multa reprehenderent tamquam vitioſa, interdum acerbe atque inique. Princeps in illis eſt Claudius Salmaſius qui ait, nullam paginam verſionis Petavianae inſignibus aliquot erroribus vacare. *) Petavii induſtriae debemus quoque editionem *Syneſii*. Prodiit illa ſub titulo: Synesii, *Epiſc. Cyrenes, Opera, quae exſtant omnia, nunc primum gr. et lat. coniunctim edita interprete Dion. Petavio, cuius opera eadem illa ex veterum, praeſertimque Bibliothecae regiae Codicum fide recenſita ac notis illuſtrata prodeunt*, Lut. Par. 1612. fol. iterum iterumque, ibid. 1631 pro quo nonnulli tituli a. 1633 habent, ac 1640. fol., quae *editio ſecunda accuratior et uberior* appellatur. **) Tres autem editiones eo ordine numerantur, ut illa non ſecundum, ſed tertium locum obtinere debeat.

Claud. (*Saumaiſe*) Salmasius, cui locum hunc aſſignare poſſumus ob Commentarium eius in Tertulliani librum de *Pallio*, editum Par. 1622. 8. et iterum ſub titulo: *Tertulliani Lib. de Pallio. Claud. Salmaſius ante mortem recenſuit, explicavit, notis illuſtravit. Accedit vera ad vivum eiusdem effigies*, Lugd. Bat. 1656. 8. Petavius Salmaſii notas impugnavit in *Animadverſorum* libro, quem ſub nomine *Antonii Kerkoëtii Aremorici* in lucem emiſit, Rhedonis (*Rennes*) ap. Yvonem Halecium typogr. iuratum 1622. 8. Quum autem Salmasius, ficto nomine *Franc. Franci* uſus, *Confutationem Animadverſorum Cercoëtii* edidiſſet, Middelburgi 1623. 8., Petavius *Maſtigophorum*, ſ. *Elenchum* primum, ſecundum

*) Vid. Fabricii *Biblioth. gr.* VIII, 261. Ittigii *Praef. ad Tr. de Biblioth. Patrum* p. 66. Niceronii *Mém.* XXXVII, 96 ſq.

**) In *Catalogo Biblioth. Bunav.* III, 1. p. 91.

et tertium oppoſuit, Par. 1622 ſq. 8.; et Salmaſius *Refutationem utriusque Elenchi Cerco-Petaviani*, Par. 1623. 8. in lucem emiſit. Salmaſii quoque eſt editio *Arnobii*, quae Lugd. Bat. 1651. 4. prodiit; textum certe recenſuit, quamvis ipſius Commentarius morte interceptus ſit. Typothetarum erroribus iisque admodum foedis haec editio, caeterum nitidiſſima, ſcatet. Emaculatus tranſiit textus in Gallandii *Bibl. PP.* IV, 113.

Nic. (*Rigaut*) Rigaltius, cuius cura in lucem prodierunt: *Q. Tertulliani libri IX, ex Cod. mſpto Agobardi emendati, c. obſſ. Nic. Rigaltii*, Par. 1628. 8. Novem libri illi ſunt: de *Oratione*; *ad uxorem* Libb. II; de *cultu feminarum*, itidem libri duo; de *exhortatione caſtitatis;* de *Corona;* de *Praeſcriptione Haereticorum* et de *Scorpiace*. Horum opuſculorum editione ſine indicio nominis evulgata, Rigaltius futuris ſuis egregiis de Tertulliano meritis praeludere voluit. Quae ſequuta eſt nova omnium Tertulliani operum recenſio, habet titulum: *Q. Septimii Florentis Tertulliani Opera, ad vetuſtiſſ. exemplarium fidem locis quam plurimis emendata, Nic. Rigaltii obſſ. et notis illuſtrata*, Par. 1634., et 1641. fol. quae ſecunda editio eſt. Acceſſit index gloſſarius ſtili Africani, apprime utilis. Haec operum Tertulliani editio et nunc melioribus annumeranda.

Phil. (*le Prieur*) Priorius curam editionis *Operum Tertulliani*, c. Variorum Commentariis, Par. 1664. fol. geſſit, quae tum ordine et diſtributione notarum, tum chartarum et typorum nitore omnium literatorum plauſum meruit.

Desid. Heraldus, cui debemus Tertulliani *Apologeticum* ac Minucium Felicem, Par. 1613. 4; item Arnobii *libros adv. gentes*, cura illius illuſtratos atque evulgatos, Par. 1605. 8. In editione Arnobii, quae cum variorum doctorum Virorum notis in lucem prodiit, Lugd. Bat. 1651. 4. exſtant etiam

eius *Animadversiones et Castigationes ad Arnobii libros VII.* In Commentario suo hoc temperamentum Heraldus sequi studuit, ut neque ea, quae mediocriter eruditis satis clara sunt, illustret h. e. Soli accenderet facem, neque ea, quae homines alioquin eruditos, sed aliis scientiis occupatos morari possunt, prorsus inexplicata omitteret.

Henr. (*Valois*) Valesius, cuius praeclara industria veterum Scriptorum, Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoriti, Evagrii *Historia ecclesiastica* gr. ac lat., c. notis ac dissertationibus lucem adspexit, eo ordine, ut prodirent:

1) Eusebii *Pamphili Hist. ecclesiast. eiusdemque libri de vita Constantini et Panegyricus atque Oratio Constantini ad Sanctos,* Par. 1650. fol., quae elegans ac nitida editio est: iterum Par. 1667. fol. ubi plura accesserunt ex secundis Valesii curis atque eiusdem animadversionibus. Praeter duas has editiones lucem vidit tertia Moguntiae, l. potius Frcf. 1672. fol. ad editionem Parisiensem priorem, minus autem accurate, litteris descripta. Accessit denique editio quarta, Amst. 1695. fol. ad editionem Parisiensem typisque Francofurtensibus Wustianis. Usus est Valesius Codicibus manu exaratis, novam atque accuratiorem interpretationem latinam composuit, notas eruditissimas, quae inprimis historiae ecclesiasticae studiosis commendandae sunt, addidit. Praemisit quoque praeter Dissertationem de vita Eusebii et scriptis ac Veterum de Eusebio in utramque partem Testimonia, Petri de Marca Epistolam de *Originibus Christianismi in Gallia;* notis autem suis adiunxit IV Dissertationes: de *Schismate Donatistarum usque ad Chr. 325.; de uno tantum, non duobus templis, a Constantino Hierosolymae conditis; ad Iac. Usserium, adv. illius sententiam de perdita versione LXX interpretum et Hexaplis Origenis;* de *Martyrologio, quod Rosweidus edidit et perperam pro veteri genuino Romano Martyrologio iactavit.*

2) SOCRATIS *Scholaſtici et* HERMIAE SOZOMENI *Hiſtoria eccleſiaſt.*, quae a Valeſio ex Codd. mſptis emendata, nova latina interpretatione ornata atque annotationibus illuſtrata in lucem prodiit Par. 1668. fol., Moguntiae, ſ. potius Frcf. 1677. fol., cui editioni novus titulus, Amſtelodamum annumque 1695 praeferens, praemiſſus eſt. Subiuncti ſunt: VALESII *Obſſ. eccleſiaſticarum in Socratem et Sozomenum Libb. III.*, nimirum de *Magno Athanaſio;* de *Paullo Cſtpolitano* et de *ſexto Canone Concilii Nicaeni:* una *cum* ARCHELAI, *Epiſc. Meſopotamiae, Diſputatione adv. Manichaeum, ex mſpto Cod. Bibliothecae Ambroſianae.*

3) THEODORITI et EVAGRII *Scholaſtici Hiſtoria eccleſiaſtica, item Excerpta ex hiſtoriis Philoſtorgii et Theodori Lectoris*, quae omnia Valeſius itidem ex Codicibus manu exaratis emendavit, nova latina verſione atque eruditis notis inſtruxit. Lucem vidit opus hoc Par. 1673. Frcf. 1679. ac cum novo titulo Amſtel. 1695. fol.

FRANC. COMBEFISIUS, cuius ſingulari atque inſigni ſtudio varia antiquiorum Auctorum eccleſiaſticorum ſcripta lucem adſpexerunt. Sunt iſta:

1) *SS. Patrum* AMPHILOCHII *Iconienſis*, METHODII *Patarenſis* et ANDREAE *Cretenſis Opera omnia, quae reperiri potuerunt, nunc primum magnam partem e tenebris eruta, latine reddita ac recognita notisque illuſtrata*, Par. 1644. fol.

2) *Graeco-latinae Patrum Bibliothecae Novum Auctarium: tomus duplex, alter exegeticus, alter hiſtoricus et dogmaticus*, Par. 1648. II. fol. Volumen ſecundum hunc praefert titulum: *Hiſtoria haereſis Monothelitarum ſanctaeque in eam ſextae Synodi Actorum vindiciae. Diverſorum item antiqua ac medii aevi tum hiſtoriae ſacrae, tum dogmatica graeca Opuſcula*, Par. 1648. fol.

3) Ioannis Chrysostomi *de educandis liberis Liber aureus: Eiusdem Tractatus alii quinque, qua feſtivi, qua paraenetici*, Par. 1656. 8.

4) *Illuſtrium Chriſti Martyrum lecti triumphi, vetuſtis Graecorum monumentis conſignati*, quos latine reddidit ac notis illuſtravit, Par. 1660. 8.

5) *Bibliothaecae graecor. Patrum Auctarium Noviſſimum, in quo varia Scriptorum eccleſiaſticorum antiquioris, medii et vergentis aevi Opuſcula*, gr. ac lat., Par. 1672. fol.

6) Theodoti *Ancyrani adv. Neſtorium Lib*, *i. e., eius ex ſcriptura et fide Concilii Nicaeni confutatio et* Germani *Patriarchae Cſtpolitani in S. Mariae dormitionem et translationem Oratio hiſtorica*, c. notis, Par. 1675. 8.

7) *S.* Maximi *Confeſſoris Opera*, quae Combefiſius ex multis probatiſſimis Codd. mſptis emendavit, nova interpretatione latina inſtruxit ac notis illuſtravit. Prodierunt iſta Par. 1675. fol. duobus voluminibus, ad quae et tertium accedere debebat; quominus autem id fieret, mors Combefiſii impedivit.

8) Basilius *Magnus, ex integro recenſitus: textus fide optimorum Codd. ubique caſtigatus, auctus, illuſtratus, haud incerta quandoque coniectura emendatus*, ceter., Par. 1679. II. 8. Conſtituerat Combefiſius, Baſilii Opera in lucem emittere; quum autem occaſione careret, decretum ſuum exſequendi, caſtigationes ſaltim ſuas ex variis Codd. mſptis et Obſervationes, ad paginas editionis Pariſienſis 1618. poſitas, publicae luci exponere inſtituit variaque Baſilii monumenta, quae nondum edita fuerant, inſeruit. Morte impeditus, opus hoc haud abſolvere potuit, hancque ob rem ad perficiendum illud contulit ſe *Paul. de Goleſer* idque memorato anno in lucem produxit.

Io. (*Garnier*) Garnerius, Soc. Ieſu Presb., qui locum ſibi fecit inter auctores hos magna cum laude.

Edidit enim:

1) Marii Mercatoris *Opera, quaecunque exſtant*, Par. 1673. fol. Diviſit illa Garnerius in duas partes, quarum prior ſcripta complectitur, ad haereſin Pelagianam ſpectantia, poſterior autem ea exhibet, quae ad Neſtorii dogmata pertinent. Praeter notas, adiecit parti priori Diſſertationes ſeptem: 1) de *primis auctoribus ac praecipuis defenſoribus haereſis, quae a Pelagio nomen accepit;* 2) de *Synodis, habitis in cauſſa Pelagianorum, ubique fere terrarum, vivente Auguſtino, aut ſtatim vita functo;* 3) de *Conſtitutionibus Imperatorum in eadem cauſſa, ab a.* 418 *ad a.* 430.; 4) de *Subſcriptionibus in cauſſa Pelagianorum;* 5) de *Libellis fidei, ſcriptis ab auctoribus et praecipuis defenſoribus haereſis Pelagianae;* 6) de *iis, quae ſcripta ſunt a defenſoribus fidei catholicae adv. haereſin Pelagianam ante obitum S. Auguſtini;* 7) de *ortu et incrementis haereſis Pelagianae, ſ. potius Coeleſtinae.* Diſſertationes hae locum etiam obtinuerunt in *Appendice Operum Auguſtini*, quae a Monachis Benedictinis edita ſunt atque Antverpiae iterum in lucem prodierunt. Parti poſteriori ſubiunctae ſunt duae Diſſertationes: 1) de *haereſi et libris Neſtorii;* 2) de *Synodis, in cauſſa Neſtoriana habitis a tempore motarum turbarum et a.* 429. *ad pacem Eccleſiis redditam a.* 433. Quamvis Garnerius coniecturis ſuis nimium tribuat ac ſaepius negligat accurationem, editioni tamen huic debita laus haud detrahenda eſt. *) Idem Garnerius reliquit:

2.) Theodoreti, *Epiſc. Cyri, Operum Tom. V.*, Par. 1684. fol., quem tamquam Supplementum IV tomorum Theodoreti *Operum*, a *Sirmondo* editorum, poſt mortem illius *Io. Harduinus* iuris publici fecit ac de vita ſcriptisque Garnerii praefatus eſt. Praeter alia, in *Auctario* hoc habentur quin-

*) *Giornale de' letterati di Roma* a. 1674. p. 91. Niceron *Mémoires* XI, 169. Schoenemann *Biblioth.* II, 531.

que Differtationes Garnerii, quae vitae rebusque Theodoreti multum lucis praebent. Exponit earum 1) de vita Theodoreti; 2) de libris Theodoreti; 3) de fide Theodoreti; 4) de quinta Synodo generali; 5) de Theodoreti et Orientalium cauffa. *)

Steph. Baluzius, qui laudabilem operam variis fcriptis ecclefiafticis recenfendis atque illuftrandis confecravit. In illis funt:

1) *SS. Presbyteror.*, Salviani *Maffilienfis et* Vincentii *Lirinenfis Opera*, ad fidem veterum Codd. mfptorum emendata notisque illuftrata, Par. 1623. 69. et 1584. 8. quae tertia editio duabus prioribus auctior meliorque eft. **)

2) *S.* Caesarii *Arelatenfis Epifc., Homiliae XIV notis illuftratae*, Par. 1669. 8.

3) Marii Mercatoris *Opp.*, Par. 1684. 8., quorum partem tantum quum *Rigberius*, f. qui fub nomine hoc latet, *Gerberonius* antea edidiffet, *Garnerius* autem eadem quidem pleniora, attamen fine accuratiori ordine vulgaffet, Baluzius de meliore editione cogitavit eamque ita ornavit, ut ipfa Mercatoris *Opera* ad fidem veterum Codd. mfptorum emendaret, quae omiffa erant, reftitueret, cuncta iufto ordine recenferet notisque illuftraret. ***)

4) Caecilii Cypriani, *Epifc. Carthag. et Martyris, Opera ad mfptos Codd. recognita et illuftrata ftud. ac lab. Steph. Baluzii, Tutelenfis. Abfolvit poft Baluzium ac praefationem et vitam S. Cypriani adornavit unus ex Monachis Congreg. S. Mauri,*

---

*) *Auctarium Operum Theodoreti*, a *Garnerio* collectum, recenfet Fabricius *Biblioth. graec.* VIII, 293. adde: *Acta Erudit.* a. 1685. p. 47.

**) Inter notas Variorum, quibus Salviani *Opera* inftructa Bremae 1688. 4. prodierunt, funt quoque p. 327. *Baluzii* notae.

***) *Acta Erudit.* a. 1686. p. 276. Schoenemann II, 551.

(Prudent. Maranus), Par. 1726. fol. Notae, quas Baluzius conſcripſit, ſunt uberiores ac praeter illas, *Opuſcula, vulgo adſcripta S. Cypriano*, exhibentur. *)

Pet. Dan. Huet, qui cum laude memorandus eſt ob Origenis *Opera exegetica*, ſtudio eius gr. ac lat. in lucem emiſſa. Titulum prae ſe habent: Origenis *in Scripturas Commentaria, quaecunque graece reperiri potuerunt. Pet. Dan. Huetius graeca ex antiquis Codd. mſptis primus maxima ex parte in lucem edidit: quae iam exſtabant, varias eorum editiones inter ſe contulit; latinas interpretationes, partim a ſe partim ab aliis elaboratas, graecis adiunxit, univerſa notis et obſſ. illuſtravit. Idem praefixit Origeniana*, Rothom. 1668. II. fol., Par. 1679. fol. ac Coloniae, ſ. potius Frcf. 1685. fol. Opus *Origenianorum* praeclarum eſt. Abſolvitur illud tribus libris iisque de vita, doctrina ac ſcriptis Origenis copioſe atque erudite Huetius diſſerit.

Lud. Ellies du Pin, qui curavit, ut elegans editio Optati Milevitani in publicum prodiret, titulo hoc inſtructa: *S. Optati, Afri, Milevitani Epiſc., de Schismate Donatiſtarum Libri VII, ad mſptos Codd. et veteres editiones collati et innumeris in locis emendati, op. et ſtud. Lud. Ell. du Pin.* Adiunxit ille non ſolum hiſtoriam Donatiſtarum, una cum monumentis veteribus, ad eam ſpectantibus, ac Geographiam epiſcopalem Africae, ſed etiam notas in Scriptorem hunc, cum ſuas, tum eruditiſſimorum Virorum, nominatim *Albaſpinaei*, *Caſauboni*, *Bar-*

*) *Mém. de Trevoux* a. 1728. *Iun.* p. 1035. *Sept.* p. 1667. *Dec.* p. 2279. *Journ. des Savans* a. 1728. *Apr.* p. 528. Spectant huc etiam Baluzii litterae, ad Tourneminum ſcriptae, de nova Cypriani editione. Sunt illae in *Mém. de Trevoux* a. 1712. *Sept.* p. 1539. a. 1715. *Mart.* p. 484. *Journ. des Savans* a. 1716. *Ian.* p. 90. *Febr.* p. 231. Cf. Schoenemann I, 129.

thii atque aliorum. Opus hoc lucem vidit Par. 1700. fol. ac denuo descriptum est Antverpiae, s. potius Amstel. 1702. fol. *). Praestat haec iterata Dupiniana Parisiensem eo saltem, quod notas Albaspinaei, Merici Casauboni, Csp. Barthii et selectas incerti illius scriptoris, quas illa cum reliquis uberioribus Balduini et Albaspinaei observationibus ad calcem reiecerat, singulis statim paginis post Dupinii ipsius animadversiones exhibet.

Paschas. Quesnellus, qui ad locum hunc referendus est ob Leonis *Magni Opera*, ab ipso edita. Lucem adspexerunt illa sub inscriptione: *S. Leonis Magni, Papae I, Opera omnia, nunc primum Epistolis XXX tribusque de Gratia Christi opusculis auctiora, secundum exactam annorum seriem accurate ordinata, a Supposititiis, Interpolationibus innumerisque mendis expurgata, Appendicibus, Dissertationibus, Notis Observationibusque illustrata*, ceter., Par. 1675. II. 4., quae editio in indicem quidem librorum prohibitorum relata est, quoniam Quesnellus, quum de Hilario Arelatensi differit, iudicia de caussis Patriarcharum, in historia ecclesiastica relata, non ad legitimas appellationes reddita fuisse, sed ab ultro decto a partibus Arbitro prolata disputat; sed tamen proscriptio impedire haud potuit, quo minus Quesnelli Leo ubique eruditis Viris se commendaret, immo denuo describeretur atque editio secunda prodiret Lugd. 1700. fol. Constat opus hoc duobus tomis horumque posterior complectitur *Appendicem, s. Codicem Canonum et Constitutorum Sedis apostolicae, Dissertationes, Lectiones varias, Notas, Observationes.* In Dissertationibus Quesnellus varia argumenta antiquitatis ecclesiasticae erudite enarrat ac

*) Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1702. *Aug.* p. 123. *Acta Erudit.* a. 1701. p. 193. Schoenemann I, 353.

Leonis ſcriptis lucem praebet. Inter alia exponit de Vita et rebus geſtis Leonis M.; de ieiunio Sabbati in Eccleſia Rom. tempore Leonis; de cauſſa Eutychis, Archimandritae Cſtpolitani, appellantis a ſententia Concilii Cſtpolitani ſub Flaviano; de cauſſa Flaviani, Epiſc. Cſtpolitani, appellantis a ſententia Pſeudoſynodi Epheſinae; de Codice Canonum et Conſtitutorum Sedis apoſtolicae, omnium antiquiſſimo, ex mſptis Codd. nunc primum edito; de Conciliis, habitis in Africa contra Pelagianos. *)

Io. Bapt. le Brun et Nic. Lenglet du Fresnoy, quorum cura ac ſtudio prodierunt: Lucii Caecilii Firmiani Lactantii *Opera omnia: Editio noviſſima, quae omnium inſtar eſſe poteſt, ad LXXX et amplius mſptos Codd. editosque XL collata et emendata atque notis uberioribus illuſtrata*, Par. 1748. II. 4. Coeptum eſt opus hoc a Brunio; poſtquam autem ille mortalitatem ſuam finiret, antequam illud abſolutum eſſet, Lengletus acceſſit idque ad finem perduxit. Editio ipſa eſt praeſtantiſſima ac complectitur non ſolum diſcrepantes ſcripturas, diligenter collectas, ſed etiam variorum notas, *Betuleii*, *Thomaſii*, *Gallaei*, *Cellarii*, *Heumanni*, inprimis *Bunemanni*. **) Eidem Brunio debemus editionem S. Pontii Meropii Paulini, Nolani Epiſc., *Operum, digeſtorum in II Tomos, ſecundum ordinem temporum nunc primum diſpoſitorum et ad mſptos Codd. — atque ad antiquior. editt. emendat. et auct., nec non Variorum Notis illuſtratorum*, Par. 1685. II. 4. Addit Editor

*) Tentzelii *Curieuſe Biblioth.* a. 1704. p. 8. Vign. Marville *Mélanges d'Hiſt. et de Litterature* I, 75. Schoenemann II, 916.

**) *Acta Eruditor.* a. 1702. p. 193. Kraftii *Theol. Biblioth.* IV, 637.

de S. Paulino SS. Patrum ac recent. Scriptor. Elogia; Vitam ex ipſius Sancti Operibus recens concinnatam; Diſſertt. de eiusd. captivitate; de SS. Sulpicio Severo, Alethio, Victricio, Apro et de Opuſculis S. Paulini amiſſis, dubiis ac ſuppoſitiis. *) Addi poſſunt: Steph. Chamillardus, qui Aurelii Prudentii Clementis *Opera interpretatione et notis illuſtravit, ad uſum Delphini*, Par. 1687. 4. **) Io. Bapt. Cotelerius ob *Patres apoſtolicos* ac *Monumenta Eccleſiae graece*, de quibus infra §. 35. diſſerendi, habetur occaſio. Io. Aubertus, cuius cura et ſtudio Cyrilli *Alex. Opera omnia gr. et lat.*, Lutet. 1638. VII. fol. luci publicae expoſita ſunt. ***) Mich. le Quien, cui praeſtantiſſimam graeco-latinam editionem Ioannis Damasceni *Operum omnium*, Par. 1712. II. fol. et recuſ. Venet. 1784. II. fol. debemus; Luc. Urban Mangeant, qui editionib. *S. Fulgentii Ruspenſis Operum*, Par. 1684. 4. et ſocio aſſumto Io. Lebrun de Marette *S. Prosperi Aquitani Operum omnium*, Par. 1711. fol. et Venet. 1742. fol. de re patriſtica bene demeritus eſt.

§. 17.

Non ſolum a Gallis, ſed ab *Anglis* quoque Patrum Eccleſiae monumenta accepimus, ſplendide, eleganter atque accurate litteris deſcripta, ex Codicibus manu exaratis emendata, notis diſſertationibusque illuſtrata. Commendarunt ſe iſta Viris eruditis rerumque peritis, ac qui in ſcriptis his ornandis ſtudia ſua poſuerunt, illi

*) Schoenemann *Biblioth.* I, 663.

**) *Actor. Erudit. Suppl.* I, 126. Ebert n. 4198.

***) Fabricius *Bibl. gr.* IX, 456. Ebert n. 5601.

laudem ac nominis famam consequuti sunt. Ad ordinem eorum pertinent, qui nunc sequuntur:

HENR. SAVILIUS, cuius studio et magnis impensis in lucem prodierunt: IOANNIS CHRYSOSTOMI *Opera*, graece, Etonae 1613. VIII. fol., quae editio in magna est existimatione, utpote castigatissima, omnium Chrysostomi operum plenissima, eruditis notis ac praefationibus instructa, eleganter litteris descripta ac multum rara. *)

IO. FELL, Episcopus Oxoniensis, qui edidit:

1) ATHENAGORAE, Lib. de *Resurrectione* Eiusdemque *Apologiam*, gr. ac lat., c. brevibus notis, Oxon. 1682. 12. e theatro Sheldoniano.

2) THEOPHILI *Antiocheni Libros ad Autolycum*, ad Cod. Bodleianum emendatos, ad quos Conr. Clauseri versio castigata ac breviores notae accesserunt, una cum tabula, ex qua rationes temporum, quas sequitur Theophilus, colligendae sunt, Oxon. 1684. 12. Editio est nitida atque elegans. **)

3) CLEMENTIS *Alexandrini* Librum, qui inscribitur: *Quis dives salutem consequi possit? Accedunt nonnulla, in editionibus Operum Clementis hactenus desiderata*, gr. ac lat., c. scholiis, Oxon. 1683. 12. e theatro Sheldoniano. ***)

4) CYPRIANI *Opera*, recognita et illustrata, quae cum FELLI *Notis*, et IOANNIS CESTRIENSIS i. e. IO. PEARSONII, Episc. Cestriensis, *Annalibus Cyprianicis* prodieruut, Oxon. 1682. fol. e theatro Sheldo-

---

*) Vid. VOGT *Catalog. libror. rariorum* p. 197. VOLLANDI Dissert. de *optimis Operum Chrysostomi Editionibus* p. 84. WENDLERI Dissert. de *variis raritatis librorum caussis*. FABRICII *Biblioth. graec.* VIII, 579. inprimis CLEMENT in *Biblioth. curieuse hist. et crit.* VII, 99. EBERT n. 4190.

**) *Acta Erudit.* a. 1685. p. 197.

***) *Acta Erudit.* a. 1685. p. 246.

niano; Brem. 1690. ſubiunctis H. Dodwelli *Diſſertationibus Cyprianicis*, quae Oxon. 1684. 8. in lucem exierant, et Amſtel. 1700. fol. *)

Io. E. Grabe, Regiomontanus Boruſſus, qui cum caeteris de ſcriptis Patrum eccl. bene meritus eſt, nec mediocrem nominis famam ſibi acquiſivit. In lucem emiſit: *Spicilegium SS. Patrum, ut et Haereticorum, Sec. p. Chr. n. I, II et III, quorum l. integra monumenta, l. Fragmenta partim ex aliorum Patrum libris, iam impreſſis, collegit et c. Codd. mſptis contulit; partim ex Mſptis nunc primum edidit ac ſingula tam praefatione, quam notis ſubiunctis illuſtravit* Io. E. Grabius, gr. et lat. Oxon. 1698 ſq. II. 8. Edit. 2. auctior et emendat., Oxon. 1714. II. 8. ibidem ex theatr. Sheldon. Singulis Fragmentis atque Opuſculis praefationes praemiſit atque ad finem utriusque voluminis notas adiecit iisque loca nonnulla illuſtravit. De fide atque auctoritate monumentorum quorumdam, quae exhibet, non ubivis accurate iudicare videtur, quum ſcriptis adulterinis annumeranda ſint, quae Grabius eſſe germana, ſibi perſuadet. **) Cum hoc Spicilegio coniungendae ſunt: *Reliquiae ſacrae ſ. Auctorum fere iam perditorum Sec. II et III Fragmm., quae ſuperſunt — ad Codd. mſptos recenſ. notisque illuſtr.* Mart. Ios. Routh, Oxon. 1814—18. IV. 8. cum Routhius orthodoxorum tantum Patrum Fragmenta collegerit. Acceſſerunt huic Collectioni Epiſtolae ſynodicae et canonicae Nicaeno Concilio antiquiores.

---

*) Clerici *Biblioth. univerſ.* XII, 207. *Acta Erudit.* a. 1683. p. 41. Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* 1700. *Ian.* p. 102. Schoenemann I, 128.

**) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 256. 1700. p. 271. *Mém. de Trevoux* a. 1705. *Nov.* p. 1860. Clerici *Biblioth. choiſie* IV, 314. Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1699. *Mai.* p. 555. Neocori (Küsteri) et Sikii *Biblioth. libror. novor.* IV, 320. Ittigii *Tract. de Biblioth. Patrum* p. 698.

Edidit Grabius quoque: *S. Iustini, Philos. et Mart., Apologiam primam pro Christianis ad Antoninum Pium, c. latina Io. Langi versione, quampluribus in locis correcta: subiunctis emendationibus et notis Rob. ac Henr. Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Casauboni, Montacutii, Grotii, Salmasii, Valesii, Cotelerii pluribusque novis additis; annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti; praemissa vero Langi praefatione, qua summam huius Apologiae enarravit*, Oxon. 1700. 8. *) Inter Grabii tamen scripta, quae huc spectant, principem locum tuentur: *S. Irenaei, Episc. Lugdun., Contra omnes haereses, Libb. V. Textus graeci partem haud exiguam restituit, latinam versionem antiquissimam e IV msptis Codd. emendavit, Fragmenta aliorum tractatuum deperditorum subiunxit, omnia notis variorum et suis illustravit Io. E. Grabe*, Oxon. 1702. fol., quae luculenta editio multum se commendavit, non solum per splendorem atque elegantiam suam, sed etiam per apparatum variarum rerum, inprimis discrepantium scripturarum ac notarum, qui ibi habetur. **) Quae Massuetus obiecerat, ea Grabius repellere voluit, quominus autem hoc fieret, mors ipsius impedivit. ***)

Thom. Milles, qui in lucem emisit: *S. Patris nostri, Cyrilli, Hierosol. Archiep., Opera, quae supersunt, omnia, quorum quaedam nunc primum ex Codd. msptis edidit, reliqua c. Codd. msptis*

*) Tentzelii *Curieuse Biblioth.* I, 222. *Nachrr. v. d. Büchern in der Stollischen Biblioth.* II, 421. *Mém. de Trevoux* a. 1701. *Mai. et Iun.* p. 314. Clerici *Biblioth. choisie* II, 328. et III. 372. Fabricius VII, 57.

**) *Mém. de Trevoux* a. 1703. *Mai.* p. 840. *Acta Erudit.* a. 1702. p. 308. Fabricius VII, 80.

***) Niceronii *Mém.* XXXV, 300. Ceillier *Hist. des auteurs ecclesiast.* II, 196.

contulit, plurimis in locis emendavit notisque illustravit, Oxon. 1703. fol. Eam industriam ad opus hoc ornandum Milles adhibuit, ut editio haec reliquas omnes, quae antea in lucem prodierunt, splendore ac praestantia longe antecederet.*)

H. Hutchin, cuius exstant: *S.* Iustini, *Philosophi et Martyris, Apologia secunda pro Christianis, Oratio cohortatoria, Oratio ad Graecos et de Monarchia liber, c. latina Io. Langi versione, quamplurimis in locis correcta, subiunctis emendationibus et notis Rob, et Henr. Stephanorum, Ioach. Perionii, Iac. Billii, Frid. Sylburgii, Io. E. Grabii, Io. Potteri pluribusque aliis additis: annexis insuper ad calcem annotatt. Langi et Kortholti; praemissis vero Langi praefationibus, quibus summam eorum, quae in hoc volumine continentur, enarravit*, Oxon. 1703. 8. e theatro Sheldoniano.

W. Worth, qui edidit: Tatiani *Orationem ad Graecos*, nitidis typis, Oxon. 1700. 8. e theatro Sheldoniano. Usus ille est duobus Codicibus regiis Parisiensibus et tertio Etonensi atque addidit notas integras Conr. Gesneri, Front. Ducaei, Chr. Kortholti, Th. Galei; selectas autem Henr. Stephani, Meursii, Bocharti, Cotelerii, utriusque Vossii, aliorum suasque. Praeter Frisii ac Gesneri praefationes, adiecit Pearsonii *Coniecturas* ac quae de Tatiano eiusque doctrina disseruerunt Ge. Bullus in *Defensione fidei Nicaenae;* Nic. Nourrius in *Apparatu ad Bibliothecam PP.;* Lud. du Four de Longuerue *Differt. in Tatianum, nunc primum edita.* Acc. Hermiae *Philosophi gentilium Philosophorum Irrisio*, Worthi ac Thomae Galei notis illustrata.**)

---

*) *Mém. de Trevoux* a. 1707. *Iun.* p. 1010. *Acta Erudit.* a. 1705. p. 1. Tentzelii *Curieuse Biblioth.* I, 1040.

**) *Acta Erudit.* a. 1701. p. 268. Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1701. *Sept.* p. 317. Tentzelii *Curieuse*

Eduard. Dechair, cuius cura Athenagorae *Apologia* in conſpectum publ. venit, Oxon. 1706. 8. e theatro Sheldoniano. Editio haec praeclara ac nitida hanc praefert inſcriptionem: *S. Athenagorae, Athenienſis Philoſophi, Legatio pro Chriſtianis ad Impp. M. Aurelium Antoninum et L. Aurelium Commodum. Eiusdem de Reſurrectione mortuorum. Accedunt verſio, emendationes, variantes lectiones, annotationes atque indices neceſſarii.* Conſuluit Codd. mſptos, verſiones emendavit; variorum notas ac praeter has, ſuos commentarios ſubiunxit, una cum illis, quae de Athenagora eiusque ſcriptis Baronius, Halloixius, Dodwellus, Bullus diſſeruerunt. *)

Thom. Smith, memorandus ob Ignatii *Epiſtolas germanas*, ab ipſo praeclare ornatas atque in lucem emiſſas. Qualem rationem inierit, editionem hanc commendandi, ipſe in titulo verbis his ſignificavit: *S. Ignatii Epiſtolae genuinae, iuxta exemplar Mediceum denuo recenſitae, una c. vet. lat. verſione, annott. Io. Pearſonii et Th. Smithi illuſtratae. Accedunt Acta martyrii S. Ignatii, Ep. Polycarpi ad Philippenſes, et Smyrnenſis Eccl. Ep. de S. Polycarpi martyrio, c. vett. verſionibus et annott. Th. Smithi,* Oxon. 1709. 4. e theatro Sheldoniano. **)

Io. Davis, cuius cura lucem adſpexit: M. Minucii Felicis *Octavius*, c. notis Rigaltii ac ſelectis Variorum novisque Daviſii, Cantabr. 1707. 8. ***) atque iterum ibid. 1712. 8., quae poſterior editio locupletata eſt. Praeter notas auctiores, acceſſerunt:

Biblioth. I, 226. Fabricii *Hiſtor. Biblioth.* VI, 164. Ernst n. 22360.

*) *Nova litteraria Hamburg.* a. 1708. p. 41. Fabricii *Hiſt. Biblioth.* VI, 165.

**) *Acta Erudit.* a. 1710. p. 169. *Journ. des Savans* a. 1710. *April.* p. 453.

***) *Actor. Erudit. Suppl.* IV, 422.

Luc. Holstenii *Ep. de Verubus Dianae Ephesiae*, quae locum quemdam Minucii illustrat, ac Commodiani *Instructiones* c. Rigaltii notis. *)

Io. Potter, qui evulgavit: Clementis *Alex. Opera, quae exstant, recognita et illustrata*, Oxon. 1715. fol. e theatro Sheldoniano. Tam praestans tamque splendida est editio haec, ut haud quidquam esse videatur, quo ornatus illius augeri possit. Consuluit Potterus diligenter non solum Codd. Clementis impressos, quotquot reperiri potuerunt, sed etiam manu exaratos: interpretationem latinam partim ipse composuit, partim emendavit praetereaque Variorum notas una cum suis adiecit. **) Recusa est haec editio Venet. 1757. II. fol. cum Fragmentis novis ex Fabricio, ac vita S. Clementis ex Tom. III. Adr. Baillet *Vies des Saints* desumta et latine reddita.

Henr. Wotton, cuius praeclarae industriae debemus elegantem editionem Clementis Rom. Epistolarum ad Corinthios, titulo hoc emissam: *S. Clementis Rom. ad Corinthios Epistolae duae, expressae ad fidem mspti Cod. Alexandrini, illustratae notis Iunii, Cotelerii et Boisii. Cum mspto Cod. de novo contulit notisque eas illustravit et praefationem ac duas Dissertationes praemisit Henr. Wotton*, Cantabr. 1718. 8. Praefatione longissima Auctor pro auctoritate Patrum Eccl. universe pugnavit ac probare annisus est, prioris Epistolae auctorem omnino Clementem esse. Quae accesserunt Dissertationes, sunt breviores alterâque de divinitus instituto Clero

---

*) *Mem. de Trevoux* a. 1711. *Mai.* p. 888. *Acta Erudit.* a. 1718. p. 139. *Mém. of Litterature* I, 353. Clerici *Biblioth. choisie* XXIV, 120.

**) *Mém. de Trevoux* a. 1717. *Mart.* p. 378. *Journ. des Savans* a. 1716. *Nov.* p. 517. *Biblioth. angloise* I, 273. Clerici *Biblioth. ancienne et modern.* VI, 287. *Acta Erudit.* a. 1717. p. 97. *Deutsche Acta Erudit.* V, 1.

christiano, alterâ autem de Unitate, Ecclesiae agitur. *)

Styan. Thirlby, cuius cura Iustini *Philos. et Mart. Apologiae duae et Dialogus c. Tryphone Iudaeo, gr. et lat., c. notis et emendationibus*, in lucem prodierunt, Lond. 1723. fol., quae editio splendida quidem est et elegans, at Eruditis parum commendata. Non mediocrem enim negligentiam atque ignorantiam in ornanda illa Thirlbius prodidit. **).

W. Reading, qui ad Scriptores historiae ecclesiasticae antiquiores denuo describendos atque illustrandos laudabilem industriam adhibuit. Opus hanc praefert inscriptionem: Eusebii *Pamphili*, Socratis *Scholastici*, Hermiae *Sozomeni*, Theodoriti et Evagrii, *item* Philostorgii et Theodori *Lectoris, quae exstant, Historiae ecclesiasticae, gr. et lat. H. Valesius emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit; criticis plurium Eruditorum observationibus locupletavit W. Reading*, Cantabr. 1720. III. fol. Splendida editio haec inter reliquas iure principatum tuetur, inprimis propter Variorum notas, quas Readingus diligenter collegit, maxime ex Anglorum monumentis, Usserii, Beveregii, Pearsonii, Dodwelli, Stillingfletii, Lloydii, Hodii, Millesii, Potteri ac qui prae aliis laudandus est, Lowthi atque aliorum. Adiunxit et suas animadversiones. ***) Recusa est haec Readingii edit., Turini 1748. III. fol. Idem Readingus iuris publici fecit: Origenis *de Oratione Lib.*, ex nova collatione cum Cod. mspto Holmiensi, recognitum et emendatum, una

---

*) *Acta Erudit.* a. 1719. p, 104. *Biblioth. angloise* IV, 119.

**) Clerici *Biblioth. ancienne et moderne* XXIII, 1. *Acta Erudit.* a. 1723 p. 333. Fabricius VII, 57.

***) *Acta Erudit.* a. 1724. p. 97. Baumgartenii *Nachrr. v. merkw. Bb.* X, 310. Fabricius VII, 868.

cum Anonymi Scholiis in Orationem dominicam, quibus subiunctae sunt eruditi cuiusdam Viri (Rich. Bentleii) notae, partim criticae, partim locorum difficilium exegeticae, Lond. 1728. 4. *)

Iam enarratis alii annumerari possunt atque in his Iac. Usserius, qui Ignatii *Epistolas VII germanas* c. nova versione in Appendice Ignatiana edidit, Lond. 1647. 4., postquam interpolatas antea gr. ac lat. cum eruditis prolegomenis notisque ac sinceriorum vet. versione vulgaverat, Oxon. 1644. 4. Exstant quoque alia Patrum monumenta, in Anglia publicae luci exposita, uti Lactantii *Opera*, cura Th. Sparkii, qui Codd. mssptis usus est, ipsa Lactantii scripta notis illustravit, librum, in prioribus editionibus haud additum, de *Mortibus Persequutorum*, quem primus Steph. Baluze iuris publici fecit, una c. H. Dodwelli Differt. de *ripa Striga* adiecit, Oxon. 1684. 8. e theatro Sheldoniano. **) Eadem Lactantii *Opera* in conspectum Eruditorum venerunt, c. variis lectionibus, Cantabr. 1685. 8. ubi memoratus liber de *Mortibus Persequutorum* itidem locum obtinuit, c. novis animadverss. ***)

His Viris, praeter iam super memoratum Mart. Ios. Routhium, porro annumerandi Ed. Twaithes, qui Ephremum Syrum, *graece, e Codd. mssptis Bodleian.*, Oxon. 1709. fol. ex theatro Sheldon. prodire fecit; Io. Iackson, qui post *Ed. Welchmannum*, cuius editio acrem ipsius nec immeritam censuram passa est, edidit, *Novatiani, Presb. Rom., Opera, quae supersunt, omnia, post Iac. Pamelii recensionem, ad antiquiores editt. castigata, et a multis mendis expurgata; illustrata etiam copiosiss.*

---

*) *Acta Erudit.* a. 1730. p. 481. Fabricius VII, 223.

**) *Acta Erudit.* a. 1685. p. 265. Schoenemann I, 229.

***) *Acta Erudit.* a. 1685. p. 5. Schoenemann I, 229.

obſſ. et notis, in quibus totum Argumentum Auctoris de Regula fidei ex vett. PP. monumentis late discutitur. Praemittitur Diſſert. de Filio Dei ὁμοουσίῳ ſ. coëſſentiali uni Deo Patri, Lond. 1728. 8. Quae praeſtitit Iackſonus, eum egregie editoris vice functum oſtendunt. Rich. Russel cuius *SS. Patrum apoſtolicor., Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii, Polycarpi Opera genuina gr. et lat.*, Lond. 1746. 8. duobus voluminibus et quatuor partibus prodierunt*); D. Dalrymple de Hayles, qui edidit Lond. 1777. 8. S. Coel. Firm. Lactantii *Divinar. Inſtitutt. libr. V, ſ. de Iuſtitia*, c. ſelectis ſuperiorum Editorum notis et obſervationibus ſuis prolixioribus de Apollonio Tyaneo, Oraculis Sibyllinis, quae chriſtiani Scriptores adduxerunt, l. a Iudaeis Helleniſtis, l. a Gnoſticis confictis.

§. 18.

In *Italia* uti in Gallia atque Anglia, multi Viri exſtiterunt, qui curam de Patrum Eccleſiae ſcriptis, recenſendis atque illuſtrandis, ſuſciperent, ac de eorum libris optime meriti ſunt. Curarunt praeterea Itali, ut variae Patrum editiones, maxime Benedictinorum, denuo deſcriberentur. Laudari debent:

Leo Allatius, inter cuius multa ingenii monumenta nonnullis locum hunc, quodam certe modo, aſſignare licet. Sunt iſta:

1.) *S. Nili, Aſcetae, Diſcipuli S. Ioannis Chryſoſtomi, Epiſtolarum Libb. IV gr. et lat., interprete Leone Allatio. Additae ſunt variae lectiones in eiusdem Nili narrationem de caede Mona-*

*) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 4.

chorum, *ex variis Codd. msptis et Diatr. eiusdem Allatii de Nilis et eorum scriptis*, *) Rom. 1668. fol. Iam antea Nili *Epistolae* gr. ac lat. in lucem prodierant cura *Possini*, Par 1657. 4. *Allatius* autem volumen hoc plurimis aliis Epistolis auxit atque ita locupletatum gr. ac lat. c. *Diatr. de Nilis* iterum in lucem emisit.

2) *S. Methodii*, *Episc. et Mart. Convivium X Virginum*, *s. de Castitate*, *gr. et lat.*, *interpr. Leone Allatio, qui notas et Diatribam de Methodiorum scriptis adiecit*, Rom. 1656. 8. **)

3) Eustathius, *Archiep. Antioch.*, *in Hexaëmeron. Eiusdem de Engastrimytho in I Regum Homilia*, *gr. et lat. Addidit in Eustathii Hexaëmeron notas uberiores et collectanea et suum de Engastrimytho Syntagma*, Lugd. 1629. 4. ***)

Io. Salinas, qui evulgavit: *SS. Vincentii Lirinensis et Hilarii Arelatensis Opera*, *ad msptos Codd. insignioresque editiones recognita ac notis observationibusque illustrata*, Rom. 1701. 8. In Vincentii editione ornanda sequutus est Baluzium, qui antea Vincentium ad Codd. msptorum fidem recensuerat ac una cum Salviano iuris publici fecerat, atque animadversiones, adiecit. Ad Hilarii opuscula praeter alia attulit variantium lectionum apparatum, una cum *Admonitione in opuscula*, *quae S. Hilario adscribuntur*. †) Idem Salinas in lucem

*) Diatribam hanc supplementis et animadverss. Fabricius *Biblioth. graece* Vol. V. addidit, quam deinde Harlesius in nova huius Bibliothecae editione T. X. ab ipso contractum partim, partim valde locupletatam inseruit.

**) Transtulit Allatii *Diatribam de Methodiorum scriptis* una c. eiusdem *Notis ad Methodii Convivium X Virginum* Fabricius in Hippolyti *Operum* Vol. II. p. 75.

***) Allatii *Syntagma de Engastrimytho* exstat quoque *Criticor. sacror. anglic.* Tom. VIII.

†) *Acta Erudit.* a. 1734. p. 503. Schoenemann II, 809.

emisit: *SS.* PROSPERI *Aquitani et* HONORATI *Massiliensis Opera, notis observationibusque illustrata,* Rom. 1732. 8. In volumine hoc sunt: Veterum de Prospero Aquitano et Operibus eius testimonia; Prosperi vita; Synopsis chronologica Operum eius ac gestorum; Prosperi et Hilarii Epistolae ad Augustinum de reliquiis Pelagianae haereseos in Gallia; Hilarii Arelatensis, Vita, a S. Honorato, Massiliensi Episc., conscripta. *)

Ios. BLANCHINUS, adducendus ob VIGILII *Tapsitani* librum sextum de *Trinitate ad Theophilum,* quem iuris publici fecit in volumine, cuius inscriptio est: *Enarratio Pseudo-Athanasiana in Symbolum apostolicum, antehac inedita, et Vigilii Tapsitani de Trinitate ad Theophilum liber sextus, nunc primum genuinus atque assumentis carens, prolatus ex vetustiss. Cod. Capituli Veronensis,* Veron. 1732. 4. Accessit Symbolum Nicaenum, cum Symmachi Papae vita, ex vetustissimis membranis, nunc integre in lucem emissa. **)

Ios. SIM. ASSEMANUS eiusque Socii, quorum studio EPHRAEMI *Syri Opera* debemus, ita inscripta: *S.* EPHRAEMI *Syri Opera omnia, quae exstant, graece, syriace et latine, in VI Tomos distributa, ad mssptos Codd. Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, nova interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illustrata,* Romae 1732—46. VI. fol. ex typographia Vaticana. Constitutum erat Assemano, singula opera Ephraemi in sex tomos dividere, quorum tres priores graeca, tres posteriores autem syriaca comprehenderent. Edidit quoque Tom. I. Opp. Ephraemi gr. et lat.; quum autem a

---

*) *Actor. Erudit. Suppl.* II, 17. Cf. SCHOENEMANN II, 1042.

**) *Acta Erudit.* a. 1738. p. 602.

Pontifice Rom. in Syriam mitteretur, ne iter hoc longiorem moram atque impedimentum Ephraemo, in lucem proferendo, inferret, ordinem praescriptum, mutare ac tomos tres posteriores, qui syriaca comprehendunt, ante tomos priores, in quibus graeca locum obtinuerunt, eorumque secundum ac tertium, iuris publici facere decretum est. Ordine hoc constituto, prodiit Syriacorum tomus I. a. 1737, II. a. 1740, III. a. 1743., graecorum autem primus 1732, II. a. 1743, III. a. 1746. Opus ipsum plane insigne atque egregium est, quod perficiendum suscepit Assemanus, maxime Angelo Maria Cardinale Quirino auctore ac suasore. In Syriacis industriam atque eruditionem communem probavit *Pet. Benedictus*, Maronita, Soc. J., istamque ad id adhibuit, ut syriaca latine verteret notasque adiiceret. Post mortem Benedicti, in locum eius successit *Steph. Evodius Assemanus*. *)

Lud. Ant. Muratori, qui in publicum protulit Paullini *Opera*, ita inscripta: *S. Pontii Meropii Paullini, Senatoris et Consulis Rom., deinde Nolani Episc. Opera, ad msptos Codd. Gallicanos, Italicos, Anglicos, Belgicos atque ad editt. antiquiores, emendata et aucta, nec non Variorum Notis ac Dissertt. illustrata; nunc vero primum quatuor integris Poematibus, quae ex Ambros. Biblioth. pridem eruta modo secundis curis recognovit Lud. Ant. Muratorius, auctiora demum atque absoluta*, Veron. 1736. fol. Perpetua fere serie atque ordine Muratorius sequutus est editionem Paullini Parisiensem, quam *Io. Bapt. le Brun* vulgavit; auxit tamen eam variaque accesserunt, integra quatuor Poemata (a.

*) *Mém. de Trevoux* a. 1740. *Aug.* p. 1571. a. 1742. *Mart.* p. 578. a. 1745. *Oct.* p. 1765. *Journ. des Savans* a. 1739. *Iul.* p. 291. a. 1744. *Dec.* p. 475. a. 1745. *Ian.* p. 97. *Acta Erudit.* a. 1738. p. 289. a. 1745. p. 577. a. 1747. p. 673. Baumgarten *Nachrr. v. merkww. Büchern* VII, 409. Fabricius VIII, 223.

1697 a Muratorio in Anecdotor. Tom. I. primum evulgata) Notae, Dissertationes. *)

HIERON. DE PRATO, qui edidit: SULPICII SEVERI *Opera, ad msptos Codd. emendata, notisque obss. et dissertt. illustrata*, Veron. 1741. 54. II. 4. quae editio in varias reprehensiones incidit. Ad emendandum Sulpicium multa quidem allata sunt, pleraque autem coniecturis, saepius sine iudicio excogitatis, nituntur. Erga eos, a quibus dissentiendum esse de Prato putavit, tantum abest ut humanitatem ac modestiam monstret, ut illos, atque in his Viros magnae famae, graviter atque acerbe perstringat. **)

NIC. ANTONELLUS, qui curavit, ut in lucem exiret: ATHANASII, *Archiep. Alex., Interpretatio Psalmorum; s. de Titulis Psalmorum, gr. et lat.,* Romae 1746. fol. qui liber ex Cod. Bibliothecae Barberinae editus est; de fide autem illius atque auctoritate in utramque partem disputatur. ***)

DOMINIC. VALLARSI, Veron. Presbyt., opem ferente March. SCIPIONE MAFFEI, edidit S. EUSEBII HIERONYMI *Opera omnia*, Veron. 1734—42. XI. fol. et Venet. 1766—72. XI. 4. posterioribus curis aucta et recognita; et RUFINI, Aquilei., *Operum*, quae supersunt, ad Codd. msptos denuo emendat. Tom. I., Veron. 1745. fol.

PET. THOM. CACCIARI, qui studium et diligentiam impendit non solum in RUFFINUM edendum, dum typis exscribi curavit *Ecclesiasticae historiae Eusebii Pamphili Libb. IX Ruffino Aquilei.*

---

*) *Acta Erudit.* a. 1737. p. 529. SCHOENEMANN II, 666. 768.

**) *Acta Erudit.* a. 1759. p. 248. 353. 529. *Samml. v. alten u. neuen theolog. Sachen* a. 1741. p. 224. SCHOENEMANN II, 397. Transiit ex hac editione Sulp. Severus in GALLANDII *Biblioth. PP.* VIII, 855.

***) *Acta Erudit.* a. 1758. p. 650. FABRICIUS VIII, 191.

interprete, ac duo ipsius Russini Libri — ad Vatican. Codd. exacti, notisque illustrati, Rom. 1741 sq. II. 4.; sed etiam et praecipue in S. Leonis M. *Papae Opera*, quae ad msptos Codd. emendata, novis monumentis aucta, notis et obss. adornata edidit, Rom. 1753 — 55. II. fol. Editiones a solertia et doctrina Editoris commendatae *).

Pet. Franc. Foggini, de Epiphanii (Rom. 1743. 4.) et Augustini (ibid. 1754. II. 8.) *Opusculis* quibusdam bene meritus. **)

Ant. Maria Merenda, iam aetate provectior, ad S. Damasi *Papae Opuscc. et Gesta* edenda animum appulit, eaque Rom. 1754. fol. publicae luci exposuit. Mendis typographicis editio haec non parum dehonestatur.

Io. Aloys. Mingarelli, S. Salvat. Bonon. Canonic., cui debemus editionem Paulini Mediol. *de Benedictionibus Patriarcharum libelli*, c. nott. ac praefat.; in *Anecdotis* ab iisdem Canonicis vulgatis T. II. P. I. p. 199. ***)

Sebast. Pauli, Cleric. Reg. Congreg. Matris Dei-Lucensis, *S. Petri Chrysologi Opp. omnia* ad Codd. msptos recensita, c. notis Dominici Mitae et suis, Venet. 1750. fol. evulgavit.

Ge. Constantini cuius op. et stud. orbi literario communicata sunt Dionysii Areopagitae *Opp. omnia* — gr. et lat., c. Paraphrasi Pachymerae et annott. Balth. Corderii, a mendis repurgata, ac dissertatione praevia (Io. Franc. Bernh. de Rubeis), variantt. lectt. ex Biblioth. S. Marci Cod. deprom-

*) Schoenemann I, 597. II, 939.

**) Fabricius VII, 269. 275 sq. Schoenemann II, 189.

***) Schoenemann II, 600.

, aliisque accessionib. aucta et locupletata, Ven 755 sq. II. fol.

EDUARD A S. XAVERIO, a quo edita extan . COEL. LACTANTII FIRM. *Opera*, variantib. lect annotatt., castigationib. ac dissertt. illustr., Ro 1754—59. XIV. 8., non multum aestimata. *)

PET. et HIERON. Fratres BALLERINII, Presb Veronenses, qui iam antea *Zenonis*, *Episc. Vero Sermonum*, dissertationibus perpetuisque annotati nibus illustratorum, Veron. 1739. 4., condiderant e tionem; S. LEONIS M., Rom. Pontif., *Opera*, *p Pasch. Quesnelli recensionem ad complures et pra stantiss. msptos Codd. ab illo non consultos exact emendata et ineditis aucta*, *et praefatt.*, *adnotatt. admonitionibus illustrata*, Venet. 1755—57. III. f summo et iusto omnium Eruditorum applausu e derunt. **)

NIC. ANT. GUISTINIANI, Episc. Patavin., c ius editio ATHANASII, Archiep. Alex., *Operum o nium*, quae extant, l. quae eius nomine circum runtur, Patav. 1777. IV. fol. lucem aspexit. Pri tria volumina ad editionem a PP. Maurinis ado tam exacta sunt summa fide, quartum autem o operumque fragmenta S. Athanasii exhibet, posteriori aevo detecta sunt. ***)

IO. DOMINICUS et IAC. Fratres COLETI e nem *LUCIFERI*, *Episc. Calaritani*, *Operum om* Venet. 1778. fol. splendido ornatu, diligentia et iudicio subtili cum Eruditis communicarun

BRUNO BRUNI, sub nomine VICTORII A editoris munere fungens, a Pio VI, P. M.,

*) SCHOENEMANN I, 242.

**) IDEM II, 947.

***) *Götting. gel. Anz.* 1773. p. 921. *N. Bibl. ec* VI, 189.

mus vocatus, ſplendidam et praeclaram S. Maxi, Epiſc. Taurin., *Operum* editionem curavit, om. 1784. fol. max. *) et annotationibus eam ornavit.

Mich. Angel. Lucchi cuius opera Venantii Fortunati, *Opera omnia*, recens ad mſptos Codd. Vaticanos, nec non ad vett. editt. collata et novis additamentis variisque lectt. aucta, notis et ſcholiis illuſtrata, Rom. 1786 ſq. II. 4. typis exſcripta ſunt.

Sim. Domin. de Magistris, cuius cura accepimus Dionysii, *Alex. Epiſc., quae ſuperſunt*, gr. et lat. nunc pr. edita, Rom. 1796. fol.

Leop. Sebastiani primus ex Cod. mſpto Bibl. Angelicae, gr. et lat., in lucem prodire fecit *Ep. ad Apollinarem Laodic. celeberr. de divina eſſentia, D. Basilii nomine ab Euſtathio Sebaſteno toto fere Oriente per ſummum ſcelus vulgatam*, Rom. 1796. 8. et ipſam hiſtorica narratione et animadverſſ. illuſtravit.

Faustin. Aurevalus, ex cuius recenſione, Isidori *Hiſpal, Opera omnia*, denuo correcta et aucta, praemiſſis Iſidorianis etc., Rom. 1797—1803. VII. 4. edita ſunt.

§. 19.

Floruerunt quidem in *Belgio* litterae varii generis ibique domicilium ſplendidum habuerunt, numerus autem eorum non magnus fuit, qui antiquitati hiſtoriaeque eccleſiaſticae ita ſeſe conſecrarent, ut in Patrum quoque monumentis verſarentur ac ſtudia ſua ad illorum ſcripta emendanda, illuſtranda atque in lucem emittenda re-

*) Schoenemann II, 638.

ferrent. Inter *Hispanos* perpauci fuerunt, qui de libris Patrum ecclesiasticorum meritorum laudem sibi conciliarent.

Ex *Belgarum* ordine ad locum hunc pertinent:

Iac. Pamelius, qui edidit *Tertullianum*, c. notis, saepius litteris descriptum, Antverp. 1579. 84. 1609. fol., Par. 1583. 98., Colon. 1617., Rothom. 1662. fol. *); item *Cyprianum*, itidem c. notis, Antverp. 1568. 89. fol., Par. 1574. 93. 1603. 16. 33. 44. fol., Colon. 1617. 33. fol. **)

Gerard. Vossius, qui varia Patrum scripta partim latine reddidit, partim notis illustravit. Sunt ista:

1) Ioannis Chrysostomi *Orationes, gr. et lat., interprete Ger. Vossio*, Rom. 1580. 4.

2) *S. Patris Ephraemi Syri Opera omnia, nunc recens latinitate donata scholiisque illustrata*, Rom. 1589. 93. III. fol., Colon. 1603., Antverp. 1619. fol.

3) *S. Gregorii, Episc. Caesareensis, cognomento Thaumaturgi, Opera omnia, quotquot in insignioribus, praecipue Romanis Bibliothecis reperiri potuerunt, una c. eiusdem auctoris vita, gr. et lat., interprete et scholiaste Ger. Vossio. Adiuncta sunt Miscellanea Sanctorum aliquot Patrum graecorum et latinorum*, Mogunt. 1604. 4. ***)

Alardus Gazaeus, qui publicae luci exposuit:

Io. Cassiani *Op. omnia*, c. *Commentario*, ab eo ipso scripto, Duaci 1616. II. 8., Atrebati (Arras) 1628., Frcf. s. Lips. 1722. fol. †)

---

*) Schoenemann *Bibl.* I, 22. 29.

**) Idem I, 122.

***) Niceronii *Mémoires* XIII, 146.

†) Schoenemann II. 687.

Andr. Schottus, cuius ſtudio prodierunt:

1) Ennodii, *Ticinenſis Epiſc.*, *Poemata ſacra, Vitae Sanctorum Epiphanii et Antonii, et Panegyricus, Theodorico dictus,* c. notis, Tornaci 1610. 8.

2) *S. Basilii M.*, *Opera*, Epiſtolis et Notis aucta, Antverp. 1616. 18. fol.

3) Paullini, *Epiſc. Nolani, Opera omnia, piae Epiſtolae et Poemata ſacra, denuo recenſita, Prolegomenis aucta notisque illuſtrata;* in *Biblioth. Patrum Colon.* V, 1, 138.

4) Eusebii, qui ab aliis, et ab ipſo Schotto, Gallicanus, ab aliis Emiſenus Epiſcopus appellatur, *Homiliae ad Populum et Monachos, in lucem primum emiſſae per Ioannem Gagneium, Pariſinum Theologum, ab Andrea Schotto recenſitae et locupletatae Sermonibus;***) nec non

5) Eucherii, *Lugdun. Epiſc., Quae exſtant, omnia pia ad S. Scripturam Opuſcula, illuſtrata et recenſita;* in *Bibl. Patr. Colon.* Tom. V. P. I. p. 543.

6) Claudii Mamerti, *Presb. Viennenſis, de ſtatu animae libri tres et adv. vanos Poetas, Andr. Schottus recenſuit notisque illuſtravit; Ibid.* p. 944.

7) Vigilii, *Tridentinorum Epiſc., Quae exſtant, omnia, aucta et emendata. Diſputatio Athanaſii c. Sabellico, Photino et Ario et adv. Eutychen libri quinque. Hiatibus in utroque expletis et recenſitis;* in *Biblioth. Patrum Colon.* V, 3, 687.

8) Honorii, *Auguſtod. Presb., Opera philoſophica ac theologica, quae reperiri potuerunt, omnia, recenſita et aucta, p. Andr. Schottum; Ibidem* XII, 1, 929.

9) Paulli Orosii *Lib. apologeticus contra Pela-*

**) Cf. I. C. Thilo *Ueb. d. Schriften d. Euſebius v. Alex. und des Euſebius v. Emiſa. E. krit. Sendſchr. an Hrn. CR. Auguſti zu Bonn.* — Hal. 1832. 8. (18 Gr.)

gium de arbitrii libertate, ex recognitione Andr. Schotti; Ibid. XV, 144.

10) Isidori Pelusiotae *Epist., e Vatic. Bibliotheca erutae*, gr. c. notis *Andr. Schotti*, Antverp. 1623. 8. latine, *Andr. Schotto interprete*, Rom. 1624. 8. gr. et lat., Frcf. 1629. fol.

11) *S. Cyrilli, Alex. Archiep., Glaphyrorum Libb. V s. Commentaria in quinque libros Mosis, nunc primum gr. et lat. edita stud. Andr. Schotti*, Antverp. 1618. fol. *)

Io. Drusius, cuius valde rara editio Sulpicii Severi *Historiae sacrae*, Arnhem. 1607. 8. cum commentario libro s. notis, a brevitate cum modestia coniuncta, laudatis, prodiit. **)

Iac. Gronovius, cuius cura ac studio lucem adspexit: M. Minucii Felicis *Octavius, c. integris Wowerii, Elmenhorstii, Heraldi et Rigaltii notis aliorumque hinc inde collectis, qui emendationes et explicationes suas adiecit. Accedunt:* Caecilius Cyprianus *de Idolorum vanitate* et Iul. Firmicus Maternus *de errore profanarum religion.*, Lugd. Bat. 1700. 8. ***)

Io. Clericus, cuius studio, curante Schoettgenio, in conspectum publicum venerunt: Sulpicii Severi, *Quae exstant, Opera omnia, in duos tomos distributa, quorum prior continet antehac edita, c. notis Io. Vorstii, alter Epistolas, antea c. reliquis Operibus nondum editas, ex recensione et c. notis Io. Clerici*, Lips. 1709. 8. Quae nunc primum reliquis Sulpicii operibus additae sunt *Epistolas* Baluzius ac Dacherius pridem vulgaverant. Illustravit illas Clericus brevibus notis; Epistolas autem quintam

---

*) Syllabus horum scriptorum exhibetur in Niceron *Mémoires* XXVI, 72 sq.

**) Schoenemann II, 386.

***) *Acta Erudit. Suppl.* IV, 422. Schoenemann I, 74.

ac ſextam germanis Sulpicii Severi monumentis iure annumerari, de eo dubitat Clericus. Iam antea promiſerat iſte editionem hanc ſub Theodori Goralli nomine. *)

Sigebert Havercamp, cuius duo Opera, huc ſpectantia, merito laudantur. Alterum eſt:

1) Q. Septimii Florentis Tertulliani *Apologeticus, ad Codd. mſptos et editiones vett. ſumma cura recognitus, caſtigatus, emendatus, ut et perpetuo Commentario, in quo non modo variorum auctorum, ſed et plura S. Scripturae loca ſtrictius, l. uberius explicantur, elucidantur et illuſtrantur*, Lugd. Bat. 1718. 8. **); alterum autem:

2) Paulli Orosii, *Presb. Hiſpani, Adverſus Paganos hiſtoriarum Libb. VII, ut et Apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate, ad fidem mſptorum et praeſertim Codd. Longobardicorum antiquiſſ. Bibliothecae Florentinae Mediceae S. Laurentii, adiectis integris notis Franc. Fabricii Marcodurani et Lud. Lautii, recenſuit ſuisque animadverſionibus nummisque antiquis plurimis illuſtr. Sigeb. Havercampus*, Lugd. Bat. 1738. 4. ***)

C. Segaar, Prof. theol. Ultraiect., cuius nomine inſcriptus eſt: Clementis *Alex. Lib. Quis dives ſalutem conſequi poſſit c. Comment.*, Trai. ad Rh. 1816. 8.

Addi poteſt:

Henr. Gravius, e Dominicanorum familia, cuius ſtudio *S. Paulini Nolani Opp. omnia*, Colon. Agr. 1560. 8. in lucem exierunt.

Inter *Hiſpanos* nonnulli ſtudia ſua ad Patrum

*) *Mém. de Trevoux* a. 1714. *Nov.* p. 1923.

**) *Journ. des Savans* a. 1719. *Iul.* p. 8. Schoenemann I, 51.

***) *Acta Erudit.* a. 1742. p. 481. Schoenemann II, 502.

ſcripta ita adhibuerunt, ut iſta denuo litteris deſcribenda curarent commentariisque ac notis illuſtrarent; numerus autem eorum valde exiguus eſt. Locum inter eos praecipue tenent: Io. Lud. Vives ac Io. Lud. de la Cerda, Soc. Ieſu. Ille reliquit: Augustini *de civitate Dei libros, ad priſcae venerandaeque vetuſtatis exemplaria collatos, eruditiſſimisque inſuper Commentariis illuſtratos,* qui primum Baſileae ap. Frobenium 1522. lucem viderunt, deinde ſaepius deſcripti ſunt; *) hic, vero edidit, pleraque Tertulliani *Opera, argumentis, explicationibus ac notis illuſtrata,* Par. 1624. 30. II. fol., ac eiusdem Tertulliani librum de *Pallio,* c. Commentario, ad calcem eius *Adverſariorum ſacrorum* **) et ſeparatim Lugd. 1526. fol.

Praeter hos etiam nominandus:

Io. Grial, cuius editio Operum Isidori Hispalensis, primum Madriti 1599. fol. in lucem exiit, ſaepius repetita eſt, denuo correcta autem atque aucta Madriti 1778. II. fol.

His recentiori memoria acceſſit:

Franc. de Lorenzana, qui *SS. Patrum Toletanorum, quotquot exſtant, Opera* tanti fecit ut ea, auctoritate ſua et expenſis, ſimul ad Codd. mſptos recognita et nonnullis notis illuſtrata ederet Madrit. 1782. 85. II. fol., ſed non ita negotio ſuo perfunctus eſt, ut ſe Viris doctis commendaret.

§. 20.

Superſunt *Germani,* non omittendi, quum in hac quoque gente exſtiterint, qui ſtudia ſua ad Patrum Eccleſiae monumenta denuo recen-

*) Antonii *Biblioth. Hiſpan. nov.* I, 111. Schoenemann II, 275.

**) Antonius l. c. p. 552. Schoenemann I, 35.

ſenda, commentariis notisque illuſtranda conferrent. Quae dederunt, non multa magnaque quidem volumina ſunt, nec ſingularem, ſi comparate loqui velimus, chartae ac litterarum ſplendorem prae ſe habent, non apparatum diſcrepantium lectionum, Diſſertationum, Commentationum complectuntur; attamen non contemnenda ſunt, quae ab iſtis accepimus, immo nonnulla merito ſe commendant. Inter Germaniae Eruditos

Beat. Rhenanus emiſit in lucem Tertulliani *Opera*, c. ſcholiis, Baſil. 1521. 25. 28. 36. et auctiora 1539. fol. In primis Rhenani editionibus deſiderantur: Liber de *Trinitate*, de *Teſtimonio animae*, de *Anima*, de *Spectaculis*, de *Baptismo*, *Scorpiace* contra Gnoſticos, Martyrium adſpernantes, de *Idololatria*, de *Pudicitia*, de *Ieiunio* adv. Pſychicos, de *Oratione* et *Ep. de Cibis iudaicis*, Libri *ad Nationes*. Adiecit Rhenanus, ſine nomine auctoris, *definitiones eccleſiaſticorum dogmatum*, quae deinde Gennadio Maſſilienſi tributae ſunt. Uſus eſt Codicibus quibusdam mſptis. *)

Frid. Sylburgius, cuius ſtudio prodierunt: Iustini *Martyris Opera*, gr. et lat., Heidelb. ap. Commelinum 1593. fol. Addidit Io. Arcerii, Dav. Hoeſchelii, Hier. Wolfii obſervationes, ſelectas quoque Perionii notas, una cum iis, quae Iac. Billius in ſuis obſervationum libris ad Iuſtinum animadverterat. Haec Sylburgii editio iterum litteris deſcripta eſt, Par. 1615. et 1636. fol. Ad Clementis *Alex. Opera*, emendanda atque illuſtranda, itidem induſtriam atque eruditionem ſuam adhibuit. Prodierunt iſta ex recenſione ac caſtigationibus Sylburgii, Heidelb. ap. Commelinum 1592. fol. eiusdemque diverſae lectiones et emendationes collectae acceſſe-

*) Schoenemann I, 15. 18.

runt ad Clementis *Opera*, a *Dan. Heinsio* edita, Par. 1641. fol.

Conr. Rittershusius, qui loco hoc commemorandus est ob Salviani *Opera*, c. Commentario in lucem ab ipso emissa, Altorf. 1611. II. 8., atque aliorum simul notis aucta, Norimb. 1623. 8.*) Edidit quoque primus Isidori *Pelusiotae Epistolarum librum quartum* c. tribus prioribus, huicque libro quarto interpretationem latinam, universis autem quatuor notas, indices, singularumque Epistolarum argumenta adiunxit, 1605. fol. ex officina Commeliniana.**)

Dav. Hoeschel, de graecorum Patrum Scriptis atque Opusculis optime meritus, quippe quae recensuit, emendavit, illustravit. Sunt ista:

1) *Homiliae quaedam sacrae Basilii M., Gregorii Nyss., Gregorii Nazianz., Io. Chrysostomi, Cyri Germani, in praecipuas anni ferias, c. Fragm. Cyrilli Alex., ex mssptis Codd. l. nunc primum, l. emendatius editae, c. Notis*, Aug. Vind. 1587. 8.

2) *Io. Damasceni Oratio graeco-lat. in transfigurationem Domini. Accessit Appendix complurium locorum Philonis, Basilii M., Gregorii Nazianz., Athenaei et aliorum Auctorum, qui partim corriguntur, partim redintegrantur*, Aug. Vind. 1588. 8.

3) *Oratio S. Gregorii, Episc. Nyss., de Filii et Spiritus S. Deitate*, gr., Aug. Vind. 1591. 8.

4) *Gregorii Nazianz., Definitiones rerum simplices, versibus iambicis 267, c. latina prosaria versione et notis. Anonymi definitiones, ordine alphabetico ex Cod. msspto Biblioth. Palatinae*, Heidelb. 1591. 8.

---

*) Schoenemann II, 832. 835.

**) Fabricius X, 483.

5) *Gregorii Nyss. Opuscula quinque:* de *Professione christiana;* de *Perfectione; Anagogica vitae Mosis enarratio; contra Apollinarium;* de *Fide, gr. primum edita*, Lugd. Bat. 1593. 8.

6) *Io. Chrysostomi Oratio in diem natalem Servatoris nostri J. Chr., edita nunc primum ex Biblioth. Augustana*, Aug. Vind. 1594. 8.

7) *Gregorii Nazianz. Arcana, s. de principiis versus* 482 *et alia quaedam. Graece ex Biblioth. Augustana*, Lugd. Bat. 1598. 8.

8) *Maximi Martyris Mystagogia, ex Cod. mspto reipublicae Augustanae et Maximi Margunii graece nunc primum edita, c. interpretat. latina*, Gentiani nimirum Herveti. Eiusdem *Maximi definitiones, integritati restitutae*, Aug. Vind. 1599. 8.

9) *Io. Chrysostomi de Sacerdotio libri sex, gr. et lat., Iac. Ceratino et Germano Brixio interpretibus, ex emendat. et c. notis*, Aug. Vind. 1599. 8.

10) *Io. Chrysostomi contra Iudaeos Homil. sex, gr. et lat., c. notis*, Aug. Vind. 1602. 8.

11) *Origenis contra Celsum libri VIII et Gregorii Thaumaturgi Panegyricus in Origenem, gr., c. versione Sigism. Gelenii ac notis*, Aug. Vind. 1605. 4.

12) *Vita S. Antonii Eremitae, ab Athanasio gr. scripta, c. lat. interpretat. et notis*, Aug. Vind. 1610. 4.

Andr. Rivinus, cuius cura ac studio lucem viderunt: *Duum Victorinorum, Petavionensis et Afri, Sanctae Reliquiae, c. notis*, Lips. 1653. 8. *Tertulliani Opera poetica omnia c. animadverss., iunctis poematis, quae Caecilii Cypriani esse, perhibentur*, Lips. 1653. 8. *Dracontii Hispani libellorum biga, quorum prior Hexaëmeri titulo pridem, sed mutilus, heroico metro, alter elegiaco prodiit, novis notis aucti et illustrati*, Lips. 1653. 8. *Damasi I Pontif. Max. Carmina sacra, c. notis*, Lips. 1653. 8. Praeterea curavit, ut in conspectum publi-

cum venirent: *Psalmi, Hymni et Carmina sacra Gallicorum scriptorum Episcoporum, Drepanii Flori, Theodulphi et Ionae Aurelianensium, Modoini Hedui, Laidradi et Agobardi Lugdunensium, c. notis,* Lipſ. 1653. 8. item *Dracontii et Eugenii Toletani Carmina sacra*, Lipſ. 1653. 8.

Io. Weitzius, quem commemoramus ob Aurelii Prudentii Clementis *Opp.*, ab ipſo Hanov. 1613. 8. edita, c. omnium doctorum Virorum, quotquot in Prudentium ſcripſerunt, notis, ſcholiis atque obſervationibus gloſſisque veteribus. Animadverſionibus his variorum et ſuas Weitzius adiecit.

Casp. Barthius, qui varia Scriptorum eccleſiaſticorum monumenta evulgavit iisque lucem attulit. Sunt iſta: Phaebadii *Lib. contra Arianos, c. animadverſſ.*, Frcf. 1623. 8. Aeneas *Gazaeus et* Zacharias *Mitilenaeus, Philoſophi Chriſt., de immortalitate animae et mortalitate univerſi, c. animadverſſ.*, Lipſ. 1653. 4. Claudiani Ecdicii Mamerti *de ſtatu animae Libb. III, c. Andr. Schotti Notis et emendationum rationibus ex ſcriptis Codd.; it.* Gregorii Thaumaturgi *Libell. de anima, incertique Philoſ. chriſt. celebres opiniones.* Ad haec acceſſerunt: Hermae *Paſtor, c. animadverſionum libro Caſp. Barthii, itemque* Paciani, *Epiſc. Barcinonenſis, Paraeneticus ad poenitentiam*, Cygn. 1655. 8. Scripſit etiam Barthius *Notas in Optatum Milevitanum*, quae iſti, Par. 1679. fol. et Antv. 1702. fol. edito, adiunctae ſunt.

Chr. Daumius, cuius mentionem facimus ob nonnulla ſcripta, ab ipſo denuo in lucem emiſſa. In numero illorum ſunt: *Divorum Patrum Homiliae in Feſtum Nativitatis Chriſti*, Cygn. 1670. 8. in quo volumine coniunctim habentur: Baſilii M., Gregorii Nazianz., Ambroſii, Auguſtini, Petri Chryſologi, Leonis M., Fulgentii atque aliorum Homiliae ac

Meditationes in memoriam nati Servatoris. Curavit quoque Daumius, ut Hieronymi, Theologi graeci, *Dialogus de S. Trinitate*, antea a *Federico Morellio* gr. ac lat. editus, Par. 1612. 8. denuo describeretur, atque addidit Gennadii *Scholarii*, Patriarchae Cſtpolitani, *Dialogos de via ſalutis humanae* Eiusdemque *Confeſſionem fidei* ad Agarenos et *Orationem ad unum et trium perſonarum Deum*, omnia gr. et lat.: praeterea autem Martini I, Epiſc. Turon., *Profeſſionem fidei de Trinitate*, Cygn. 1677. 8. Exſtat etiam Hieronymi huius *Dialogus Chriſtiani cum Iudaeo*, itidem a Daumio editus, Cygn. 1680. 8. qui et praeclare meritus eſt de Benedicti Paullini *Petricorii* ſ. *Petricoriae*, *Petricordii libris ſex de Vita S. Martini*, carmine heroico ſcriptis. Recenſuit illos, notis Variorum, Franc. Iureti, Caſp. Barthii, Io. Fr. Gronovii ſuisque illuſtravit atque adiunxit non ſolum Paullini huius *Carmen ad Nepotulum* et *Epigramma*, Baſilicae Martini ap. Turones inſcriptum, ſed etiam Tertulliani *Carmen de Iona et Ninive*, et Paullini *Pellaei Eucharisticon*, Lipſ. 1681. 8. *)

Io. Ge. Pritius, cuius cura ac ſtudio prodierunt: Macarii *Aegyptii Opera*, primum *Homiliae*, Lipſ. 1698. 8. deinde etiam *Opuſcula nonnulla* eaque de *Cuſtodia cordis*, de *Perfectione in Spiritu*, de *Oratione*, de *Patientia et Diſcretione*, de *Elevatione mentis*, de *Caritate* ac de *Libertate mentis*; item *Apophthegmata Macarii*, a *Pet. Poſſino* ac *Io. Bapt. Cotelerio* edita, *Relatioque atque excerpta de Macario* ex Hieronymo, Palladio ac Caſſiodoro, ibidem 1699. 8. Pritius curavit, ut ſermo graecus accurate exhiberetur, ſimulque interpretationem latinam emendavit. **)

*) Ludovici *Hiſtor. Rector. et Gymnaſior.* III, 115. Ittig *Tr. de Biblioth. et Catenis PP.* p. 722.

**) *Acta Erudit.* a. 1698. p. 487.

Chph. Cellarius, cuius cura in lucem prodierunt:

1) Lucii Coelii, s. Caecilii Lactantii Firmiani *Opera omnia, quae exstant, c. annotationibus*, Lips. 1698. 8. ad quae studiose recensenda usus est sex Codd. msptis. *)

2) Minucii Felicis *Octavius* et Coecilii Cypriani *De vanitate idolorum liber, c. notis*, Hal. 1699. 8., ubi praefatus est de varia utilitate, quae a Scriptoribus ecclesiasticis purae latinitatis, si isti in scholis christianis legantur, exspectanda sit. **)

3) Aurelii Prudentii Clementis *Quae exstant, c. adnott. et indicibus copiosioribus rerum et verborum*, Hal. 1703. 8. ***)

4) Coelii Sedulii, *Poetae inter Christianos vett. elegantissimi, Mirabilium divinorum Libri, Paschale carmen dicti, et Hymni duo, ex msptis Codd. recensiti et annott. illustr.*, Hal. 1704. 8. *), quae editiones Cellarii eleganter atque accurate descriptae, brevioribus notis atque indicibus rerum ac verborum instructae, multum se commendarunt.

Thom. Ittig, qui iuris publici fecit: *Bibliothecam* Patrum Apostolicorum *graeco-latinam, qua continentur:*

1) Clementis *Rom. Prior et posterior ad Corinthios Epistola.*

2) Ignatii *Epistolae VI genuinae, quibus Eiusdem interpolatae et spuriae Epistolae, nec non Acta Ignatiani Martyrii accedunt.*

---

*) *Acta Erudit.* a. 1698. p. 535. Schoenemann I, 232.

**) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 246. Schoenemann I, 72.

***) Bernardi *Nouvelles de la Républ. des lettres* a. 1709. *Ian.* p. 109. *Journ. des Savans* a. 1704. *Febr.* p. 472. *Acta Erudit.* a. 1703. p. 154.

*) *Acta Erudit.* a. 1704. p. 103. *Journ. des Savans* a. 1705. *Mai.* p. 523.

3) Polycarpi *Ep. ad Philippenses, cui praeter Fragmenta Polycarpi, Ecclesiae Smyrn. de Polycarpi Martyrio Epistola integra adiungitur.* Praemissa est Dissert. de Patribus apostolicis, Lips. 1690. 8. Edidit praeterea: Clementis *Alex. Operum Supplem.*, Lips. 1700. 8.; quo exhibentur: Clementis Liber, *Quis dives salutem consequi possit?* gr. et lat., c. notis *Franc. Combesisii;* Eiusdem *Adumbrationes in Epistolas aliquot Catholicas ac Fragmenta.* Additus est: *Fasciculus Observatt. miscell., ad Historiam Ecclesiast. et patrologiam spectantium,* de Concilio Apostolorum, in quo immaculata b. Virginis Mariae conceptio decreta perhibetur; de numero Canonum Nicaenorum; Io. Harduini de Iustini Mart. Operibus iudicium; Cypriani Ep. ad Stephanum in caussa Martiani Arelatensis, Ioanni Launoio praeter meritum suspecta; de Tatiano et Gregorii Opusculo de Anima ad Tatianum; de Athenagora; de Damasi Operibus; de Exocionitis; de haeresi Bonosi ac de Apologia Athanasii secunda. *)

Chph. Matth. Pfaff, qui primus edidit integram Firmiani Lactantii *Epitomen Institutionum divinarum ad Pentadium Fratrem,* c. Anonymi historia de haeresi Manichaeorum; fragmento de origine generis humani et Q. Iulii Hilariani Expositio de ratione Paschae et mensis, ex Cod. Taurinensi, Par. 1712. 8. **) Praeter haec, ad usum publicum transtulit: *S. Irenaei, Episc. Lugdun., Fragmenta anecdota,* ex Bibliotheca Taurinensi, c. latina versione ac notis, duabusque Dissertationibus de oblatione et consecratione Eucharistiae, item c. liturgia

---

*) *Acta Erudit.* a. 1700. p. 451. *Monatl.-Auszüge* a. 1700. p. 660.

**) Clerici *Biblioth. ancienne et modern,* III, 444. *Mém. de Trevoux* a. 1712. *Dec.* p. 2041. *Journ. des Savans* a. 1712. *Sept.* p. 253. *Acta Erudit.* a. 1715. p. 486.

graeca Io. E. Grabii et Diſſertatione de praeiudiciis theologicis, Hag. Com. 1715. 8. *)

Io. ALB. FABRICIUS, cui debemus: *S. HIPPOLYTI, Epiſc. et Martyris, Opera, non antea collecta, et partem nunc primum e Mſptis in lucem edita, gr. et lat.*, Hamb. 1716. fol. Multa variaque acceſſerunt, quae editionem hanc praeclare ornant, nimirum: Virorum doctorum Notae et Animadverſiones ac praeter aliorum commentarios, in monumentum paſchale S. Martyris, tabula triplici aenea expreſſum, Diſſertationes integrae Virorum clariſſ. Franc. Blanchini et Io. Vignolii atque ex Virginii Valſechii et Philippi a Turre ſcriptis excerpta, S. Hippolytum ſpectantia: praeterea Appendix ſcriptorum dubiorum ſuppoſititiorumque; nec non quaecumque reperiri potuere ex lucubrationibus Hippolyti iunioris Thebani. Prodiit et *HIPPOLYTI, Epiſc. et Martyris, Volumen II. inedita hactenus nonnulla illius complexum, graece alia c. latina interpretatione, alia arabice, litteris deſcripta ſyriacis, ex Catena in Pentateuchum mſpta Bibliothecae Bodleianae, c. verſ Io: Gagnierii. Accedit Spicilegium Patrum quorumdam aliorum tertii a Chr. n. Sec. atque in hoc Leonis Allatii Diatr. de Methodiis ac Methodiorum ſcriptis et Claudii Salmaſii Commentarius inchoatus in Arnobium, nunc primum editus, denique Appendicis loco Chalcidius in Timaeum Platonis philoſophi, emendatus et notis illuſtratus*, Hamb. 1718. fol. **) Referri et huc poſſunt: *EUSEBII Caeſar. Prooemium et Capita priora Demonſtrationis evangelicae, quae in editionibus hactenus deſiderantur*, quae ex Biblio-

*) *Journ. des Savans* a. 1715. *Nov.* p. 549. CLERICI *Biblioth. ancienn. et modern.* III, 448. *Acta Erudit.* a. 1715. p. 485.

**) *Acta Erudit.* a. 1716. p. 441. a 1718. p. 442. *Mem. de Trevoux* a. 1717. *Febr.* p. 255. a. 1720. *Febr.* p. 218. *Journ. des Savans* a. 1716. *Dec.* p. 636. a. 1719. *Ian.* p. 98. *Deutſche Acta Erudit.* IV, 400. V, 744. *Neue Hälliſche Biblioth.* VI, 54.

theca Walachiae Principis, Ioannis Nicolai, Alexandri f. Maurocordati ſumta et latine reddita, Fabricius itidem iuris publici fecit, et praemiſit *Delectui Argumentor. et Syllabo Scriptorum de veritate religionis chriſt.*, Hamb. 1735. 4. meritoque annumeratur: Philastrii, *Epiſc. Brix., de haereſibus liber, c. emendatt. et nott. Fabricii*, Hamb. 1721. 8.*)

Io. Chph. Wolf, a quo in lucem editi ſunt: Theophili, *Epiſc. Antioch., Libb. III ad Autolycum, gr. ad fidem Cod. mſpti Bodleiani et ex parte regii Pariſienſis denuo recogniti et pluribus in locis caſtigati, verſ. lat. frequenter emendata notisque tum aliorum, tum ſuis inſtructi*, Hamb. 1724. 8. Adiungi quoque poſſunt Eiusdem *Anecdota graeca ſacra et profana*, de quibus infra §. 30.

Io. Ldph. Bünemann, iam memoratis adiungendus ob praeclaram editionem Lactantii, quam in lucem emiſit, hac inſcriptione: Lucii Coelii, ſ. Caecilii Lactantii Firmiani *Opera omnia, quae exſtant, c. notis integris Chr. Cellarii et ſelectis, aut excerptis Eraſmi, Betuleii, Mich. Thomaſii, Iſaei, Buchneri, Gallaei, Sparkii, Walchii, Heumanni, Baluzii, Nourrii, N. Heinſii, Graevii, Miegii, Maſtrichtii.* Addidit integram *Epitomen*, a Pfaffio editam, eiusdem auctiores varias lectiones et notas, discrepantes quoque ſcripturas libri de *Mortibus Perſequutorum.* Omnia, uti itidem titulus habet, ex maximo Mſptorum et Editionum apparatu recenſuit, notis criticis uberrimoque novo indice latinitatis in-

*) Clerici *Biblioth. ancienne et modern.* XVII, 197. *Nachr. v. d. Büchern in der Stolliſchen Biblioth.* I, 792. Liber hic cum Fabricii notis poſthumis, variis lectionibus ex mſpto Cod. Corbeienſi et Galeardi Spicilegio ad Fabricii notas habetur in Quirini *Collection. veter. Patrum Eccleſ. Brix.*, Brix. 1738. fol. p. I.

ſtruxit, Lipſ. 1739. 8. et diligentis editoris munus pro virili explevit. *)

Chph. A. Heumann, qui itidem vulgavit: Lactantii *Opera omnia, emendata et illuſtrata, c. adnott. crit. Mich. Thomaſii et Chph. Cellarii,* Götting. 1736. 8. **)

Io. Lud. Schulze, qui curam adhibuit ad Theodoreti *Opera* denuo in lucem emittenda. Prodierunt autem hoc titulo: Theodoreti, Epiſc. Cyri, *Opera omnia, ex recenſ. Iac. Sirmondi denuo edita, graeca e Codd. locupletavit, verſionem latin. recognovit et varr. lectt. adiecit I. L. Schulze,* Hal. 1769—74. V. 8. (16 Thlr.) Tomi III curam ſuscepit I. A. Nösselt, qui et Praefatione de editionibus omnibus Theodoreti, antiquioribus et recentioribus, diligenter expoſuit; *Gloſſarium Theodoretum* autem, Tomo IV additum, elaboravit C. L. Bauer, cuius Gloſſarii editio ſeparata, Hal. 1775. 8. ſingularia quaedam habet. ***)

I. Sal. Semler, cuius et *Chr. Gfr. Schützii* opera Q. Sept. Flor. Tertulliani *Opera*, Hal. 1770—75. VI. 8. (3 Thlr. 8 Gr.) prodierunt. Textum reduxit Rhenanianum editionis primae, ſed ſuo partim ingenio, partim ſuffragantibus editt. reliquis emendatum, varietate in dubiis, rarius coniecturis, ſubſcriptis. A Tomo inde IV omnem editionis curam geſſit Chr. Gfr. Schütz, cuius etiam eſt *Index latinitatis Tertullianae,* qui perpetui Commentarii vicem ſuſtinere poſſit. †)

---

*) *Acta Erudit.* a. 1741. p. 103. *Samml. v. alten u. neuen theolog Sachen* a. 1744. p. 440. Schoenemann I, 237.

**) *Acta Erudit.* a. 1737. p. 255. Schoenemann I, 236.

***) *Nova Acta Erudit.* a. 1770. p. 511. Ernesti *Neue u. Neueſte theol. Biblioth.* Vollborth *N. philol. Biblioth.* II, 220.

†) Schoenemann I, 53.

G. Lindner, Rector Scholae Arnſtad., a
thenagorae *Deprecatio pro Chriſtianis, va-*
lectionis perpetuoque commentario illuſtrata,
Hal. 1774. 4. graece edita eſt. Acceſſerunt
itioni *Curae poſteriores*, Ibid. 1775. 8. Idem
it et notis Variorum ſelectis et ſuis illuſtra-
. Minucii Felicis *Octavianum* et Cypriani
Idolorum vanitate, Lipſ. 1760. 8. et 1773. 8.

ranc. Oberthür, cuius infra §. 30. pluribus
facienda erit.

Conr. Orelli, qui Arnobii *Disputt. adv.*
recognovit et notis priorum interpretum ſe-
et ſuis illuſtravit, Lipſ. 1816. II. 8. (5 Thlr.
et Appendicem edidit Lipſ. 1817. 8. (12 Gr.)

. Adph. Heinichen, cuius cura et ſtudio
ſubiecti ſunt Eusebii *Pamphili Hiſtoriae ec-*
. Libb. X ex nova recognitione, Lipſ. 1827 ſq.
(7 Thlr. 12 Gr.). Aliorum et ſuis Prolego-
, integro H. Valeſii Commentario,. ſelectis
ngii, Strothii aliorumque Virorum doctiſſ. ob-
ionibus addidit ſuas ipſius Animadverſiones et
ſus XVII, Indices emendatos ac longe locuple-
. Eodem modo, quo Hiſtoriam eccleſiaſt.
, etiam Eusebii *de Vita Conſtantini Libb. IV*
negyricum atque Conſtantini ad Sanctorum
n Orationem, Lipſ. 1830. 8. publici iuris fe-
3 Thlr.)

Germani non ſolum ipſis Patrum ſcriptis emen-
s, illuſtrandis atque ad uſum publicum trans-
dis ſtudia ſua addixerunt, ſed curarunt quo-
ut iſta, apud exteras nationes iam edita, ad
pla eorum denuo deſcriberentur. Factum hoc
nonnumquam, auctoritate Friderici I, Ducis
ani, ſumtuque variorum Bibliopolarum, in-
is Maur. Ge. Weidmanni. In titulo editiones
Coloniae prae ſe habent, qui locus autem fictus

est, quum illae praecipue Lipsiae in lucem prodierunt: quaedam etiam Francofurti ad Moenum ac Vitembergae. Non omnes ob accurationem laudabiles. Quorum monumenta ita lucem viderunt, in eorum Patrum numero sunt: Iustinus Mart., Clemens Alex., Origenes, Eusebius, Gregorius Nazianz., Epiphanius, Chrysostomus, Athanasius, Hieronymus.

§. 21.

Patrum Ecclesiae monumenta ita edita sunt, ut illa non solum universa coniunctim lucem adspicerent, sed etiam eorum *singularia* separatim in conspectum publicum venirent, *latinorum* pariter ac *graecorum* Auctorum. Qui ad editiones generis huius curandas se contulerunt, laudabili labore illi perfuncti sunt. Praebent enim istae commodiorem ac frequentiorem usum scriptorum, quae antiquiores Christianorum Doctores reliquerunt.

Latinorum Patrum varia scripta separatim in lucem prodierunt:

Tertulliani Libb. II *ad Nationes*, quos ex Cod. Agobardi primus edidit notisque illustravit *Iac. Godofredus*, Genev. 1625. 4.; Libell. de *Oratione* integrior, c. notis *Guidonis Panciroli* et *Lud. Ant. Muratorii;* in Muratorii *Anecdot. latin.* Tom. III. p. 1.; Lib. de *Praescriptionibus adv. haereticos*, Scholiis ac Commentario illustr. cura *Chr. Lupi*, Bruxell. 1675. 4. et antea c. notis *Iac. Pamelii*, Colon. 1594. 4. et Cracov. 1605. 8.; *Apologeticus* ad Codd. mssptos et Editt. vett. summa cura recognitus, castigatus, emendatus c. Commentario perpetuo *Sigeb. Havercampi*, Lugd. Bat. 1718. 8.; Lib. de *Pallio*, c. Comment. *Claudii Salmasii*, Par. 1622. 8., Lugd.

Bat. 1656. 8.; Lib. *adv. Praxeam* ſ. *de Trinitate* ex recenſ. et c. notis *Ed. Welchmanni*, Cantabr. 1731. 8.

Cypriani *Epiſtolae*, ſeparatim in lucem emiſſae a *Luc. Fr. Reinharto*, atque inſcriptione hac inſtructae: S. Caecilii Cypriani, *Carthag. Epiſc. ac tandem Martyris et aliorum quorumdam ad ipſum, vel in ſimili cauſſa ſcriptae Epiſtolae* 83, *ordine Pameliano locatae*, *ex edit. Goulartiana in ſectiones diviſae, et cum S.* Augustini *ad Cypriani argumenta de Baptismo haereticorum reſponſionibus, ſuo loco ſubiunctis, variis etiam Pamelii, Rigaltii aliorumque lectionibus et coniecturis, ut et Gratiani in Decreto, Lombardi in Libris Sententiarum ac Thomae Aquinatis in Summa theologiae allegationibus, in margine notatis et aliquot denique utilibus indicibus*, Altdorf. 1681. 4. *) Separatim quoque lucem viderunt cura *Ierem. Stephani* Libb. Cypriani de *bono patientiae*, c. notis, Oxon. 1633. 8.; Lib. de *Unitate Eccleſiae*, itidem c. annott. ac c. *Auguſtini* libro eiusdem Argumenti, Helmſt. 1557. 8. praemiſſa Ge. Calixti introductione. Praeterea vulgavit *Barth. Francus* ſeparatim Cypriani Libellum de *Mortalitate*, c. notis, Ien. 1682. 12. Liber autem de *Idolorum vanitate* ſaepius editus eſt c. Minucio Felice.

Lactantii Lib. de *Opificio Dei*, c. *Erasmi* Scholiis, Baſil. 1529. 8. c. notis *Io. Wilichii*, Argent. 1542. 8. ac cura *Ge. Lud. Goldneri*, c. vita Lactantii et iudiciis Eruditorum, Ger. 1714. 8. item Lib. de *Mortibus Perſequutorum*, qui ſolus ſine reliquis Lactantii libris, iterum iterumque ad publicum uſum translatus eſt. Prodiit enim ille c. brevibus Scholiis *Io. Felli*, Oxon. 1680. 12. c. notis *Io. Columbi* ad Gisb. Cuperum, Aboae 1684. 8. **), c.

---

*) Io. Fabricii *Hiſt. Biblioth.* IV, 113, Schoelnemann I, 127.

**) Baelii *Nouvell. de la Républ. des lettres* a. 1685. *Aug.* p. 631. *Acta Erudit.* a. 1685. p. 581.

annott. Variorum, Steph. Baluzii, Gisb. Cuperi, Io. Columbi, Thom. Sparkii, Nic. Toinardi, Io. Ge. Graevii, Thom. Gale, Eliae Boherelli (nec non Iac. Tollii et Abb. a S. Hilario, Canonici Bellovacensis), ac cum HENR. DODWELLI *Dissert. de Ripa Striga* et THEOD. RUINARTI *Praefat. ad Acta Martyrum*, stud. *Paulli Bauldri*, Trai. ad Rh. 1692. 8. *), op. et stud. *Nic. Nourrii*, Par. 1710. 8. c. Dissert., in qua de huius libri Auctore disputatur et omnia illius loca dubia, difficilia, obscura, variaeque Auctoris opiniones examinantur, explicantur, illustrantur. **)

AMBROSII de *Officiis libri tres*, quos separatim edidit *Mich. Foertsch* ac Commentationem copiosam adiecit, loco Manuductionis ad Philosophiam moralem et Iurisprudentiam naturalem et christianam veterum Ecclesiae Doctorum, Stuttg. 1698. 8. postquam scriptum hoc separatim iam prodierat, Par. 1504. 4. ac. c. Praefatione *Boecleri*, Argent. 1646. 12. Commentatio *Foertschii* quinque Dissertatt. constat: 1) de Officiis Ambrosii; 2) de Patrum Philosophia morali; 3) de natura et indole Officii iuxta disciplinam moralem ad Lib. I.; 4) de Officii efficientia ad Lib. II.; 5) de comparatione Officiorum ad Lib. III. Eodem modo lucem adspexerunt: AMBROSII *Libelli s. Epistolae contra relationem Symmachi, pro Ara Victoriae erigenda contendentis, ad Valentinianum Imp.*, Basil. 1549. 8. ac c. notis *Iureti*, Par. 1554. 4. quae et locum obtinuerunt inter reliquas Ambrosii Epistolas; it. Opusc. de *Virginitate*, Rom. 1562. ac quaedam alia, quae autem inter germana Ambrosii monumenta non possunt referri.

HIERONYMI Lib. de *Viris illustribus* s. de

*) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 124.

**) CLERICI *Biblioth. ancienne et moderne* VI, 431. *Journ. des Savans* a. 1710. *Sept.* p. 312. *Mém. de Trevoux* a. 1711. *Ian.* p. 5.

Scriptoribus ecclesiasticis, quem primus edidit separatim c. graeca interpret. *Erasmus*, Basil. 1529. 4. Liber ipse hic iterum iterumque prodiit non solum in quibusdam Hieronymi Operum editionibus, sed etiam in voluminibus, quibus varii Auctores de Scriptoribus ecclesiasticis coniunctim exhibentur. Referri et huc debent: Hieronymi *Epistolae*, separatim editae per Pet. Schefferum, Mogunt. 1470. fol. ac Lugduni p. Magistrum Nic. de Benedictis 1513. fol.; ob nominis similitudinem autem possunt: Hieronymi, theologi incertae aetatis graeci, *Diall. de S. Trinitate* it. *de sensu interno Christianismi et accepti Baptismatis* gr. et lat. c. notulis Varior. et suis ed. *I. Bened. Carpzov*, Helmst. 1768. 4. et iidem Dialogi *c. nova Carpzovii versione et amplior. annotatt. Csp. Barthii et Chph. Daumii*, Altenb. 1772. 8.

Augustini varia sunt scripta, quae, ab aliis eiusdem monumentis separata, in lucem exierunt. In illorum numero sunt:

1) *Confessionum Libb. XIII* editi cura *H. Sommalii*, Duaci 1607. 8., Antv, 1740. 8., c. notis capitumque argumentis studio *Henr. Wagnerecci*, Diling. 1631. 12. ac saepius. *)

2) *De Doctrina christiana Libb. IV; de Fide et Symbolo Lib. I*, c. Vincentii *Lerin. Commonitorio*, quos *Ge. Calixtus* ad usum publicum transtulit ac copiose praefatus est de argumentis horum librorum deque traditione ecclesiastica, Helmst. 1629. 8. et iterum 1655. 4. **). *De Doctrina chr. Libb. IV*, e recens. Benedictin. e Congr. S. Mauri, variet. lectt., animadversionibusque brevib. illustr., atque c. praefat. I. F. Burscheri edid. *I. Chr. Beni. Teeg*, Lips. 1769. 8.

---

*) Schoenemann II, 235.

**) Fabricii *Hist. Biblioth.* IV, 114. Crenii *Animadvers. histor. et philol.* IV, 208. — Schoenemann II, 226.

3) *Libb. XXII* de *Civitate Dei* contra Paganos, ſeparatim ſaepe litteris deſcripti, iam prima typographiae aetate ſeculoque quinto ac decimo. Memorantur editiones: Rom. 1468. fol., Venet. 1470. fol., Mogunt. 1475., Neapol. 1477. ac c. adnott. *Thom. Valois* et *Nic. Triveth*, Friburg. 1494. fol. aliaeque ſimilis generis. *) Separatim quoque prodierunt c. Commentariis, inprimis *Io. Lud. Vivis* ac *Leon. Coquei*, Par. 1651. fol., Hamb. 1661. 4. **)

4) *De Spiritu et Littera ad Marcellinum Lib. unus* — variet. lectt. animadverſionibusque brevib. illuſtr. ab *I. Chr. Beni. Teeg*, Lipſ. 1767. 8. Ed. 2. correctior et indice rerum memorabil. aucta, Lipſ. 1770. 8.

5) *S. Aurelii Auguſtini, Hippon. Epiſc., et Aliorum quorumdam ad ipſum l. eius cauſſa ſcriptae Epiſtolae 278, c. Appendice ſuppoſititiarum, variis lectionibas aliisque marginalibus et indicibus utiliſſimis*, quas ſeparatim in lucem protulit *Luc. Fr. Reinhart*, Altorf. 1668. 4. ***) Epiſtolis his Auguſtini, tamquam ſupplementum, addi poteſt: *S. Auguſtini, Epiſc. Hippon., ad Optatum, Epiſc. Milevit., de natura et origine animae Ep. ſecunda. Acceſſit eiusdem S. Auguſtini Ep. de poenis parvulorum, qui ſine Baptismo decedunt, ſcripta ad Petrum et Abraham. Prodeunt nunc primum ex Bibliotheca liberae et exemtae Ordinis S. Benedicti inferioris Auſtriae Abbatiae Gottwicenſis*, Vien. 1733. fol. †)

6) *Lib. de Haereſibus ad Quod Vult Deum*, qui ſeparatim in lucem exiit cura *Lamb. Danaei* c. erudito Commentario atque acceſſionibus haereſium ab

---

*) Schoenemann II, 265.

**) Fabricii *Syllab. Scriptor. de veritate relig. Chriſt.* p. 243.

***) Io. Fabricii *Hiſt. Biblioth.* IV, 417.

†) *Acta Erudit.* a. 1734. p. 136. *Biblioth. raiſonnée* XII, 480.

orbe condito ad constitutum Papismum et Mohametismum, earumque, quae ab Augustino praetermissae sunt, Genev. 1576. 78. 80. 90. 8., ac stud. *Gebh. Theod. Meieri*, Helmst. 1673. 4., quae editio vitiosa est. Exiit etiam liber hic cum Vincentii *Lerin. Commonitorio*, Cantabr. 1687. 12.

7) *Libb. II de adulterinis Coniugiis ad Pollentium*, editi *c. notis IurisConsulti celeberrimi, quibus dogma Ecclesiae de matrimonii dissolutione illustratur*, Ien. 1698. 4. IureConsultus, cuius notae accesserunt, *Io. Schilterus* est; annotationes autem illius, *Ge. Schubartus* c. praefatione iuris publici fecit. *)

8) *Enchiridion ad Laurentium s. de Fide, Spe et Caritate Lib. unus*, cura *Lamb. Danaei*, Genev. 1575. 8. ac c. praefat. *Ad. Rechenbergii*, Lips. 1705. 12.

9) *De Gratia Dei et libero arbitrio hominis et Praedestinatione Sanctorum Opp. selecta*, c. variis lectt. undique collectis *cur. P. F. F.* i. e. *Petri Franc. Foggini* (Cust. Bibl. Vatic. Rom.), Rom. 1754. II. 8. Inveniuntur in hac collectione ii tantum libri, quas Augustinus iam Episcopus post exortam Pelagianam haeresin exaravit: Lib. de Gratia Chr. contra Pelagium et Coelestium; Ep. ad Sixtum; Epp. II ad Valentinum Abb. et c. illo Monachos Adrumetinos; Ep. *Valentini* Abb. ad S. Augustinum; Lib. de Correptione et Gratia ad Abb. Valentinum et c. illo ad Monachos Adrumet.; Ep. ad Vitalem; *Prosperi* Ep. ad S. Augustinum; *Hilarii* Ep. ad eundem; Lib. S. Augustini ad Prosperum et Hilarium de Praedestinatione Sanctorum; Eiusd. ad eosdem de Dono per-

*) *Acta Erudit.* a. 1698. p. 339. Io. Fabricii *Hist. Biblioth.* IV, 119.

ſeverantiae et Enchiridion ſ. Lib. de Fide, Spe et Charitate ad Laurentium.

Leonis M. *Ep. contra Eutychem de vera incarnatione Domini ad Flavianum*, *Epiſc. Cſtpolitanum* — *c. notulis et admonit. hiſt. ed. H. Ph. Conr. Henke*, Helmſt. 1780. 4. In admonitione hiſtorica de Auctore, occaſione, conſilio, auctoritate, et exiſtimatione, qualem Ep. ab initio ſtatim, et poſtea ſemper auctiorem nacta fuerit, disputatur.

Graecorum quoque Patrum ſcripta varia, uti latinorum, ſeparatim in lucem exierunt, quorum nonnulla, quae hoc comprobant, adducam. Spectant huc:

Iustini *Martyris* monumenta, eaque: *Apologia prima*, Oxon. 1700. 8. et *ſecunda pro Chriſtianis*, c. quibusdam aliis Iuſtini huius ſcriptis, Oxon. 1703. 8., quarum illam *Grabius*, hanc autem *H. Hutchin* edidit. *Apologiae* ex recenſ. Grabiana gr. Varr. lectt. et coniecturas Viror. doctor. et ſuas add. *Chr. W. Thalemann*, Lipſ. 1755. 8. cum brevi quidem at utili indice vocum et formularum loquendi Iuſtino vel ſoli familiarium, vel in Lexicis praetermiſſarum. *Apologiae pro Chriſtianis* gr. lat. Interpretationem lat. ad graeca aptius accommodavit et Annott. adiecit *C. Aſhton*, Cantabr. 1768. 8. It. *Dialogus c. Iudaeo Tryphone*, c. Variorum notis in lucem emiſſus ſtud. *Sam. Iebbii*, Lond. 1719. 8.

Origenis *Libb. VIII contra Celſum*, Philoſ. Epicureum, pro veritate religionis chriſtianae, quod opus primus graece ex Codd. mſptis c. notis vulgavit *Dav. Hoeſchel*, Aug. Vind. 1605. 4. atque addidit cum Gregorii *Thaumat. Orat. in Origenem*, tum ad calcem libri verſionem *Gelenii*. Sequuta eſt praeſtantiſſima editio, quam induſtriae *W. Spenceri* debemus. Prodiit illa coniunctim c. Origenis *Philocalia*, c. notis Hoeschelii in *Libros contra Cel-*

ſum et Io. Tarini in *Philocaliam*, quibus Spencerus et ſuas annotationes adiunxit, Cantabr. 1658 et 1677. 4. Quam iam memoravimus, Origenis *Philocalia, de obſcuris S. Scripturae locis, a S. Patribus, Baſilio M. et Gregorio Theologo, ex variis Origenis Commentariis excerpta*, primum graece c. latina interpret. notisque lucem adſpexit ſtud. *Io. Tarini*, Par. 1619. 4. Acceſſerunt: Zachariae *Scholaſtici de mundi opificio contra Philoſophos Disputatio*; Anastasii *Sinaitae de hominis ad imaginem et ſimilitudinem Dei creatione et celebres opiniones de anima.* Addi poteſt: Origenis Libellus de *Oratione, huc usque ineditus*, Oxon. e theatro Sheldon. 1686. 12. *), quam editionem iterum litteris deſcribendam curavit, una c. lat. verſione, non uno loco emendata, notisque ac c. Marci Diadochi *Sermone contra Arianos*, primum nunc edito, verſione et notis illuſtrato, *Io. Rud. Wetſtenius*, Baſil. 1694. 4. Origenis libellus περὶ εὐχῆς recuſus quoque eſt atque recognitus et emendatus a *W. Reading*, c. notis eruditi cuiusdam Viri, Lond. 1728. 4. Origenis *Dial. contra Marcionitas ſ. de recta in Deum fide*, quem idem *Wetſtenius* primum graece iuris publici fecit atque addidit *Exhortationem ad martyrium* ac *Reſponſum ad Africani Epiſtolam de hiſtoria Suſannae*, Baſil. 1674. 4. Quamvis autem *Dialogus* hic a multis Origeni tribuatur recteque hoc fieri, Wetſtenius probare annitatur; rationes tamen graviores ſunt, propter quas affirmatur, Origenem auctorem non eſſe dialogi huius. Idem dicendum eſt de *Philoſophumenis*, quae itidem ſub *Origenis* nomine edita ſunt.

Eusebii, *Epiſc. vulgo Alexandrini, Or. de die Dominica*, Lipſ. 1720. 4. quam graece ex Mſptis edidit, latine vertit et annott., potiſſimum ad ſacra

*) *Acta Erudit.* a. 1686. p. 575.

publica vet. Eccl. ſpectantibus, illuſtravit *Io. W. Ianus.* *)

BASILII *M.* varia ſcripta, ſeparatim deſcripta in conſpectum publicum venerunt. Inter illa locum habent:

1) Homilia περὶ νηστείας de *ieiunio*, graece edita, Helmſt. 1666. 4.

2) Homilia de *ieiunio* ſecunda, quae prodiit graece c. prima, Lovan. 1563. 4., Par. 1570. 8. atque ex interpret. *Erasmi*, Friburg. 1532. et ex *Pet. Galeſinii* verſione Rom. 1587. 4. et Monach. 1613. 12.

3) Homilia κατὰ ὀργιζομένων de *ira* ſ. *adv. iraſcentes*, quae gr. ac lat. in lucem exiit, Par. 1587. 8.

4) *Encomium* εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας *in SS. XL Martyres*, quod iuris publici fecerunt *Gerard. Voſſius* c. notis ac nova interpret. latin., Mogunt. 1604. 4. (in *Miscell. SS. aliquot Patrum graec. et lat.*, quae GREGORII *Thaumat. Opp.* addita ſunt p. 75.) et *Sim. Stenius*, Heidelb. 1614. 8.

5) Homilia εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν in *natalem Chriſti*, in lucem prolata graece c. aliis Lovan. 1537. ac cura *Dav. Hoeſchelii*, Aug. Vind. 1587. 8. et c. *I. Bened. Carpzovii* notulis, Helmſt. 1757. 4. **)

6) Ἠθικοὶ Λόγοι κδ' *Sermones XXIV morales*, a Simeone, Magiſtro et Logotheta, ex Baſilii ſcriptis excerpti atque editi primum graece, Par. 1556. 8. deinde a *Sim. Mailleo* translati in latinum ſermonem, ibid. 1558. 8. atque utraque lingua c. nova interpret. *Stanisl. Ilovii*, Frcf. 1598. et 1611. 8.

7) Oratio de *gentilium libris c. fructu legendis*, (πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων) quae propter praeſtantiam atque utilitatem ſuam ***)

*) *Acta Erudit.* a. 1720. p. 323.

**) *Acta Erudit.* a. 1759. p. 85. *Götting. gel. Anz.* a. 1758. p. 205.

***) Aliter indicat I. F. ZEYSS in *D. de perverſo Baſilii M. iudicio, quod in Orat. ſua de modo e literis graec. utilitatem percipiendi propoſuit*, Götting. 1806. 4.

saepissime separatim in lucem prodiit, graeca ac lat. lingua cumque notis ac variis lectionibus. Praeter alios, quos praeterimus, VV. DD. laudabilem industriam ad illam recensendam adhibuerunt. Princeps eorum est *Hugo Grotius*, qui studia sua in eo posuit, ut Basilii Orationem hanc nova interpretatione ornaret, locis quibusdam emendaret ac PLUTARCHI librum de *legendis Poetis* praemitteret, Par. 1623. 4. Cum eadem versione Oratio haec Basilii Plutarchique adductus liber ut denuo lucem viderent, *Io. Potterus* curavit atque ad finem voluminis varias discrepantes scripturas ac breviores animadversiones adiecit, Oxon. 1694. 8. Editio haec iterum descripta est c. novis atque eruditis notis *Io. H. Maii* Filii, Frcf. 1714. 4. et cur. *Io. Tob. Krebsii* sine versione lat. sed c. notis in usum scholarum, Lips. 1779. 8. In calce subiecta est Prolusio, qua lectio Auctorum vett. e Basilii M. disciplina commendatur, antea separatim Lips. 1772. 4. edita. Recentissima utilisque editio est, quae graece c. Iul. Garnierii et Front. Ducaei animadverss. et notis et indice illustrata op. et stud. *F. W. Sturzii* prodiit, Ger. 1791. 8. (10 Gr.)

GREGORII *Nyss.* monumenta, separatim edita, in manibus Eruditorum sunt, quae nunc sequuntur:

1) *Epistola ad sororem Eustathiam, Ambrosiam filiamque Basilissam*, quam primus *Isaac. Casaubonus* graece c. interpret. sua ac notis vulgavit, Par. 1606. 8., Hanov. 1607. 8.

2) *Epistola* περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα *de iis, qui adeunt Hierosolyma*, quam separatim c. lat. versione ac notis et Diatriba duplici de Peregrinationibus religiosis et de Altaribus Sacrificiisque Christianorum edidit *Pet. Molinaeus*, Par. 1605. et Hanov. 1607. 8. Adiunxit quoque Io. H. HEIDEGGER Epistolam hanc gr. ac lat. Dissertationi suae de *Peregrinationibus religiosis*, atque adv. Gretserum eam defendit, Tigur. 1670. 8.

3) *Oratio* εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον πάσχα *de sancto et salutifero Paschate*, c. versione *Ioach. Camerarii*, Lips. 1563. 8. ac c. interpretatione eiusdem *Camerarii* atque altera *H. Oelschlegelii* huiusque notis philologicis ac theologicis, in Tironum usus adornata, Dresd. 1626. 8.

4) *Vita Mosis*, (περὶ τοῦ βίου Μωυσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος) mystice enarrata, quae conversa est stud. *Georgii Trapezuntii* ac separatim prodiit Vienn. ac Basil. 1521. 4. ac c. aliis quibusdam Nysseni Opusculis cumque notis *Dav. Hoeschelii*, Lugd. Bat. 1593. 8.

5) Εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν Ψαλμῶν, βίβλια β' de *Psalmorum inscriptionibus* libelli duo, c. *Iac. Gretseri* interpretatione, Ingolst. 1600. 1617. 4.

6) *Orationes duae* περὶ φιλοπτωχίας *de pauperibus caritate complectendis*, quarum priorem *Iac. Gretserus* primus graece iuris publici fecit ac *Zini* interpretationem addidit, Ingolst. 1617. 4. posterior autem lucem vidit gr., Aug. Vind. 1578. 8. cura *Hoeschelii* ac c. *Zini* versione, Venet. 1574. 8.

7) Orationes duae de *occursu Domini nostri et de Deitate Filii ac Spiritus S.*, gr. ac lat., Colon. 1568.

8) *Epistola contra Apollinarium*, graece, cur. *Hoeschelii*, Lugd. Bat. 1593. et latine ex *Ducaei* interpretatione, Ingolst. 1604. 4.

9) *Epistola canonica ad Letoium*, c. quibusdam aliis, inprimis poenitentialibus, notisque *Ant. Augustini*, Venet. 1584. 4., 1585. 8.

10) Λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας *Sermo magnus catecheticus*, quem vertit *Pet. Morellus*, Par. 1568. 8.

11) Liber περὶ παρθενίας, de *virginitate*, quem latine reddidit *Pet. Galesinius*, Rom. 1562. 4. Praeterea eumdem c. interpretatione sua atque adnotatt. ad usum publicum transtulit *Io. Liveneius*, Antverp. 1574. 4.

12) *Dialogus* cum ſorore Macrina Τὰ Μακρίνια, περὶ ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως *de anima et reſurrectione*, qui eſt Nyſſeni de immortalitate animae liber, qui *Dan. Augentio* interprete, editus eſt latine, Par. 1557. 8. gr. et lat. autem a *Io. Chph. Wolfio* in *Anecdotis gr.* II, 284.

13) Liber περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν Χριστιανόν de *perfectione et qualem oporteat eſſe Chriſtianum*, graece primum Venet. 1574. 8. deinde Lugd. Bat. 1593. 8., latine 1585.

14) Separatim quoque editae ſunt Homiliae: εἰς τὴν γέννησιν in *Natalem Domini noſtri J. Chr.* et *in infantes Bethlehemiticos*; in *S. Stephanum protomartyrem*; εἰς τὴν ἡμέραν τῶν Φωτῶν in *diem luminum, quo Chriſtus baptizatus eſt*, atque aliae, quae ut figillatim enumerentur, non neceſſe eſſe, arbitramur Omittere tamen non poſſumus Gregorii *Nyſſ. Epiſtolas VII*, quas I. B. Caracciolus primus latine vertit ac Commentariis illuſtravit, Florent. 1731. fol.*) ut ad illas adiungantur, quas *Alex. Zaccagnius*, ex Codd. mſptis excerptas, in lucem emiſit.

Gregorii *Nazianz.* ſcripta non pauca ſeparatim in conſpectum publicum venerunt, quorum nonnulla enarraſſe ſufficiat. Spectant huc:

1) *Orationes lectiſſimae XVI gr.*, ex edit. *Marci Muſuri*, Venet. 1516. 8.

2) *Oratio in laudem Magni Athanaſii*, ab *Aldo* graece edita, 1516.

3) Oratio panegyrica in *Theophaniam ſ. Chriſti nativitatem*, quam itidem *Aldus* graece in lucem protulit, 1516.

4) *Sermo in natalitia Chriſti feſta*, latine, *Pet. Moſellano* interprete, Colon. 1518. 4.

---

*) *Mém. de Trevoux* a. 1737. *April.* p. 698. *Acta Erudit.* a. 1739. p. 337.

5) *Oratio de Theologia*, latine, itidem ex *Pet. Mosellani* interpretatione, Lipſ. 1519. 4.

6) *Orationes ſex: in natalem Salvatoris*, in *Feſtum Epiphaniorum*, in *S. Lavacrum*, in *S. Reſurrectionem*, in *Pentecoſten*, in *Encaenia*, lat., *Bilib. Pirckheimero* interprete, Norib. 1521. 4.

7) *Orat. de moderatione in diſputationibus ſervanda*, lat., *Io. Oecolampadio* interpr., Aug. Vind. 1521. 4.

8) *Cohortatio de pauperibus caritate complectendis*, quae ſaepius latine prodiit, ex interpr. *Io. Oecolampadii*, Lipſ. 1521. 4. *Iul. Gabrielii*, Antverp. 1573. 8. *Pet Franc. Zini*, Par. 1550. et Venet. 1574. 8.

9) *Apologeticus de fuga ſua*, quem latine reddidit, ſcholiis illuſtravit ac ſeparatim iuris publici fecit antea memoratus *Iul. Gabrielius*, Antverp. 1573. 8.

10) Κατὰ Ἰουλιάνου βασίλεως στηλιτευτικοὶ β′ in *Iulianum Invectivae duae*, *gr.*, *c. ſcholiis graecis*, *nunc primum editis*, *et eiusdem Auctoris nonnullis aliis: omnia ex Biblioth. H. Savilii*, *c*, *notis in Invectivas duas et variis lectionibus in Gregorium Nazianz.*, *edita* a *Rich. Montagu* ſ. *Montacutio*, Etonae 1610. 4.

11) *Selectarum Epiſtolarum libri quatuor gr. lat.*, *additis nonnullis ex Anthologia Graecor. Epigrammatis*, quorum quarta editio lucem vidit, Ingolſt. 1619. 12.

12) *Oratio arcana de mundo*, graece c. interpret. graeca *Cyri Nicetae*, opera A. R., i. e. *Ad. Rechenbergii*, 1692. 4.

13) *Binae Orationes gr. et lat. Varias lectt.*, *commentar. duplicem et ſcholia nunquam antea edita ex Codd. mſptis Bibl. S. S. Synodi Mosquenſis adie-*

cit Chr. Fr. Matthaei, Mosquae 1780. 4. *) Quae Nazianzenus reliquit Poemata multa ſeparatim variis in locis prodierunt.

Chrysostomi monumentorum, quae ſeparatim lucem adſpexerunt, haec praecipua exſtant:

1) Περὶ ἱερωσύνης de *Sacerdotio libri VI, gr. et lat., emendati et aucti, illuſtrati, ope librorum mſptorum ex Bibliothecis Palatina et Auguſtana, op. Dav. Hoeſchelii*, Aug. Vind. 1599. 8., praeter quam editionem, duae aliae in lucem exierunt, mentione dignae. Alteram adornavit *Io. Hughes*, gr. ac lat. ac praeter praefationem, addidit non ſolum Diſſertationes de dignitate ſacerdotali, ſed etiam Chryſoſtomi vitam, ex Cavei *Hiſtoria litteraria* deſumtam, Cantabr. 1710. 8. et iterum 1712. 8., cui poſteriori editioni *Sam. Thirlby* Gregorii *Nazianz. Apologeticum* pro fuga ſua ſubiunxit; **) altera cura *Io. Alb. Bengelii* prodiit, qui libros hos notis illuſtravit ac graece latineque una cum prodromo, Novi Teſtamenti graeci recte cauteque adornandi, in lucem emiſit, Stuttg. 1725. 8. ***) Laudatur etiam editio *Mich. Aug. Giacomellii*, gr. et ital., Rom. 1757. 4. *Emer. Bigotii* edit. prodiit quidem Par. 1680. 4., ſed ſuppreſſa eſt.

2) De *Providentia Dei* Libb. III, qui latine incerto interprete prodierunt Aloſti in Flandria 1487, una c. Sermone de humanae originis dignitate.

3) Περὶ παρθενίας de *Virginitate* liber, quem *Io. Liveneius* primus graece edidit: verſionem quoque ac breves notas adiunxit, Antverp. 1575. 4.

4) Homilia ſ. Lib. περὶ παίδων ἀναστροφῆς de *educandis liberis*, gr. ac lat. a *Franc. Combefiſio* editus, Par. 1656. 8.

---

*) *Götting. gel. Anz.* a. 1780. Addit. p. 574.

**) *Actor. Erudit. Suppl.* V, 301. Clerici *Biblioth. choiſie* XXI, 84. *Neue Hälliſche Biblioth.* III, 252.

***) *Deutſche Acta Erudit.* IX, 846.

5) *Epist. ad Caesarium Monachum*, saepius varieque publicae luci exposita, a *Iac. Basnagio*, *Io. Harduino*, *Scip. Masseio*, *Emer. Bigotio* *) atque aliis, de qua quum lites natae sint multaque de auctoritate et fide eius disputata, inprimis cum Episcopi Rom. adsectatoribus, infra de ista plura dicendi, habebimus occasionem, quando de scriptis Patrum dubiis ac controversis exponendum est. §. 48.

6) *Liturgiae*, quae Chrysostomo tribuitur, Codices atque Editiones mirum in modum inter se discrepant. Prodiit illa saepenumero, nunc graece, nunc latine tantum, nunc graece ac latine simul. Optima habetur illa, quam Iac. Goarus in *Euchologio Graecorum* p. 58 sqq., gr. c. versione sua exhibuit atque in notis copiose recensuit, quae in aliis Codicibus s. impressis, s. msptis aut adiecta, aut aliter exposita leguntur.

7) Homiliarum Chrysostomi, quae separatim editae sunt, magnus est numerus, prae ceteris vero hic notandae: *Commentar. et Homiliae in Ep. Pauli ad Philemonem*, quos c. nova interpret. lat. et annotatiunculis quibusdam edidit suis sumtib, *Ge. Raphel*, Luneb. 1712. 8. *Duae Oratt. in laudem Pauli Ap., c. vet. vers. lat. Aniani ex Cod. mspto hic illic emendata;* c. notis praefixae Tiber. Hemsterhusii *Oratt.*, Lugd. Bat. 1784. 8. *Homiliae IV ex omnibus eius Operibus selectae gr. et lat. — notulis, argumentis, additisque animadversionibus et indicibus editae a Chr. Fr. Matthaei*, Misniae 1792. II. 8. (1 Thlr.) *Homiliae II brevi annotatione, in usum praelectt. rec. I. Phil. Bauermeister*, Götting. 1816. 8. (6 Gr.) et *Io. Chrysostomi Selecta, gr. et lat., c. annotat. Io. van Voorst*, Lugd. B. 1827. 1830. II. 8. (4 Thlr.) Insunt 1) Or. Ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς παρα-

*) *Hamburger Zuverläss. Nachrr.* III, 27.

βλάψαι δύναται, *qui se ipsum non laedit, a nullo alio damno affici potest;* 2) Or. Πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας ἐπὶ ταῖς δυσημερίαις ταῖς γενομέναις κ. τ. λ. *in eos, qui scandalizati sunt ob adversitates, quae iis contigerunt;* 3) Πρὸς τὴν Ολυμπιάδα ἐπιστολὴ τετάρτη ap. Montfaucon III, 570.; 4) Ἐις τὸν ἅγιον Ἀπόστολον Παῦλον λόγος τρίτος, ap. Montf. II, 486.; 5) Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῆς, ibid. IX, 425.; 6) Ὑπόμνημα εἰς τὴν πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολήν, ibid. p. 772.; 7) Ἐις τὴν πρὸς Ρωμαίους Ἐπιστολὴν Ομιλία κέ, ibid. p. 701. Annotationum pars prior continet Animadverſiones de multiplici Scriptorum vett. chriſt. uſu, atque eorundem ſtudio prudenter et liberaliter excolendo, et univerſe Notanda de ſcriptis Io. Chryſoſtomi; pars altera autem Monenda de ſelectis Io. Chryſoſtomi opuſculis nunc editis. His adiungi poſſunt Chr. F. Matthaei *Novae ex Io. Chryſoſtome Eclogae LII gr., ex rec. Montefalconii et e. eius, Savilii aliorumque animadverſionibus*, Mosq. et Lipſ. 1807. 8.

Caput III.

DE BIBLIOTHECIS, COLLECTIONIBUS CATENIS ET CHRESTOMATHIIS PATRUM ET PATRISTICIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Exponitur de Bibliothecis Patrum generatim §. 22. 23.
Dividuntur illae in universales et particulares §. 24.
In antiquiores ac recentior. §. 25.
In maiores ac minores §. 26.
In eas, quae vel utroque sermone, graeco ac latino, vel latino tantum scripta Patrum exhibent §. 27.
Quae sint in illis vitia §. 28.
Generatim postquam haec dicta sunt, speciatim ipsae Bibliothecae Patrum recensentur primum universales §. 29. 30.
Deinde particulares, sive speciales atque inter has dogmaticae ac polemicae §. 31.
Asceticae §. 32.
Homileticae §. 33.
Historicae §. 34.
Bibliothecae Patrum apostolicorum §. 35.
Poëtarum christianorum §. 36.
Iuris canonici veteris §. 37.
Post Bibliothecas Patrum eorumdem Catenae §. 38. nec non Chrestomathiae patristicae commemorantur §. 39.

§. 22.

Quae veterum Christianorum Doctores reliquerunt, monumenta diversa ratione publicae luci exposita sunt. Prodierunt Auctoris cuiusdam ecclesiastici scripta vel omnia, quotquot reperiri ac haberi potuerunt, coniunctim, vel sin-

gularia ac nonnulla tantum ſeparatim. De quo utroque editionum genere quum adhuc ſatis copioſe diſſeruimus, ad tertium accedimus, ita conſtitutum, ut variorum Patrum ac Scriptorum eccleſiaſticorum minorum monumenta in certis voluminibus iunctim ſe praebeant.

§. 23.

Volumina haec appellantur *Bibliothecae Patrum*, minus apte. Vocabulo enim *Patrum* latior, quam par eſt, ſignificandi vis tribuitur ac per *Patres* indicantur quivis Scriptores eccleſiaſtici, illi quoque, qui aetate media floruerunt, qui ab initio ſacrorum Chriſtianorum usque ad eorum emendationem vixerunt. Quae amplior ſignificatio nec cum uſu vocis huius ſatis probato, nec cum ipſa re conſentit. Quamvis enim nomen *Patrum* diverſa ratione uſurpetur, illi tamen accuratius loquuntur, qui per *Patres Eccleſiae* Doctores chriſtianos ſex priorum Seculorum intelligunt. Sane iam Seculo ſeptimo res ac doctrina chriſtiana depravari coepit atque inter eos, qui docendi munere fungebantur, pauci ita ſe geſſerunt, ut iure *Patres Eccleſiae* dicerentur.

§. 24.

Qui *Bibliothecis Patrum* edendis Operam dederunt, illi non unam eamdemque rationem adhibuerunt, iſtas componendi. Peperit hoc diverſitatem illarum, et ſi diſtinctam earum notitiam nobis comparare velimus, res poſtulat, ut certa genera harum Bibliothecarum conſtituamus. Quodſi animum advertimus ad argumenta librorum, qui collecti ſunt, dividere iſtas licet in *univerſas* ac *particulares*, eo diſcrimine, ut quae

universae, sive generales appellatae sunt, scripta comprehendant, ad omnes sanctioris doctrinae disciplinas spectantia, ad theologiam dogmaticam, polemicam, moralem, homileticam, historiam ecclesiasticam atque alias, hae autem, sive *particulares* monumenta tantum exhibeant singularium ac certarum rerum. Ita exstant Bibliothecae, quarum scripta sunt vel maxime polemica, vel ascetica, vel historica, vel alius generis.

§. 25.

Ad tempora si respiciamus, quibus Bibliothecae hae lucem adspexerunt, illae dividendae sunt in *antiquiores* ac *recentiores*. *Antiquiores* primae prodierunt una cum aliis eiusdem aetatis, Seculi nimirum sexti ac decimi, speciatim ab a. 1528. *Recentiores* autem illas sequutae sunt, a Seculo septimo ac decimo usque ad nostram aetatem, qua itidem varia generis huius volumina in lucem exierunt.

Primus Bibliothecam Patrum edidit, Io. Sichardus sub titulo: *Antidotum contra diversas omnium fere Secc. haereses*, Basil. 1528. Non longe post sequutae sunt similes Bibliothecae atque in lucem exierunt: *Micropresbyticon*, Basil. 1550. Io. Heroldi *Orthodoxographa* et *Haereseologia*, Basil. 1556. Io. Iac. Grynaei *Monumenta orthodoxographa*, Basil. 1569. atque aliae, quas postea cum reliquis enarrabimus.

§. 26.

Quodsi diversas Bibliothecas Patrum inter se conferas, videbis, illas etiam magnitudine dis-

crepare aliasque *Opera* eſſe *maiora*, alia autem *minora*. Quae *maiora* eſſe diximus, multis voluminibus abſolvuntur ac magnum pretium una cum ſplendore praeferunt; *minora* autem conſtant tomis paucis, aliquot interdum, immo uno tantum. Diverſitas haec, quae ex variis cauſſis nata eſt, oſtendit, ab aliis maiorem, ab aliis minorem delectum in colligendis ſcriptis adhibitum eſſe.

§. 27.

Quod ad linguam attinet, qua in Bibliothecis his ſcripta exhibentur, in certas *Claſſes* illa dividi poſſunt. Quaedam in iſtis habentur utroque ſermone, graeco ac latino, quaedam latino tantum, horumque duo ſunt genera. Alia enim, eaque pleraque, Auctores latine conſcripſerunt, alia in latinam linguam converſa ſunt. Attamen fatendum eſt, in Bibliothecis his componendis non ſemper debitam accurationem probatam fuiſſe.

Inſtitutum Bibliothecarum Patrum, ubi id ipſum, in ſe ſpectatum, conſideratur, omnino laudandum commendandumque eſſe, quis, rei peritus ac veri ſtudioſus, neget. Ita multa monumenta, praeſertim antiquitatis eccleſiaſticae, ad maiorem ac longiorem uſum translata ſunt, varii libri, antea haud editi, in lucem venerunt, aut ubi iam prodierant, a tenebris, in quibus adhuc iacuerant, erepti. Attamen Bibliothecas has vitiis non carere atque emendatiores fieri poſſe, itidem certum eſt atque evidens. Praeter alia, inter illa locum habent; 1) iuſtum modum in colligendis ac coniungendis ſcriptis interdum neglectum ac nimiam librorum molem congeſtam eſſe; 2) non ſemper debitum de-

lectum habitum fuisse scriptaque in Bibliothecas has translata, quae non adeo necessaria sunt, nec magnum momentum habent, meliora autem omissa; 3) inter monumenta germana ac vera locum obtinuisse ea, quae sint adulterina, nec auctoritatem prae se ferant; 4) ex incuria evenisse, ut unum scriptum duobus locis exhibitum fuerit. Quae quum ita sint, prudentia requirit, ut Bibliothecae Patrum cum iudicio ad usum adhibeantur.

§. 28.

Volumina, quae monumenta variorum Patrum ac Scriptorum ecclesiasticorum iunctim complectuntur, promiscue quidem *Bibliothecae Patrum* appellari solent, sive multa illorum sint, sive parva. Re ipsa tamen non omnia *Bibliothecae Patrum* inscripta sunt, sed aliis etiam, iisque variis, titulis ornata prodierunt, quemadmodum sunt: *Monumenta Patrum*, *Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum*, *Spicilegium Patrum*, *Vetera Analecta*, *Miscellanea*, *Collectanea monumentorum veterum* etc.

§. 29.

Postquam de Bibliothecis Patrum generatim quaedam praefati sumus, ad ipsam illarum commemorationem aggredimur, ita instituendam, ut non ipsa scripta, quae singulis voluminibus continentur, accurate ac distincte recenseamur, ubi id iam ab aliis factum esse scimus, sed ut istas, iuste dispositas, ordine annorum, quibus lucem adspexerunt, enarremus ac titulos istarum studiose adducamus.

Nonnulli data occasione quasdam Bibliothecas Patrum recensuerunt, nominatim Io. Andr. Bo-

sius, in *Introd. in notitiam Scriptor. eccles.* p. 194. et Thom. Crenius, in *Animadverss. hist. et philol.* IV, 207. In iisdem enarrandis, versatus est quoque Io. Franc. Buddeus, in *Isagog. ad theol. univers.* p. 593. Longior syllabus harum Bibliothecarum exhibetur in *Catalogo Bibliothecae Bunavianae* III, 1, 44. Maximam vera industriam hac in re probavit Thom. Ittig in libro, cuius titulus est: *De Bibliothecis et Catenis PP. variisque vett. Scriptorum ecclesiast. Collectionibus, Basileensibus, Tigurinis, Parisiensibus, Coloniensibus, Lugdunensibus, Leidensibus, Ingolstadiensibus, Antverpiensibus, Romanis, Venetis, Mediolanensi, Moguntinis, Boni-Fontis, Insulana, Divionensi, Rothomagensi, Tolosana, Londinensibus, Dubliniensi, Oxoniensi, Lovaniensibus, Traiectensi, Genevensibus, Hamburgensibus, Cygneis, Lipsiensibus et aliis Tractatus, variis obss. et animadverss. refertus*, Lips. 1707. 8. *) Nonnulla, quae addenda atque emendanda sunt in libro hoc, animadvertunt: Io. Fr. Kern in *Epistolica Dissert. de vita, obitu scriptisque Thom. Ittigii* p. 53., Lips. 1710. 4. et Io. Erh. Kapp in *Observat. in Ittigii de Bibliothecis et Catenis Patrum Tractatum de Io. a Bosco Biblioth. Floriacensi*, quae exstat in *N. Beytr. v. alten u. neuen theolog. Sachen* a. 1752. p. 653. et Ge. Chph. Hamberger in *Zuverläss. Nachrichten v. d. vornehmsten Schriftstellern* I, 1, 173.

§. 30.

Initium igitur facimus a Bibliothecis, quae antea a nobis *universae*, sive generales appellatae sunt. In illis locum tenent:

Micropresbyticon, veterum quorumd. brevium Theologorum, s. Episcoporum, s. Presbyterorum,

---

*) *Journ. des Savans* a. 1708. Dec. p. 455. *Acta Erudit.* a. 1707. p. 440.

aut ſacri ordinis aliorum, qui aut tempore Apoſtolorum, aut non multo poſt vixerunt, Elenchus, Baſil. ap. Henr. Petri 1550. fol. Alii libri exhibentur in Micropresbytico hoc graece ac latine, alii latine tantum, qui vel lingua hac compoſiti, vel in eam converſi ſunt.

Io. Heroldi *Orthodoxographa theologiae ſacro ſanctae ac ſincerioris fidei Doctorum numero LXXVI,* Baſil. p. Henr. Petri 1555. fol. *)

Theologorum aliquot graecorum vett. orthodoxorum Libri graeci et iidem latinitate donati, quorum plerique partim latine, partim graece antehac non ſunt editi, ſcilicet: Decreta Apoſtolorum et XIII veterum Conciliorum; Ignatii Epiſtolae XII, Athenagorae Apologia et Lib. de mortuorum reſurrectione; Aeneae Gazaei Theophraſtus; Cydonii Or. de contemnenda morte; Hermiae Irriſio Gentilium; Expoſitio capitum admonitoriorum, gr. et lat. variis interpretibus, Tigur. p. Andr. Gesnerum Fil. 1559 ſq. fol.

Io. Iac. Grynaei *Monumenta SS. PP. orthodoxographa, h. e., Theologiae S. S. ac ſincerioris fidei Doctores, numero circiter LXXXV, Eccleſiae columina luminaque clariſſima, Auctores partim graeci, partim latini, ob vetuſtatem et eruditionem venerandi, quorum quidam hactenus non editi latuerunt,* Baſil. ex offic. Henr. Petri 1560. fol. Primus locus aſſignatus eſt ſcriptis graeco-latinis; ſecundus iis, quae l. latine compoſita ſunt, l. ex interpretationibus latinis exhibentur. Haec in ſeptem tomos, ſ. claſſes diviſa ſunt harumque 1) complectitur Epiſtolas; 2) Hiſtorias ſacras; 3) Gnomologias; 4) Commentarios in Scripturam; 5) Dogmata; 6) Sermones ſacros quorumdam Auctorum ac 7) denique Apolo-

*) Vootius *Catalog. libr. rarior.* p. 507.

getica nonnulla ſcripta. *Monumenta* haec non eadem ſunt cum Heroldi *Orthodoxographis*, ſed diverſa ab illis. *)

Theod. Bezae volumen, cui titulum fecit: Athanasii *Dialogi V de S. Trinitate;* Basilii *Libb. IV adv. impium Eunomium;* Anastasii et Cyrilli *Compendiaria orthodoxae fidei explicatio, ex interpret. Theod. Bezae;* Phoebadii, *ſ. Foebadii Lib. contra Arianos. Quae Athanaſii, Anaſtaſii et Cyrilli ſunt et quae Foebadii, nunc eduntur. Anno* 1570. *Excudebat Henr. Stephanus*, 8.

Margarini de la Bigne *Bibliotheca SS. PP, ſupra CC, qua continentur illorum de rebus divinis Opera omnia et Fragmenta, quae partim numquam hactenus, partim ita, ut raro iam exſtarent, excuſa, vel ab haereticis corrupta, nunc primum S. Facultatis theol. Pariſ. cenſura ſatis gravi, ſine ullo novitatis, aut erroris fuco in perfectiſſimum corpus coaluerunt. Diſtincta in tomos octo: illuſtrata Virorum doctiſſ. Scholiis, Obſervationibus, accurate annotatis ad marginem ſcripturae Lectionibus, Vitis auctorum c. eorum Catalogo alphabetario ac Chronologia, biblicarum quoque auctoritatum et materiarum locupletiſſimis Indicibus*, Par. ap. Mich. Sonnium 1575. fol. Conſtat opus hoc octo tomis *primusque* continet Epiſtolas praecipue; *ſecundus* Hiſtorias ſacras; *tertius* Paraenetica et Moralia; *quartus ea*, quae ad Veterum Liturgiam ſpectant; *quintus* Scripta contra haereſes; *ſextus* Commentarios in Scripturam S.; *ſeptimus* Homilias et *octavus* ſacra Poëmata variaque Opuſcula. Acceſſit non ſolum Bibliothecae huius *Appendix*, Par. 1579. fol., ſed ſequutae quoque ſunt ipſius Bibliothecae novae edi-

*) Minus recte tradit Bosius *Introd. in Notit. Scriptor. eccleſ.* p. 195., Graynaei *Monumenta* eſſe Heroldi *Orthodoxographa*, denuo edita.

tiones. Post primam prodiit secunda, quae novem tomis absolvitur, Par. 1589. fol.; tertia, Par. 1609. c. *Auctario* eius 1610.; quarta itidem cum Auctario graeco ac latino, in duos tomos diviso, c. Variorum notis, Par. 1624. fol. Denique Bibliothecae huius *Supplementum*, lucem adspexit, Par. 1639. fol.

Henr. Canisii *Antiquae lectiones*, quae primam lucem adspexerunt Ingolst. 1601 — 8. VI. 4., deinde cura Iac. Basnagii iterum prodierunt, ita inscriptae: *Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum; s. Lectiones antiquae ad Seculorum ordinem digestae*, ceter., Amstel. 1725. IV. fol. Laudabilem operam ad Thesaurum hunc Basnagius adhibuit. Scripta, quae collecta sunt, meliori atque accuratiori ordine disposuit, praeclarae accessiones ut fierent curavit, ac singulis Auctoribus observationes criticas adiunxit. *)

Gregorii, *Episc. Neocaesar., cognomento Thaumaturgi, Opera omnia, quotquot in insignioribus, praecipue Rom. Bibliothecis reperiri potuerunt, una c. eiusdem Auctoris vita, gr. et lat., interprete et Scholiaste Gerardo Vossio,* Mogunt. 1604. 4. Librum hunc hic nominamus, quoniam, ut et titulo indicatur, *adiecta sunt Miscellanea SS. aliquot Patrum, graecorum et latinorum.*

Thom. Galleti *Religiosus, cui annectuntur Sanctorum aliquot varia Opuscula, nondum edita, eiusdem Auctoris stud. et op. collecta*, Lugd. Bat. 1615. 8. **)

---

*) Clerici *Biblioth. ancienne et moderne* XV, 330. XXIII, 237. XXIV, 1, 237. *Acta Erudit.* a. 1725. p. 529. a. 1726. p. 1. 82. 145. Colerі *Auserles. theolog. Biblioth.* II, 219. 305. 399. 483. *Deutsche Acta Erudit.* IX, 609. 818. *Samml. v. alten und neuen theol. Sachen* a. 1725. p. 795. *Neue Hällische Biblioth.* VI, 233.

**) Kernii *Epistolic. Dissert.* p. 53.

Pet. Stevartii *Tomus singularis insignium Auctorum, tam graecorum, quam latinorum, ex variis Bibliothecis accersitus et in lucem prodire iussus*, Ingolst. 1616. 4.

Magna Bibliotheca vett. Patrum et antiquorum Scriptorum ecclesiast., primo quidem a Margarino de la Bigne, Sorbonico in Acad. Paris. Theologo, collecta et tertio in lucem edita; nunc vero plus, quam centum Auctoribus et Opusculis plurimis locupletata, historica methodo per secula singula, quibus Scriptores quique vixerunt, disposita et in XIV Tomos distributa, op. et stud. doctissimorum in alma Universitate Coloniensi Agrippina Theologorum ac Professorum, Colon. Agripp. 1618. fol. Ad Bibliothecam hanc additus est *Tomus quintus* ac *decimus*; s. Auctarium et Supplementum, Colon. 1622. fol., in quo componendo inprimis *Andr. Schottus* operam posuit.

SS. PP., Gregorii, Neocaesar. Episc., cognomento Thaumaturgi, Macarii Aegyptii et Basilii, Seleuciae Isauriae Episc. Opera omnia, quae reperiri potuerunt. Nunc primum gr. et lat. coniunctim edita. Accessit Io. Zonarae Expositio canonicarum Epistolarum, Par. 1623. fol.

SS. PP. Leonis M., Rom. Pontificis, Maximi Taurin., Petri Chrysologi, Fulgentii Ruspensis et Valeriani Cemeliensis Opera omnia, quae reperiri potuerunt, Par. 1623. fol.

Iac. Merlonis Horstii *Septem tubae ad reformationem ecclesiasticae disciplinae*, Col. Agripp. 1635. Per *septem tubas* intelliguntur septem Patrum Opera.

S. P. N. Iustini Philos. et Mart. Opera, it. Athenagorae Athen., Theophili Antioch., Tatiani Assyrii et Herniae Philos. Tractatus aliquot, quae omnia gr. et lat. emendatiora prodeunt, Par. 1636. ac Colon., s. Vitemb. 1686. fol.

Henr. Sommalii *Divi Aurelii Augustini, Hippon. Episc., Meditationes, Soliloquia et Manuale; Anselmi, Archiep. Cantuar., Meditationes, c. Tractatu de humani generis redemtione; Bernardi Meditationes, s. Lib. de anima; Idiotae, viri docti, Contemplationes de amore divino, ad mspta exemplaria emendata*, Col. Agripp. 1637.

Nova Bibliotheca vett. Patrum et Scriptorum ecclesiast. s. Supplementum Bibliothecae Patrum, continens Opuscula plurima Ecclesiae Patrum, in prioribus tomis desiderata, ex vetustiss. illustrium Bibliothecarum CC Msptis eruta et in duos tomos distributa, Par. 1639. II. fol. Quod Supplementum Morellius eo consilio in lucem emittendum curavit, ut Bibliotheca Parisiensis dignitatem atque existimationem prae Coloniensi, obtineret, quum haec maiore Scriptorum copia instructa esset ac Bibliothecarum Patrum, quae iam editae fuerant, famam imminuere videretur.

Io. Loyac *Bibliotheque sacrée, ou Recueil des plus beaux Sermons et Homélies des SS. Pères pour tous les dimanches de l'année, pour les festes de la Vierge et des Saints et pour les jours de caresme et des quatre temps*, Par. 1634. V. 4.

Franc. Combefisii *Bibliotheca PP. concionatoria, h. e. Anni totius Evangelia, Festa dominica, sanctiss. Deiparae illustriorumque Sanctorum Solemnia, Patrum symbolis, tractatibus, panegyricis iisque, qua novum ex vetustis msptis Codd. productis, qua recensitis, emendatis, auctis, ad fontes compositis, e graeco castigatius elegantiusque redditis, illustrata ac exornata latine*, Par. 1662. VIII. fol. rec. Venet. 1749. VIII. fol. Praemissum est tomo primo opusculum, inscriptum: *Recensiti Auctores Bibliothecae Patrum concionatoriae, in iis obiter fere insinuata strictimque delibata Cyriacorum, Dominicanorum, immunitas, a censura auctoris Petri de Valle clausa*, s., quod verum eius nomen est, *Theophili Raynaudi*, id quod et separatim prodiit, Par. 1662. 8.*)

Divorum Patrum veterumque Ecclesiae Doctorum, qui oratione soluta scripserunt, Homiliae ac Meditationes in festum nativitatis I. Chr. Salvatoris nostri selectae a Chr. Daumio, Cygn. 1670. 8. In paruo volumine hoc continentur duae tantum Homiliae graecae c. lat. interpretatione, altera *Basilii M.*, altera *Gregorii Nazianz.*; aliae autem Scriptorum latinorum XXII. **)

---

*) Fabricius *Bibl. gr.* XIII, 791. Niceron *Mémoires* XI, 189.

**) Fabricius *l. l.* p. 706. Voetius *Catalog. libror. rarior.* p. 234.

§. 34.

Praeter iam memoratas Bibliothecas Patrum, funt alia illarum genera, nunc itidem enarranda. In iftis locum habent *Bibliothecae hiftoricae*, quarum fcripta notitiam nobis fuppeditant rerum geftarum. Quum autem illa in argumentis fuis varia funt ac diverfa, Bibliothecae hae in ordines dividi ac diftincte recenferi debent. Spectant huc:

I. *Bibliothecae*, quae complectuntur monumenta de *Scriptoribus ecclefiafticis*, et iam §. 2. recenfitae.

II. *Bibliothecae vett. Auctorum Hiftoriae ecclefiafticae*, ad quarum linguas fi animum advertimus, tria illarum genera in confpectum publicum veniffe, perfpicimus, quum aliae harum Bibliothecarum graecae, aliae latinae, aliae graecae ac latinae fimul fint. Locum in iftis habent:

Rob. Stephani *Veteres Scriptores hiftoriae ecclefiafticae*, gr., fine lat. interpretat., Par. 1544. fol.*)

Auctores vett. hiftoriae ecclefiafticae, latine tantum, quorum variae editiones prodierunt: primum Bafil. 1539. per Hier. Frobenium et Nic. Epifcopium, fol.; deinde itidem Bafil. 1549. et iterum 1558. fol. cura *Wolfg. Musculi*, ex cuius interpretatione finguli Scriptores exhibentur, praeter Theodoretum. Hunc enim non ipfe latine reddidit, fed maluit Camerarii verfionem retinere. Poft Musculum eosdem Auctores graecos in latinam linguam convertit *Io. Chriftophorfonus* atque uno volumine comprehenfos iuris publici fecit. Saepius variisque locis interpretatio haec lucem vidit, interque editiones has locum quoque obtinuit, Colon. 1581. c. *Suffridi Petri* annotationibus. Nec omittendi funt Scriptores hi, ex

*) *Literar. Wochenbl.* X, 137.

Variorum interpretationibus, latine editi a *Io. Iac. Grynaeo*, Basil. 1611. fol.

Scriptores vett. historiae ecclesiasticae, gr. ac lat., cura *H. Valesii* in lucem emissi ac notis illustrati, Par. 1659. atque iterum 1677. fol., etiam Moguntiae, ut titulos habet, s. potius Frcf. 1672. fol. et, ut in inscriptione habetur, Amstel. 1695. fol. Editiones has sequuta est ea, quae novis accessionibus ac notis aucta, cura *W. Reading*, Cantabr. 1720. III. fol. lucem adspexit, rec. Turini 1748. fol.

Bibliothecis, quas nunc enarravi, quaedam aliae similis generis adiungi possunt, scilicet:

Laur. de la Barre *Historia christ. vett. Patrum, in qua omnium fere eorum, qui a tempore Apostolorum viguerunt et pro Christi Ecclesia militarunt, acta, tempora ac rerum ecclesiasticarum status, tamquam in speculo vere christiano, ad veritatis antiquitatem demonstrantur*, Par. 1583. fol.

Wolfg. Lazii volumen monumentorum, quae sunt: *Lib. de passione Domini nostri I. Chr., cormine hexametro scriptus; Abdiae Babylonii Libb. de historia certaminis Apostolici; Matthiae Apost. Vita, ex ebr. lingua versa; bb. Marci, Clementis, Cypriani et Apollinaris historia; Vita Martini, a Sulpitio Severo conscripta*, Basil. 1551. fol. ex offic. Io. Oporini.

Phil. Labbei *Nova Bibliotheca Msptorum*, Par. 1657. II. fol.

III. *Bibliothecae Vitarum Sanctorum*, ex variis Auctoribus collectarum, cuius generis sunt:

Aloys. Lipomanni *Vitae Sanctorum*, Rom. 1551—60. VIII. 4. quod opus vitas complectitur, ex graeco sermone in latinum conversas. Octavus,

huius operis tomus, Aloyſio iam defuncto, cura *Hier. Lipomanni* exiit. *)

Laur. Surii *Vitae Sanctorum* Orientis atque Occidentis, Colon. 1569., Venet. 1581. VI. fol. iterum Colon. 1581. adiuncto ſeptimo tomo Supplementi, cura *Iac. Moſandri*, ac denique novis acceſſionibus pariter locupletatae ac notis illuſtratae, itidem Colon. 1617. IV. fol. **)

Heriberti Rosweydi *De Vita et Verbis Seniorum Libb. X hiſtoriam eremiticam complectentes, auctoribus ſuis et nitori priſtino reſtituti ac notationibus illuſtrati*, Antverp. 1615. fol. deinde Lugd. 1617. fol. iterum Antverp. 1628. fol. auctiores. ***)

Acta Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis Scriptoribus celebrantur, a Ieſuitis Antverpienſibus incredibili induſtria maximoque labore collecta, recenſita, illuſtrata atque edita. Prodire illa coeperunt op. ac ſtud. Io. Bollandi ac Gfr. Henscheni, Antverp. 1643. et continuata ſunt usque ad Tom. LIII, qui a 1794 Tangerloae lucem vidit. †)

Luc. Dacherii et Io. Mabillonii *Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti, in Seculorum claſſes diſtributa.* Sec. I—VI (a. Chr. 500—1100.), Par. 1668—1701. IX. fol. Ea, quae opere hoc continentur, maxime *Dacherius* collegit, *Mabillonius* autem praeter notas atque obſervationes, ſcripſit copioſas Praefationes iisque ſingularia rerum eccleſiaſticarum argumenta erudite ac diligenter perſequutus eſt. ††)

---

*) Fabricius *Biblioth. gr.* VII, 782.

**) Ibidem X, 160.

***) Ibidem X, 161.

†) I. Gr. Walch *Biblioth. theol.* III, 657. Ebert n. 67.

††) Ibidem p. 590.

IV. *Bibliothecae Chronicorum*, quales ſunt:

Euſebii et aliorum, qui Euſebium continuarunt, Chronica, a Io. Sichardo collecta atque edita ſub tit.: *En damus Chronicon, divinum plane opus eruditiſſ. Auctorum, repetitum ab ipſo mundi initio ad a. usque ſalutis* 1512, *partim nunc a nobis inventum et editum, partim a mendis, quibus laborabat, plus quam cuiquam creditu facile eſt, ſummo ſtudio et diligentia repurgatum*, Baſil. 1529. fol.

Aub. Miraei *Operum, toto orbe geſtarum, Chronica, a Chr. n. ad noſtra usque tempora, auctoribus Euſebio, Caeſareenſi Epiſc.; Hieronymo Presb.; Sigeberto, Gemblacenſi Monacho; Anſelmo, Gemblacenſi Abbate; Auberto Miraeo Bruxellenſi aliisque. Omnia ad antiquos Codd. mſptos partim comparata, partim nunc primum in lucem edita*, Antverp. 1608. 4.

Arn. Pontaci *Chronica trium illuſtrium Auctorum, Euſebii Pamphili, Epiſc. Caeſar., Hieronymo interprete; Euſebii Hieronymi Presb.; Prosperi Aquitanici, Epiſc. Regienſis, ab Abrahamo ad a. Chr.* 449. *emendata et notis illuſtrata*, Burdigal. 1604. fol.

Ios. Iust. Scaligeri *Theſaurus temporum*, editus primum, Lugd. Bat. 1606. deinde Amſtel. 1658. fol. cuius poſterioris editionis titulus eſt: *Theſaurus temporum, Euſebii Pamphili, Caeſareae Palaeſtinae Epiſc., Chronicorum canonum omnimodae hiſtoriae Libb. II, interpr. Hieronymo, ex fide vetuſtiſſ. Codicum caſtigati; it. Auctores omnes, derelicta ab Euſebio et Hieronymo continuantes. Eiusd. Euſebii utriusque partis Chronicorum canonum reliquiae graece, quae colligi potuerunt. Editio altera, in qua Ioſ. Scaligeri tertia fere parte auctiores notae et caſtigationes in latinam Hieronymi interpretationem et graeca Euſebii, ſuprema auctoris cura emendatae. Eiusdem Ioſ. Scaligeri Iſagogicorum chro-*

nologiae Canonum libri tres ad Eusebii Chronica et doctrinam de temporibus admodum necessarii.

V. *Bibliotheca Monumentorum*, quae ad *res ac Scriptores ecclesiasticos certarum nationum, regionum et locorum* spectant. In his locum tenent:

Leonis Allatii *Graecia orthodoxa*, Rom. 1652. 59. II. 4. Utroque volumine continentur Graecorum scripta c. lat. interpret. de Processione Spiritus S. et aliis, ita composita, ut Latinorum sententiae approbantur. Tom. I exhibentur monumenta: *Nicephori Blemmidae, Ioannis Vecci*, Patriarchae Cstpolitani; *Petri*, Episc. Mediol.; *Georgii Pachymeris; Esaiae Cyprii; Ioannis Argyropuli; Gregorii Protosyncelli*, Patriarchae Cstpolit.; *Georgii Trapezuntii; Io. Plusiadeni; Hilarionis* Monachi; *Nicetae Byzantii*, quibus additae sunt: *de Gregorio Palama, Archiep. Thessalonicensi, Graecorum sententiae.* In Tom. II sunt scripta: *Io. Vecci*, Patriarchae Cstpolit.; *Constantini Meliteonitae* Chartophylacis; *Georgii Metochitae* Diaconi; *Maximi Chrysobergae.* Omnia haec Allatius ex tenebris in lucem produxit ac latine reddidit notasque adiecit.

Eiusd. Allatii *Σύμμικτα s. Opusculorum Graecorum et Latinorum, vetustiorum ac recentiorum Libb. II*, editi atque aucti a *Barth. Nihusio*, Colon. 1653. 8.

Vett. aliquot Galliae Theologorum scripta, quorum nonnulla ex veteribus libris emendatius, aliqua nunc primum eduntur. Collecta illa sunt atque in lucem emissa cura Pet. Pithoei, Par. 1586. 4.

Vincentii Barralis *Chronologia Sanctorum et aliorum Virorum illustrium et Abbatum sacrae insulae Lerinensis, in unum volumen compilata, c. adnott. eiusdem*, Lugd. 1613. 4. ubi scripta Patrum Lerinensium exhibentur.

Io. a Bosco *Floriacensis Vetus Bibliotheca Benedictina, sancta, apostolica, pontificia, caesarea, regia, francogallica, ad Henricum IV, christianiss. Franciae et Navarrae Regem, ac Mariam Mediceam Reginam*, Lugd. 1605. 8.

VI. *Bibliothecae Ordinum religiosorum*, in quarum numero sunt:

Mart. Marrieri et Andr. Quercetani *Bibliotheca Cluniacensis, in qua SS. Patrum Abbatum Cluniacensium vitae, scripta, miracula, statuta, privilegia chronologiaque duplex, it. Catalogus abbatiarum, prioratuum, decanatuum, cellarum et ecclesiarum a Cluniacensi coenobio dependentium, una c. chartis et diplomatibus donationum eorumdem. Omnia nunc primum ex msptis Codd. collecta*, Par. 1614. fol.

Bertrandi Tissier *Bibliotheca PP. Cisterciensium i. e. Opera Abbatum et Monachorum Ord. Cisterciensis, qui seculo S. Bernardi, aut paullo post eius obitum floruerunt*, Bono-Fonte 1660 sqq. VIII. fol. *).

§. 35.

Restant quaedam Bibliothecarum Patrum genera, quae ut itidem adducantur, res ipsa, sive plenioris atque accuratioris commemorationis ratio, omnino postulat. Quum istae inter se vel *aetate*, vel *scribendi modo*, vel *argumentis* suis differunt, eas etiam distincte enarrandi, necessitas imposita est. In iis *Bibliothecis Patrum apostolicorum* primus locus assignandus. Prodierunt:

Io. Bapt. Cotelerii *SS. Patrum, qui temporibus apostol. floruerunt, Barnabae, Clementis, Her-*

---

*) Vogt *Catalog. libror. rarior.* p. 680.

mae, *Ignatii*, *Polycarpi Opera vera et ſuppoſititia, una c. Clementis*, *Ignatii*, *Polycarpi Actis atque Martyriis.* Quae omnia, ut titulus indicat, Coterierius *ex mſptis Codd. eruit ac correxit, verſionibusque et notis illuſtravit*, Par. 1672. II. fol. Editio haec maxime rara facta eſt, poſtquam pleraque eius exempla, antequam venderentur, incendio consumta fuerint. Eam ob cauſſam Io. Clericus de Bibliotheca hac Patrum apoſtol. denuo deſcribenda, ornanda atque augenda cogitavit, opusque ipſum Antverpiae ſ. potius Amſtel. 1698. II. fol. in lucem emiſit. Acceſſerunt: *Notae integrae aliorum Virorum doctorum, qui in ſingulos Patres memoratos ſcripſerunt et quorum nomina in praefatione habentur; it.* W. Beveregii *Codex Canonum primitivae Eccleſiae vindicatus;* Iac. Usserii *Diſſertt. Ignatianae* et Io. Pearsonii *Vindiciae Epiſtolarum S. Ignatii atque alia.* Clericus ipſe breviores notas variis locis adiecit. *) Sequuta eſt nova editio, auctior et accuratior, Amſtel. 1724. II. fol. **).

Thom. Ittigii *Bibliotheca Patrum apoſtolic. gr.-lat.*, *qua continentur:* S. Clementis *Rom. prior et poſterior ad Corinthios Epiſtola;* S. Ignatii *Epp. VII genuinae*, *quibus Eiusd. interpolatae et ſpuriae Epiſtolae*, *nec non Acta Ignatiani martyrii accedunt;* S. Polycarpi *Ep. ad Philippenſes*, *cui praeter Fragmenta Polycarpi*, *Eccleſiae Smyrn. de Polycarpi martyrio Epiſtola integra adiungitur*, Lipſ. 1699. 8. Praemiſſa eſt Diſſert. de *Patribus apoſtolicis* ſ. Scriptoribus eccleſiaſticis, qui Apoſtolorum comites et diſcipuli fuiſſe perhibentur. ***)

---

*) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 1. Io. Fabricii *Hiſt. Biblioth.* I, 44. Niceron *Mém.* IV, 248.

**) Clerici *Biblioth. ancienne et modern.* XVII, 174. XXI, 237. XXII, 287. *Journ. des Savans* a. 1725 *Ian.* p. 41. *Acta Erudit.* a. 1724. p. 52. Coleri *Auserleſene theolog. Bibl.* I, 743. Fabricius *Bibl. gr.* VII, 8.

***) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 1. Tentzelii *Monatl. Unterredung.* a. 1698. p. 956. Io. Fabricii *Hiſt. Bibl.* VI, 456

Rich. Rusel Bibliotheca apostolica, cuius inscriptio est: *SS. Patrum apostolic.*, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii *Opp. genuina, una c. Ignatii et Polycarpi martyriis, versionibus antiquis ac recentioribus, variant. lectionibus, selectisque Variorum notis illustrata. Accesserunt* S. Ignatii *Epp. tum interpolatae, tum supposititiae*, Lond. 1746. II. 8. *)

Epistolae SS. PP. apostolicor., Clementis, Ignatii et Polycarpi, atque duorum posteriorum martyria — c. varr. annott. et praef. I. Lud. Frey, Basil. 1742. 8.

C. F. Hornemann *Scripta genuina graeca PP. apostolicor., gr. et lat.*, Hasn. 1828 sq. II. 8. (3 Thlr. 16 Gr.)

§. 36.

Inter Scriptores ecclesiasticos fuerunt, qui monumenta de rebus sacris, ligato sermone composita, relinquerent, quumque et haec collecta ac coniunctim ad usum publicum translata sunt, ita *Bibliothecae Poëtarum christianorum* lucem adspexerunt. In illis edendis doctissimi Viri operam posuerunt. Spectant huc:

Aldi Manutii *Christiani Poëtae*, Venet. 1502. 4., ubi iunctim locum obtinuerunt Carmina Sedulii, Iuvenci, Aratoris, Lactantii, Cypriani, Damasi. Praefatio scripta est ad Danielem Clarium, Parmensem, in urbe Rhacusa bonas litteras publice profitentem. Prudentio nullus locus datus est. **)

Prudentii Poetae *Opera;* Prosperi *Epigrammata;* Ioannis *Damasceni*, Cosmae *Hierosol.*,

*) *Acta Erudit.* a. 1749. p. 604. *Biblioth. raisonn.* XXXVII, 230. Kraftii *Theolog. Biblioth.* I, 445. 889.

**) Collectionem hanc recenset Fabricius *Bibl. lat.* III, 293.

Marci et Theophanis *Cantica*, gr. ac lat., Venet. 1501. 4. ap. Aldum.

Liber ecclesiasticorum Carminum, cum aliis Hymnis et Prosis exquisitissimis, a SS. orthodoxae fidei Patribus compositus, Basil. 1538. 8.

Poëtarum vett. christianorum Volumen, quod lucem vidit, Basil. 1541.

Andr. Rivinus, cuius studio lucem viderunt: 1.) Q. Septimii Florentis Tertulliani *Opera poetica omnia. Notas breves post Pamelium, Fr. Iunium, Casp. Barthium* etc. *illis adspersit*, Gothae 1651. 8. ac *iunctis Poematis, quae Caecilii Cypriani esse perhibentur*, Lipf. 1653. 8. 2.) *L. Coelii* Lactantii Firmiani; Fr. Merobaudis, Hisp. Scholastici; incerti Constantini aevo Auctoris; Rustici Elpidii Exquaestoris, de Christi Iesu beneficiis et laudibus eius, aliquot christianae reliquiae, ut et huiusdem Elpidii et Amoeni Enchiridion, utriusque Testamenti historiam summam, cum per tristiticha, tum per tetrasticha complexum. Singula notis Andr. Rivini illustrata, Lipf. 1652. 8. 3.) Drepanii Flori, Theodulphi Aurelii, Ionae Aurelii, Moduini Hedui, nec non Agobardi Lugdunensis et Leidradi Antecessoris, Psalmi et Hymni aliaque Carmina sacra, nunc demum reperta vera ipsorum aetate, denuo revisa et iunctim in lucem data atque notis et animadverss. ornata a D. Andr. Rivino, Lipf. 1653. 8. 4.) Dracontii et Eugenii Toletani Carmina sacra, Lipf. 1653. 8.*) Praeter haec, alia Volumina Carminum sacrorum in conspectum publicum venerunt: e. g.

Ge. Fabricii, qui iuris publici fecit: *Poetarum veterum ecclesiast. Opera christiana et Operum*

*) Niceron *Mém.* XXXIII, 180.

Reliquias atque Fragmenta, Thesaurum catholicae et orthodoxae Ecclesiae et antiquitatis religiosae, ad utilitatem inventutis scholasticae collectum, emendatum digestum et commentario quoque expositum, Basil. 1564. 4. per Io. Oporinum. Exhibentur non solum ipsa Poetarum carmina, sed accessit quoque Commentarius, a *Ge. Fabricio* conscriptus, in quo, non solum res et verba obscuriora explicantur, sed et historica quaedam non vulgaria, ipsorumque Auctorum Vitae et ad Carminum genera quaedam spectantia, singulari studio elaborata inseruntur. Qui praetermissi sunt, eos enarrat Io. Alb. Fabricius *Bibl. lat.* I, 696., atque inter eos refert: Commodianum, Paullinum Petricorium, Orientium, Ennadium atque alios. Temporis, quo in volumine hoc collecti Scriptores vixerunt, nulla habita est ratio.

Iuvenci, Sedulii, Aratoris *Sacra Poësis, summa cura et diligentia recognita et collata, tum c. variis editionibus, praesertim Fabriciana, tum etiam c. mspto Codice,* Lugd. 1588. 12.

Ioach. Zehneri, cuius cura in lucem prodierunt: *Divorum Patrum et Doctorum Eccl., qui oratione ligata scripserunt, Paraphrases et Meditationes in Evangelia dominicalia, e diversis ipsorum scriptis collectae,* Lips. 1602. 8.

Poetae graeci christiani, una c. homericis Centonibus ex SS. Patrum operibus collecti et utraque lingua seorsim editi, Lut. Par. 1609. 8.

Opera et Fragmenta vett. Poëtarum latinor., profanorum et ecclesiasticorum (cur. Mich. Maittaire), Lond. 1715. II. fol. Poetae ecclesiastici hac collectione editi sunt: Tertullianus, Cyprianus, Iuvencus, Hilarius, Marius Victorinus, Ambrosius, Damasus, Prudentius, Sedulius, Alcimus Avitus atque alii.

Poëtae christiani: Prudentius, Dracontius, Iuvencus et Sedulius, edente Fausto Arevalo, Rom. 1788 — 94. V. 4., quae Collectio quatuor conſtat partibus et continet: 1.) Prudentii *Carmina, recognita et correcta, gloſſis Eſonis magiſtri et variant. lectt. illuſtr.* a F. Arevalo, Rom. 1789. II. 4. 2.) Dracontii, *Poetae chriſt. Saec. IV., Carmina, recenſ.* F. Aurevalo, *qui Prolegg., var. lectt.* etc. *adiecit,* Rom. 1791. 4. 3.) Iuvencii *Hiſtoriae evangelicae Libb. IV; Eiusd. Carmina dubia aut ſuppoſita, ad mſptos Codd. Vatican. aliosque, et ad vett. editt. recenſ.* F. Arevalus, Rom. 1792. 4. 4) Coel. Sedulii *Opp. omnia, recognita, Prolegomenis, Scholiis et Append. illuſtr. a* F. Arevalo, Rom. 1794. 4.

§. 37.

In Syllabo Bibliothecarum Patrum, ultimum locum *Bibliothecae iuris canonici veteris*, ſive Voluminibus eorum, quae inter graecos ac latinos Canones eccleſiaſticos collegerunt, tribuimus.

Opus hoc iuris publici fecerunt: W. Voellus et Henr. Iustellus prodiitque illud hac inſcriptione: *Bibliotheca iuris canonici veteris, in duos tomos diſtributa, quorum unus Canonum eccleſiaſticorum Codices antiquos tum graecos, tum latinos complectitur, ſubiunctis vetuſtiſſ. eorumdem Canonum Collectoribus latinis; alter vero inſigniores iuris canonici veteris Collectores graecos exhibet, ex antiquis Codd. mſptis Biblioth. Chph. Iuſtelli. Horum maior pars nunc primum in lucem prodit, c. verſionibus latinis, praefationibus, notis et indicibus, huic editioni neceſſariis,* Par. 1661. et iterum 1700. II. fol. *) Addi poteſt:

*) Quae opere hoc continentur, ea diligenter enarrat Fabricius *Biblioth. gr.* Edit. vet. XI, 50.

W. Beveregii *Synodicon s. Pandectae Canonum SS. Apostolorum et Conciliorum, ab Ecclesia graeca receptorum; nec non canonicarum SS. Patrum Epistolarum, una c. Scholiis Antiquorum, singulis eorum annexis et scriptis aliis huc spectantibus, quorum plurima e Bibliothecae Bodleianae aliarumque msptis Codd. nunc primum edita, reliqua c. iisdem Msptis summa fide et diligentia collata*, Oxon. 1612. II. fol. *)

§. 38.

Postquam expositionem de Bibliothecis Patrum ad finem perduximus, convertimus nos ad ea volumina, ubi ex antiquiorum christianorum Doctorum scriptis collecta sunt, quae libris divinioribus lucem afferunt, sive isti singulari studio, sive oblata occasione oracula Dei illustrarint, eo ordine, quo libri sacri inter se cohaerent. *Ἐξήγησιν συλλεγεῖσαν ἐκ διαφόρων Πατέρων* s. *ἑρμηνείαν συνερανισθεῖσαν* nominant eiusmodi Collectionem Graeci; *Catenae* autem vocabulo, insignitur a Latinis **). Magna harum Catenarum copia est, praesertim earum, quae adhuc msptae in Bibliothecis latent; quae vero typis exscriptae, hae fere sunt:

Nicephori *Hieromonachi, Catena in Octoteuchum et libros Regum*, Lips. 1772 sq. II. fol. (10 Thlr.)

*) De hoc quoque *Synodico* notitiam suppeditat Fabricius l. l. p. 54.

**) Agunt de Catenis praeter Ittigium in libro saepius iam laudato Rich. Simon in *Hist. crit des principaux Commentaires de N. T.* Cap. XXX. I. Chph. Wolf in *Diss. Catenas PP. graecas, easque potiss. msptas ex Cod. quibusd. Anglicanis sistente*, Witteb. 1712. 4. I. A. Noesselt D. *de Catenis PP. graecor. in N. T. Observatt.*, Hal. 762. 4. et in Eiusd. Tres Commentatt. ad H. E. pertinentes, Hal. 1817. 8. p. 321. et Io. Alb. Fabricius *Bibl. gr.* VIII, 637 sqq.

Catena graecor. PP. in Pentateuchum, cuius latina tantum interpretatio, a *Franc. Zephyro* compoſita, prodiit, Florent. 1547. et iterum Colon. 1573. 8. cum *Catena in Cantica V. et N. T.* Non integer Pentateuchus, ſed obſcuriora tantum illius loca explicantur.

Aloys. Lipomanni *Catena in Geneſin, ex Auctoribus eccleſiaſt. plus minus LX, iisque partim graecis, partim latinis connexa, in qua nihil eorum, quae ad explicationem Geneſeos faciunt, ſ. hiſtoricam, ſ. myſticam, deſiderandum*, Par. 1546. fol. et Lugd. 1657. fol.

Aloys. Lipomanni *Catena in Exodum, ex Auctoribus eccleſiaſt. plus minus LX, iisque partim graecis, partim latinis connexa*, Par. 1550. fol. et Lugd. 1657. fol. Catenae hae Lipomanni, non magnam utilitatem promittunt monſtrantque, iudicandi facultatem in Lipomanno fuiſſe mediocrem.

Catena Verſionum, Gloſſematum SS. PP., veterum et neotericorum interpretum, Ebraeorum, Graecorum, Latinorum in IV libros Regum, collectore, interprete et metaphraſte Io. Rdph. a Corduba, *c. inſtitutionibus moralibus pro concionatoribus*. Lugd. 1652. fol.

Catena in beatiſſ. Iob abſolutiſſima, e XXIV Graeciae Doctorum explanationibus contexta, cuius tres editiones, inter ſe diverſae, memorandae ſunt. Prima lucem vidit Lugd. 1586. 4. cura *Paulli Cum Deo*, i. e. ut nonnulli ſuſpicantur, *Paull. Comitoli*, cui ſecundam editionem debemus, cuiusque nomen illa prae ſe fert. Ipſa editio ſecunda iam dicti *Paul. Comitoli* ſtudio c. lat. interpretatione atque acceſſionibus prodiit Venet. 1587. 4. De Auctore Catenae huius diſſenſio eſt. Quem iam adduxi, Comitolus tribuit illam Olympiodoro, alii autem, gravioribus argumentis muniti, affirmant, Nicetam,

Heracleensem Archiepisc. Sec. XI, istam composuisse. Catenam hanc *Patricius Iunius* primus graece iuris publici fecit, nova latina interpretatione instruxit variaque addidit. Haec est tertia editio eaque princeps, cuius titulus est: *Catena graecorum PP. in b. Iob, collectore Niceta, Heracleae Metropolita, ex duobus msptis Biblioth. Bodleianae Codd. graece nunc primum in lucem edita et latine versa, op. et stud. Patricii Iunii, Bibliothecarii Regii. Accessit ad calcem textus Iobi στιχηρῶς, iuxta veram et germanam LXX interpretationem, ex venerando Bibliothecae regiae mspto Cod., et totius orbis antiquissimo et praestantissimo*, Lond. 1637. fol.

Balth. Corderii *Expositio PP. graecor. in Psalmos, ex vetustiss. sacrae Caes. Maiest. et Ducis Bavariae msptis Codd. ἀνεκδότοις concinnata, in Paraphrasin, Commentarium et Catenam digesta, latinitate donata et annotationibus illustrata,* Antverp. 1643—46. III. fol.. Exhibetur primum ad quosuis Psalmos argumentum et paraphrasis insignis graeci anonymi Scriptoris, una cum *Theodori*, Heracleae in Thracia Episc., Commentario, ex msptis Codd. Sequitur ipsa Catena ex variis antiquis PP. graecis, quam Corderius ex libris manu exaratis recensuit; ultimum autem locum tenent eiusdem annotationes in Psalmos singulos.

Franc. de Puteo *Catena aurea super Psalmos, nunc denuo a mendis tersa; nec non Hieronymi translatione ditata,* Par. 1530. fol. quae secunda editio esse videtur: alia enim sub titulo: *Catena aurea super Psalmos ex dictis Sanctorum PP.* Par. 1520. 4. prodiisse perhibetur.

Aloys. Lipomanni *Catena in Psalmos X primores ex Auctoribus ecclesiast. plus minus LXX, iisque partim graecis, partim latinis connexa. Nunc*

primum ab Andr. Lipomanno, *Fratris Filio, in lucem edita*, Rom. 1585. fol.

Aurea in L Davidicos Psalmos primores Doctorum graecorum Catena, *interpr.* Dan. Barbaro. Venet. 1569. fol.

De Sancti Pagnini *Catena in Psalmos*, quae Lugduni prelo subiecta est, pars tantum, Psalm. I—XXVIII continens, e prelo exiit: Inquisitorum enim haereticae pravitatis prava sollicitudine opus incoeptum interruptum est, et perpauca tantum extant exemplaria huius fragmenti. *)

Catena graecor. PP. in Proverbia Salomonis, cuius latinam interpretationem, quam Theod. Peltanus reliquerat, *Andr. Schottus* ad usum publicum transtulit, Antverp. 1614. 8. Addita est Gregorii *Thaumat. Metaphrasis in Ecclesiasten*, lat. ac gr. cum annotationibus ac catalogo eorum, qui in Salomonis *Proverbia*, *Ecclesiasten* et *Canticum Canticorum* commentati sunt. Accessit quoque Mich. Pselli *Paraphrasis in Canticum Canticorum*, in sermonem latinum conversa.

Pro Catena in Canticum Canticorum merito habendae: Eusebii, Polychronii, Pselli *in Canticum Canticorum Expositiones gr.* quas *Io. Meursius* primus *e tenebris eruit et publicavit*, Lugd. Bat. 1617. 4.

Catena PP. graecor. et latinor. in Ieremiam, quae locum obtinuit in Mich. Ghislerii *Commentario in Ieremiam*, Lugd. 1623. III. fol. Addita est Catena PP. in *Lamentationes Ieremiae et Baruchi* librum.

Catenae in IV Evangelia instar est: Euthymii

*) Vid. Contini *de singulari Sancti Pagnini libro Commentariorum in Psalmos;* in *Nuova Raccolta d' Opuscoli scientifici e filologici* T. XXXI., Ven. 1777. 8.

Zigabeni *Commentarius in IV Evangg. gr. et lat.* Textum gr., nunquam antea editum ad fidem duor. Codd. Mosquenſ. recenſuit, et repetita verſione lat. I. Hentenii ſuisque animadverſſ. edid. *Chr. F. Matthaei*, Lipſ. 792. III. 8. (9 Thlr.)

Etiam Theophylacti, Achridis in Bulgaria Epiſc., *Commentaria in IV Evangeliſtas*, e Chryſoſtomo et aliis antiquis Scriptoribus miſſa in compendium, Catenis adnumeranda ſunt. Extant iſta cum caeteris eiusdem Commentariis in Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Pauli et Epiſtolas canonicas, in Theophylacti, Bulgariae Archiep., *Operum omn.* editione Veneta 1754—63. IV. fol., quae curantibus *Io. Franc. Bern. Maria de Rubeis* et *Bonif. Finetti* prodiit.

Thom. Aquinatis *Catena aurea in IV Evangelia*, quae latina lingua quidem, at ex graecis latinisque PP. compoſita eſt. Prodiit illa non ſolum ab a. 1474 ſaepius ſeparatim variis locis, ſed etiam cum reliquis Thomae ſcriptis coniunctim. Editiones poſt a. 1566 a recentiore manu interpolatas eſſe, eruditi Viri animadvertunt. *) Ipſa Expoſitio haec IV Evangeliorum in recentioribus editionibus inſcribitur *Catena*, in antiquioribus autem *Gloſſa continua* appellatur, ex quo ſuspicari licet, Thomam ipſum vocabulo *Catenae* haud uſum eſſe.

Catena graecor. PP. in Matthaeum, cuius II tomi exſtant. Alter in lucem exiit ſub titulo: *Symbolarum in Matthaeum tomus prior, exhibens Catenam graecor. PP. XXI, nunc primum editam, ex Bibliotheca Caroli Montchal, Archiep. Toloſani*, Toloſ. 1646. fol. Evulgavit tomum hunc *Pet. Poſſinus*, ea ratione, ut graeca accurate recenſeret, in-

---

*) Simon *Hiſt. crit. des principaux Commentateurs du N. T.* XXXIII, 473.

terpretationem latinam, una cum notis ac libro de *Concordia Evangeliſtarum in Genealogia Chriſti* adderet. Alter tomus inſcriptionem praefert: *Symbolarum in Matthaeum tomus alter, quo continetur Catena PP. graecor. XXX, collectore Niceta, Epiſc. Serrarum*, Toloſ. 1647. fol. Editus ille eſt ex Cod. mſpto Electoris Bavariae, c. *Balth. Corderii* verſione latina. Tribuitur quidem Catena haec *Nicetae*; illum autem vere auctorem eius eſſe, probari haud poteſt.

Catena graecor. PP. in Evangelium ſec. Marcum, Rom. 1673. fol. Collegit Catenam hanc Pet. Possinus, ex Codd. mſptis recenſuit, digeſſit ac latinam verſionem addidit. Praemiſſum eſt Procopii *Encomium in Evangeliſtam Marcum* ac praeter Possini *Spicilegium* ſ. Commentarium in loca ſelecta quatuor Evangeliorum, acceſſerunt: *Collationes graeci contextus omnium librorum N. T. cum XXII Codd. mſptis ex Biblioth. Barberina.*

Balth. Corderii *Catena LXV graecor. PP. in S. Lucam, quae IV ſimul Evangeliſtarum introducit explicationem, luce ac latinitate donata et ex aliis PP. tam graecis, quam latinis ſuppleta et annotationibus illuſtrata*, Antverp. 1628. fol. Voluit quidem Corderius Catenam hanc graece ac lat. edere, quum autem iniquitas temporum impediret, quominus ad graeca deſcribenda ſumtus ſuppeditarentur, interpretationem ſuam latinam tantum in lucem emiſit.

Balth. Corderii *Catena graecor. PP. in S. Ioannem, ex antiquiſſ. graeco Cod. mſpto nunc primum in lucem edita*, Antverp. 1630. fol. Quum Corderius intellexiſſet, Viros doctos eosque linguae graece peritos aegre tuliſſe, quod *Catenam graec. PP.* in Lucam latine tantum edidiſſet, Catenam hanc in Ioannem utraque lingua, et graeca et latina, iuris

publici fecit. Est illa iudice *Rich. Simonio*, l. c. ceteris accuratior.

In *Acta Apostolorum* Catenae vicem exhibet Oecumenii, Episc. Triccae in Thessalia, *Commentarius*, qui cum Eiusdem Commentariis in Epistolas catholicas et in Epp. Pauli gr. c. lat. vers. *Io. Hentenii*, nitide edidit *Federic. Morellus*, Par. 1631. II. fol. Praeter hunc vero commemorandae:

Catena Explanationum veterum, SS. PP. in Acta Apostolorum et Epistolas catholicas, Io. Bern. Feliciano interprete, Venet. 1545. 8.

Excerpta ex Catena mspta in Acta Apostolorum et Epistolas catholicas, graece c. versione lat. et notis Io. Chph. Wolfii; quae extant in Eiusd. Anecd. gr. III. §. 92.

Pet. Longobardi *in omnes Epp. Paulli Collectanea ex Augustino, Ambrosio* al. *collecta*, Par. 1533. fol.

Veteris cuiusd. Theologi graeci succincta in Paulli ad Romanos Ep. Exegesis, ex graecis S. S. interpretibus desumta, lat., Io. Lonicero interprete, Basil. 1537. 4.

In *Apocalypsin* pro Catena habenda sunt Andreae Caesareae Cappad. Episc. et Arethae, eiusd. Caesareae Archiep., *Commentarii*; quorum prior legitur subiunctus Io. Chrysostomi ad N. T. Commentariis; posterior vero ad calcem Oecumenii a Feder. Morello editi.

Catena graecor. PP. in Cantica V. et N. T., edita ab Ant. Caraffa, Patav. 1564. 4. et iterum c. *Catena in Pentateuchum*, cuius antea mentionem feci. Praeter Catenas has, a nonnullis aliae memorantur, uti: Procopii Gazaei *Catena in Octoteuchum; s. octo priores libros V. T.*: S. Pagnini *Catena argentea super Pentateuchum et super omnes*

Psalmos; Floriani Nonnii *Catena argentea in Cap. I. Geneseos;* Pontii Carbonelli *Catena in universa Biblia.* Sed quum Catenae hae nec ex Patrum Eccl. monumentis collectae sunt; nec formam, Catenarum PP. propriam, prae se ferunt, omitti illae solent, non sine omni caussa.

§. 39.

Bibliothecis et Catenis Patrum adiungi possunt *Chrestomathiae patristicae,* quibus loca selecta, eaque uti Auctoribus visum est classica, vel characteristica ex Scriptoribus ecclesiasticis, vel singulis vel pluribus, cum graecis, tum latinis continentur. Eorum, qui recentiore tempore Patrum loca selecta collegerunt, alii Ecclesiae et Dogmatum historiae praecipuam rationem habuerunt, alii Dogmatices et Exegeseos, alii Homiletices, alii aliud consilium sequuti sunt.

Primus, qui Chrestomathiam patristicam hoc nostro sensu adornavit *), fuit Io. Chr. Schindel, cuius liber hac prodiit inscriptione: *Chrestomathia patristica graeca, s. Loci illustres ex antiquiss. PP. graecis selecti, ac nova vers. lat. scholiisque latinis per schediasmata quaedam in usum iuventutis gymnasticae adornata c. praefat.* Io. Fr. Burgii, Vratisl. 1739—45. VI. 8. Nostris temporibus accesserunt:

Io. Laur. Isenbiehl *Chrestomathia patristica graeca, ex optim. editt. collecta, in usum Scholarum,* Mogunt. 1774. 8.

I. Chr. W. Augusti *Chrestomathia patristica,* Lips. 1812. II. 8. (3 Thlr.) **)

---

*) *Alia huius generis scripta antea edita recenset* Fabricius *Bibl. gr.* XIII, 417. *et Io. Fr. Burg* in Praef. ad Schindelium.

**) *Wiener Liter. Zeitschr.* a. 1813. p. 1152.

Ge. Böhl *Opuscula Patrum ſelecta* c. praef. *A. Neander*, Berol. 1826 ſq. II. 8. (1 Th. 8 Gr.). Pars II habet etiam titulum: *S. Auguſtini Hippon. Epiſc. Opuscc. quaedam ſelecta ad haereſin Pelagianam pertinentia.*

Specc. IV. *Anthologiae patriſticae*, Gött. 1820 —30. 4.

Auserleſene Werke aus d. Schriften d. heiligen Väter, Ingolſt. 1822 ſqq. II. 8. (5 Thlr. 8 Gr.) Continentur hac Collectione: *S. Gregorii* Lib. regulae paſtoralis; et XL homiliarum in Evangg. Libb. II.; *S. Vincentii* Lirin. Commonitorium; *S. Aurel. Auguſtini* Confeſſ. Libb. XIII; Lib. de catechizandis rudibus; de agone chriſt.; de Fide et Symbolo; de Fide et Operibus; de doctrina chriſt. Libb. IV.

I. Csp. Orelli *Selecta Patrum Eccl. Capita, ad Exegeſin ſacram pertinentia*, Turici 1820—24. IV. 8. Eiusd. *Origenis loci aliquot ſelecti*, Turic. 1825. 6. (4 Gr.)

L. Pelt et H. Rheinwald *Homiliarium patriſticum*, Berol. 1829—32. I, 1. 2. 3. II, 8. Additae ſunt notae criticae, exegeticae, hiſtoricae. Fasciculi tertii colligendi et adornandi curam ſuscepe-runt *H. Rheinwald* et *C. Voigt*.

H. I. Royaards *Chreſtomathia patriſtica*. P. I. Trai. ad Rh. 1831. 8.

Caput IV.

DE SCRIPTIS PATRUM ECCLESIAE ADULTERINIS, CONTROVERSIS, CORRUPTIS AC DEPERDITIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Postquam generatim quaedam dicta sunt de necessitate, libros adulterinos ac germanos discernendi §. 40. 41.
Ac notae librorum adulterinorum enarratae §. 42.
Caussaeque indicatae, cur falsis Auctoribus scripta Patrum attributa §. 43.
Speciatim recensentur scripta Patrum adulterina §. 44—47.
Scripta Patrum controversa ac dubia §. 48.
Scripta Patrum corrupta §. 49—51.
Scripta eorumdem deperdita §. 52.

§. 40.

Non sufficit, cognitum sibi reddidisse, qualia ingenii monumenta antiquiorum Christianorum Doctores reliquerint, et qua ratione illa in lucem emissa sint; sed necesse quoque est, ut sciamus, quam fidem, quam auctoritatem scripta haec mereantur. Non omnia ab iis Patribus Ecclesiae omnino composita esse, quorum nominibus inscripta sunt, satis est notum; constat, iam olim et postea exstitisse, qui Patribus libros, tamquam Auctoribus, falso tribuerent. Eam ob rem

alia eorum ſcripta eſſe *germana*, alia *adulterina*, dicendum eſt; hocque diſcrimen haud negligere debemus, ſi quid ex Patrum libris recitare, vel probare velimus.

Recte hanc in rem Io. Gerhardus in *Methodo ſtudii theolog.* p. 268 ſcribit: „Genuina ac germana Patrum ſcripta ab adulterinis et ſuppoſititiis probe discernenda ſunt. Multa enim ſub venerabili Patrum pallio in Eccleſiae proſcenium hodie producuntur, quae ab Haereticis ſunt conficta, vel certe corrupta." Uberius poſtea haec ediſſerit atque ad rem probandam teſtimonia pariter atque exempla affert. In eodem argumento enarrando verſatus eſt Io. Dallaeus *De uſu Patrum Lib. I. C.* 3. una cum aliis, quorum poſtea mentio movebitur. Plura de ſcriptis ſuppoſititiis et adulterinis inveniuntur ap. Chr. W. Franc. Walch in *Krit. Nachr. v. d. Quellen d. Kirchenhiſt.*, Lipſ. 1770. 8. p. 128. 159.

§. 41.

Si quis igitur ſcripta Patrum Eccleſiae ac veras eorum ſententias intelligere, nec alia teſtimonia, niſi ab ipſis omnino edita, afferre vult, ſive illa ad recta dogmata confirmanda, ſive ad errores refutandos, ſive ad res geſtas illuſtrandas adhibeantur, neceſſe eſt, ut cognoscatur, quae ſcripta eorum ſint germana, quae adulterina, atque in uſu altera ab alteris probe discernantur.

§. 42.

Fieri hoc certe poteſt, quia ſuppetunt notae, ex quibus haud difficulter iudicari poteſt, num monumentum genuinum ſit, nec ne. Quae quum variae diverſaeque ſint, cum iudicio adhiberi de-

bent, nec iſtis plus vel minus, quam ad probandum revera valent, tribuendum eſt, ſive certe, ſive probaliter argumentatio fiat. *) Inter Eruditos fuerunt, qui notas generis huius recenſerent atque illuſtrarent. nimirum:

ANDR. HYPERIUS, qui expoſuit de illis libro de *Ratione ſtudii theologici* Lib. IV. C. 9.

ABR. SCULTETUS *Brevibus et perſpicuis aphorismis de fructuoſa lectione Patrum, Medullae theologiae Patrum* praemiſſis.

RICH. HOLDSWORTH, Theologiae in Collegio Greshamenſi olim Profeſſor, in *Theologicis Praelectionibus*, quae lucem viderunt, Lond. 1661. 4. Lect. 37.

ANDR. RIVET *Tr. de Patrum auctoritate, errorum cauſſis et nothorum notis*, quem Eiusdem *Critici ſacri* prae ſe ferunt; ni *Opp. theol.* II, 1041.

FR. SPANHEMIUS, cuius exſtant: *Canones iſagogici et critici ad fontes genuinos chriſtianae antiquitatis discernendos a nothis ac ſuppoſititiis*, praemiſſi EIUS *Hiſtoriae ſacrae* in *Opp.* I, 485.

W. CAVE *Regulae criticae ad discernenda genuina SS. Patrum opera neceſſariae;* in *Prolegg. Scriptorum eccleſiaſt. hiſtoriae litterariae* Sect. 6.

---

*) W. MÜNSCHER *An Dial. c. Tryphone Iuſtino M. recte adſcribatur* §. 2. „In tanta librorum ſpuriorum multitudine non ſatis commendari poteſt hiſtoriae eccl. cultori ſedula cura, ne librorum inſcriptionibus temere credat, iisque fidem habens. ſcripta ſuppoſita pro genuinis arripiat. — Verum ex altera etiam parte cavendum eſt, ne nimia in libris ſpuriis detegendis ſolertia ſtudioque abrepti et genuinos abiiciamus aut in dubium vocemus. Facile enim fieri poteſt, ut mentis acies, quanto magis in obſervandis notis, quibus ſuppoſita ſcripta prodantur, exerceatur, tanto proclivior ad ſuſpicionem evadat, et interdum vel in iis, quae ſatis certa ſint et explorata, haereat. Quod *Semlero*, Viro ſagaciſſimo, nonnunquam accidiſſe videtur. Qui cum fictorum librorum magnam copiam videret, hisque detegendis ſumma contentione animum adverteret, vel de iis libris dubitare coepit, quorum *αὐθεντία* ſatis firmo nititur fundamento.“

Io. Clericus, in cuius *Artis criticae* Vol. II. de locis et ſcriptis ſpuriis a genuinis ſecernendis copioſe diſſeritur.

Praecipua horum indiciorum, quae breviter ac perſpicue enarrat Cave, ſunt iſta: 1.) „In quocumque opere rerum perſonarumve, Scriptoris, cuius nomen prae ſe fert liber, aetate recentiorum, occurrit mentio, certiſſimum eſt falſitatis indicium; 2) Vocabula nova, vel novatae ſignificationis et quae manifeſto ſunt ſequioris aetatis libri, quo reperiuntur, νόθευσιν liquido oſtendunt; 3) Fabulae inanes, nugaeque ineptiſſimae, ab aevi apoſtolici, vel Scriptoris alicuius antiqui ingenio et gravitate abhorrentes, librum, quo continentur, cuiuscumque tandem nomen gerat, ſuppoſititium eſſe, clamant, ſaltem iuſtam de eo dubitandi rationem exhibent; 4) Stilus, totiusque orationis contextus, longe diverſus ab eo dicendi charactere, quo in genuinis ſuis uſus eſt Auctor, manifeſtum praebet ſuppoſitionis argumentum; 5) Merito νοθεύσεως damnatur liber, quo reperiuntur dogmata, iis plane contraria, quae in genuinis et indubitatis operibus verus Auctor tradidit; 6) Si in aliquo opere, Auctorem graecum ſibi vindicante, occurrat latinorum vocabulorum cenſura et explicatio, meritiſſimam falſitatis vel fraudis ſuſpicionem iniicit; 7) Quaecumque opuscula pro ſpuriis damnarunt Veteres, aegre admodum, nec niſi clariſſimis et validiſſimis argumentis admitti debent, praeſertim ſi accedant eorum ſuffragia, quorum intereſt, ut pro genuinis haberentur.“ Cf. Chr. W. Franc. Walch l. c. p. 149. Lectu prae ceteris digna quoque ſunt, quae habet Dupinius in *Methodo ſtudii theol. recte inſtituendi*, Aug. Vind. 1722. 8. p. 64 ſqq. „Permagni, inquit, in Theologia momenti res eſt peritia, diſtinguendi opera ſuppoſititia a veris, qua abſente ſaepe liber haeretici allegatur, ubi Eccleſiae Pater citari putatur, ineptus auctor ſub nomine Auctoris et veneratione et

admiratione dignissimi, Scriptor recens et nuperus pro quodam vetustissimorum auctorum: et quemadmodum decisio diversarum rerum, vel doctrinam, vel disciplinam attinentium a testimoniis saepe dependet, turpiter quis se decipit, qui fallacem viae ductorem sequitur. Dedimus iam alibi *Criteria* et coniecturas, quae *ad librorum suppositionem dignoscendam et diiudicandam* usui esse possunt: sed quid obstat, quo minus hic notas illas non inutiles utique, nec loco alieno, repetamus? Eae vel internae sunt vel externae, utraeque certo aliquando rem evincunt, aliquando vero gignunt probabilitatem. *Internae* sunt ex ipso opere depromptae, quod convincitur suppositionis vel a tempore illic nonnullis indiciis notato, vel a doctrinis ibi traditis, vel a stylo, quo liber est exaratus. *Tempus* criterium est certissimum: nihil enim magis perspicue prodit, opus illo tempore, quo supponitur, non esse scriptum, quam si notae posterioris temporis in eo deprehenduntur. Occurrunt autem hae primo in falsa subnotatione annorum, unde fraus patet: hoc enim impostoribus solemne est, ut, dum certum operi suo tempus assignant, imperitia turpi tale eligant, quo iam desierat esse in vivis autor, quem mentiuntur, aut ille, cui liber nuncupatur; quin et si recte eo signant tempore, quo auctor ille vixit, frequenter tamen falluntur in nominibus Consulum pessime adscriptis, vel aliis notis, ex quibus videre est, operis parentem verum tunc temporis, quo vixisse credi vult, vitam haud egisse. Secundo impostoribus plerumque accidit, ut in libris suppositititiis suis de hominibus subinde loquantur, velut tum iam viventibus, qui diu demum nati sunt post mortem autorum, quibus improba temeritate librum supposuerunt; aut ut historias referant, quae itidem diu demum post fata illorum contigerunt, item de urbibus populisque loquantur, quae isto aevo, quo aucto-

res hi, quorum nomina mentiuntur impostores, extabant, nondum erant cognitae, utque eos allegent auctores, qui post illos, quos loquentes inducunt, vixerunt atque scripserunt etc.

Dogmata sive *res* in opere contentae illius suppositionem redarguunt: 1.) Si ea ibi reperiuntur dogmata, quae multo post Auctoris, cuius nomen fert, tempora sunt ventilata aut clare tradita. 2.) Si eiusmodi ad exprimenda dogmata termini adhibentur, qui post mortem eius demum in usu ferri coeperunt. 3.) Si errores impugnantur, quasi eo tempore iam extiterint, cum tamen post eum sint orti. 4.) Si terminos, usus et consuetudines describit, quae nondum illo tempore vigebant. 5.) Si dogmata insunt illis contraria, quae in aliis Viri operibus reperiuntur, quae Auctoris verus atque genuinus absque controversia foetus sunt. 6.) Si de materiis tractatur, quae tunc temporis, quo Auctor inter mortales fuit, nondum tractari coeperant. 7.) Si historias continet, quarum fictio fabulosa vel manibus palpari potest.

Denique *stilus* ad instar lapidis lydii est, qui veritatem aut falsitatem operum detegit, quia impossibile est, Auctoris stilum adeo perfecte curateque aliquem imitari posse, ut non magna semper differentia intercedat. Per stilum non verba tantum atque termini sunt intelligendi (haec pérfacile quis imitari poterit) sed universum dicendi genus, scriptionis indoles, elocutio, figurae, methodus: quae omnia imitando haud facile ita quis expresserit, quin se frequenter imprudens prodat. Sunt nominatim certi Auctores, quorum stilus facile internoscitur, quique est inimitabilis. Non tamen semper propter exiguam stili differentiam sine alio indicio opus aliquod reiiciendum est, quia Auctores diverse saepe, diversis temporibus scribunt; neque etiam ob solam stili convenientiam, si alia suppositionis adsunt in-

dicia; recipiendus est liber, quia exercitatio homini interdum ex voto cedit, stilum alicuius auctoris praesertim in opere haud prolixo ad vivum imitari. Interim tamen differentia aut convenientia stili tam evidens esse potest subinde, ut veritatis aut falsitatis criterium sit irrefragabile.

Criteria *externa* petuntur: 1.) ab antiquis Manuscriptis, in quibus nomen Auctoris, cuius esse credebatur, vel plane non indicatur, vel alterius etiam disertis verbis operi praefigitur: Manuscripta autem quo sunt vetustiora et correctiora, eo maioris sunt aestimanda. 2.) Vel a testimonio, vel silentio veterum auctorum: ab ipsorum inquam testimonio, si formaliter vel claris verbis librum velut suppositum reiiciunt, vel alii auctori adscribunt; a silentio ipsorum, si nihil eius memorant, cum occasionem tamen dicendi habuerint. Argumentum hoc negativum magni interdum est ponderis, si e. g. integra opera, quae veteri cuidam auctori adscribuntur, toti antiquitati fuerunt ignota; si omnes illi, qui de operibus auctorum locuti sunt, eorumque catalogum in peculiaribus scriptis ad posteros transmiserunt, huius operis ne verbo quidem meminere; si liber Catholicorum hypothesibus favens ab eis non citatus fuit, qui data tamen occasione citare eum potuissent ac debuissent, maxime est probabile, librum istum esse suppositum. Certum etiam est, ad fidem libri alicuius imminuendam sufficere, si a nullis antiquis allegatus est, ideoque insignes planeque authenticos genuinae antiquitatis characteres prae se ferat oportet, ut sine contradictione recipiatur: e contrario autem, si vel leves tantum coniecturae adsunt, et antiqui de illo sileant, quin ad supposititios sit referendus, nullum est dubium.

Hae sunt regulae criticae ad discernendos libros falsos et suppositos a libris veris atque genuinis, quarum quaedam sunt demonstrativae, quaedam

probabiles modo. Criteria interna plerumque externis certiora ſunt, et inter criteria externa auctorum teſtimonium expreſſum fortiſſimum eſt. Dici tamen id in ſumma poteſt, omnia criteria nunc magis nunc minus eſſe demonſtrativa aut probabilia, ſupremamque regulam a iudicio aequitatis et prudentiae peti, ad quod rationes huius et illius partis ponderantur, quando omnes inſimul coniecturae pro et contra in unum colliguntur: ſaepe enim accidit, ut coniecturae ſingulae ſeparatim ſpectatae haud magni momenti videantur, quae ipſae, ſi omnes ſimul inter ſe combinatae coniungantur, certitudinem rei moralem praebent."

§. 43.

Cauſſae, cur Scripta Patrum Eccleſiae falſis Auctoribus tributa horumque nominibus in lucem emiſſa ſint, diverſi ſunt generis: differunt enim inter ſe, qui culpa ſuppoſitionis vel adulterationis tenentur, ſi animum ad ſines attendimus, quos iſti in libris, falſo inſcribendis, propoſitos habuerunt Qui malae mentis ſtudia ſequuntur, eorum duo maxime genera ſunt. Nonnulli id tantum meditantur, ut aliis illudant ac fucum faciant et ubi hoc fiat, ex eo perverſam voluptatem capiant. Sumunt ſibi, nugas, per iocum ad ludibrium confictas, ſplendidis inſcriptionibus adornare, vel inſulſorum hominum commenta nomine ac titulo Sanctorum Virorum diſſeminare. Alii, itidem bonae mentis expertes, id ſibi propoſitum habent, ut per ſictas inſcriptiones erroribus, perverſis opinionibus, ſuperſtitionibus ſuis auctoritatem concilient ac recte ſentire videantur. Qui bonos ſe praebent atque a malitia fraudeque alieni ſunt, falſorum Auctorum nomina in titulis adſcribunt, variis cauſ-

ſis adducti. Fit hoc praeſertim quando liber titulo caret, vel ex ignorantia, aut prava coniectura, vel ex ſtudio, auctoritatem ſententiae rectae conſenſu antiquiorum Doctorum augendi confirmandique, vel ex animo, honoris ac famae haud cupido, vel ex invidia, quam quis ſibi metuit.

Plura hac de re habentur apud Andr. Rivetum *Tract. de Patrum auctoritate* Cap. XIII. in Eiusd. *Opp. theol.* II, 1064.; ap. Io. Laur. Mosheim D. *de cauſſis ſuppoſitorum libror. inter Chriſtianos Saec. I et II.*, Helmſt. 1725. 4. et in Eiusd. *Diſſertt. ad H. E. ſpectant.* II, 222.; I. F. Cotta *Verſuch einer ausführl. Kirchenhiſt. des N. T.* §. 408—409. Digna, quae hic ſedem occupet, eſt animadverſio Schoenemanni in *Bibl. hiſt. lit. PP. latin.* II, 618. ita ſe habens: „*Homiliae* et *Sermones* SS. Patrum communi fere hac utuntur ſorte, ut de Auctoribus earum aut plane nulla, aut obſcura ſaltem et incerta fama ad nos delata ſit, doctorumque hominum iudicia diviſa identidem fuerint atque inter ſe discrepantia. Cuius rei cauſa maxime haec fuit, quod harum meditationum non ea cura ab ipſis Auctoribus ſit habita, qua ceteris ſuis libris perſpexerunt, quos et cum amicis ſuis communicaſſe et frequenter deſcribendos dediſſe, emendaſſe item, atque etiam, ſi aliquis numerus eſſet, in unum collegiſſe novimus. At Sermones, quos ex tempore fere meditari ſolebant, nonniſi ab audientibus excipiebantur et vix unquam ſub oculos Auctorum ſuorum redibant. Ex eiusmodi autem Commentariis, in quos forte non unius Doctoris tractatus colligebant, conficiebantur deinde *Breviaria* ſ. *Lectionaria* diverſarum Eccleſiarum, delectu, prout maxime conducere viderentur, vel ſecundum ſingulas dominicas, vel dies feſtos mobiles Sanctorum, habito. Quorum ut alia aliis erant locupletiora, ſic, ut occaſio fere-

bat, aut eorum, qui colligerent, cura ſocordiave nomina Auctorum modo adſcribebantur, modo omiſſa fuerunt; alibi nomen potioris i. e. cuius vel plurimae homiliae ineſſent, aut maxime inſignes, Volumini praefigebantur. Interdum tamen accidit, ut integrae etiam inſignis alicuius Oratoris ſermonum Collectiones vel in Eccleſiarum vel Privatorum uſum conderentur. Sed partim fraude, partim levitate deſcribentium in his inprimis turbatum fuit. Prae caeteris confuſae ſunt et in unum ſaepius congeſtae Homiliae Auguſtini, Ambroſii, Maximi et Caeſarii, non ſolum, quod numeroſiſſimae erant, ſed etiam per ſimilitudinem quandam, quae in dicendi ratione alterius cum altero, velut Caeſarii cum Auguſtino, Maximi cum Ambroſio etiamnum obſervatur, nec merae opinionis res eſt, ſed, ut Ambroſii editores Benedictini de Maximo oſtenderunt, ex imitatione et quadam veluti aemulatione eſt profecta."

§. 44.

Magnus eſt numerus librorum, qui fictorum Auctorum nomina prae ſe ferunt, nec in illis pauci ſunt Patres Eccleſiae, in quibus autem percenſendis omittenda ſunt monumenta ingenii Chriſto, Mariae, Apoſtolis afficta, cum ad Patrum ordinem Chriſtus cum Apoſtolis non poteſt referri, ſi accurate atque uſitate loqui velimus.

Conſtat ſatis, tantam olim quorumdam fuiſſe impudentiam, ut non tantum Apoſtolorum Virorumque apoſtolicorum, ſed ipſius quoque Chriſti ac b. Virginis Mariae nominibus ingenii ſui monumenta inſcribere, auderent. Quum eiusmodi ſcripta, quo maiorem antiquitatis ſpeciem prae ſe ferunt, eo facilius incautos fallere atque in errores inducere

possunt, ii consulendi sunt, qui de illis singulari studio exposueruut. Labore hoc perfuncti sunt:

Thom. Ittig *Dissert. de Pseudepigraphis Christi, Virginis Mariae et Apostolorum;* in *Append. Dissertationis de Haeresiarchis aevi apostolici*, Lips. 1696. 4. p. 97.

Io. Alb. Fabricius in *Codice apocrypho N. T., collecto, castigato, testimoniisque, censuris et animadversionibus illustrato*, Hamb. 1703. 19. III. 8. Princeps erat olim Fabricius inter eos, qui in enarrando argumento hoc versati sunt: recensuit enim non solum eiusmodi scripta, sed etiam ea ipsa collegit notisque illustravit; superavit autem eius diligentiam atque accurationem nostris temporibus Io. Car. Thilo cuius *Codex apocryphus N. T., e libris editis et msptis — collectus, recensitus notisque et prolegomenis illustratus*, Hal. 1832. 8. in lucem publicam exire coepit.

Io. Andr. Schmid, quo praeside defensa est disputatio, inscripta: *Pseudonovum Testamentum, exhibens Pseudoevangelia, Acta, Epistolas, Apocalypses*, Helmst. 1696. 4., ubi falsa scripta haec diligenter quidem recensentur, non ipsa autem exhibentur.

§. 45.

Exstant *Scripta* a longe plurimis pro *supposititiis* habita Patrum cum graecorum, tum latinorum. Inter *Graecos* Eccl. PP., quibus monumenta ingenii ficte attributa sunt, locum prae caeteris habent: Clemens *Rom.*, Ignatius, Iustinus *Martyr*, Tatianus, Athenagoras, Theophilus, Origenes, Gregorius *Thaumaturgus*, Cyrillus *Hierosol.* Praeter hos alii sunt, qui huc referri debent nempe: Cyrillus *Alexandr.*, Athanasius, Epiphanius, Basilius *Magnus*,

Gregorius *Nyss.*, Gregorius *Nazianz.*, Chrysostomus. Habentur igitur inter Graecorum PP. monumenta pro adulterinis vel ſuppoſititiis:

Clementis *Rom.*, Κάνονες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *Canones Apoſtolorum* 85, qui ab Apoſtolis ſanciti, a Clemente autem collecti perhibentur; Διαταγαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων *Conſtitutionum apoſtolicarum* Libb. VIII.; Ἀναγνωρισμὸς ſ. *Recognitionum* Libb. X., qui latine tantum ex recenſione Rufini extant, et qui varias inſcriptiones praeferunt atque appellantur l. Περίοδοι ſ. Πράξεις *Petri* vel *Clementis l. Itinerarium Clementis de factis et dictis Petri Apoſtoli l.* Πρὸς Σίμωνα τόν Μάγον Διαλέξεις *Disputatio Petri cum Simone Mago;* item *Homiliae XIX* quae τὰ Κλημέντια, *Clementina* dici ſolent et in Epiſtola Clementis nomine praemiſſa Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν καὶ κηρυγμάτων ἐπιτομή, *Epitome geſtorum Petri*, vocantur.

Ignatii *Epiſtolae VIII*, quarum exſtant quinque graece 1) ad *Mariam* Caſtabalitidem ſ. Neapolitanam prope Zarbum; 2) ad *Tarſenſes;* 3) ad *Antiochenos;* 4) ad *Heronem*, Diaconum Antioch. et 5) ad *Philippenſes* περὶ βαπτίσματος, tres autem latine, quae longe minorem fidem prae ſe habent, 1 et 2 ad *Ioannem* Evangeliſtam et 3) ad *Mariam* Virginem, cum huius reſponſione.

Iustini *Martyris* Ἐρωτήσεις χριστιανικαὶ ς' πρὸς τοὺς Ἕλληνας *Quaeſtiones et reſponſiones ad Graecos*, qui liber ſuppoſitus, ſaltem interpolatus eſſe iudicatur, qua ibi Manichaeorum mentio fit; Ἐρωτήσεις ἑλληνικαὶ ιε' πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ περὶ τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν *Quaeſtiones graecanicae ad Chriſtianos de Incorporeo et de Deo et de Reſurrectione mortuorum* et Ἀποκρίσεις χριστιαναὶ πρὸς τὰς προῤῥηθείσας ἐρωτήσεις *Chriſtianorumque ad eas reſponſiones*, qui liber appendicis loco

memoratis, *Quaestionibus ad Graecos* subiungitur; item Ἀποκρίσεις πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους, περί τινων ἀναγκαίων ζητημάτων *ad Orthodoxos responsionum ad quasdam christianas quaestiones Liber*, quo multa traduntur, quae iuniorem Scriptorem produnt, sive ille sit Iustinus Siculus, sive alius quis. *) Accedit Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας s. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος Σύνταγμα *Expositio fidei de recta confessione s. de S. consubstantiali Trinitate*, qua sunt loquendi formae ac vocabula, Iustini aetate ignota et post exortas Arianorum, Nestorianorum et Eutychianorum haereses quarto demum quintoque seculo nata atque usurpata. Idem dicendum est de libro, quem περὶ προνοίας καὶ πίστεως de *Providentia et Fide* contra Euphrasium Sophistam scripsisse dicitur, cuius fragmenta ad nos delata, itidem Nestoriana et Eutychiana tempora produnt.

Athenagorae opus, in libros X divisum, de *vero et perfecto amore*, quod sub eius nomine, veluti e graeco conversum, gallice, interprete *Fumaeo* (*Fumée, Sgr. de Genille*) prodiit.

Tatiani *Evangelium* διατεσσάρων s. *Harmonia evangelica*, quam Sec. VI sub Tatiani nomine venditavit Victor Capuanus, et quae postea latine edita est in *Orthodoxographis* et *Bibliothecis Patrum*. Neque altera *Harmonia*, quae cum illa coniungi solet, sub Ammonii *Alex.* nomine ex *Ottomani Luscinii* versione latina, in lucem producta, ad Tatianum, veluti auctorem, referri potest.

Theophili *Antioch.* Libb. IV *Commentariorum*, s. potius Scholiorum allegoricorum, in varia Evangelistarum loca, qui latine hodie leguntur.

---

*) Maturini Veyssiere la Croze D. *qua ostenditur, Scriptorem Quaestionum ad Orthodoxos, qui vulgo putatur Iustinus Mart., Diodorum esse Tarsensem*; in *Biblioth. Brem.* Cl. V. p. 656.

Clementis *Alex.*, *Liber* Στρωματέων *octavus*, qui certe, si Nostri est, ad Στρωματεῖς pertinere non potest; *Adumbrationes* s. Scholia *in aliquot Epistolas canonicas*, quae ex lingua graeca in latinam translatae in lucem editae sunt; Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Ὀυαλεντίνου χρόνους Ἐπιτομαί *Excerpta ex Scriptis Theodoti, et doctrinae, quae orientalis vocatur ad Valentini tempora spectantis Epitome* et Ἐκ τῶν Προφητικῶν Ἐκλογαί *Excerpta ex scripturis Prophetarum*, qui duo posterioris libri a quibusdam pro parte Hypotyposeon, ab Acacio autem et Damasceno pro octavo Stromatum libro habentur. *)

Origenis *Liber primus* τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου, *Philosophumena* inscriptus; *Commentariorum Libb. III in tria priora Iobi capita*, qui ab Auctore scripti sunt, qui Homousianis infestum se testatur; *Scholia in integrum Iobi librum;* item *Lamentum* s. *Planctus Origenis*, quo hic de erroribus suis poenitens inducitur; *Scholia in Orationem dominicam* et in *Cantica b. Virginis, Zachariae et Simeonis;* Libellus de *singularitate Clericorum*, qui inter Cypriani opera locum habere solet; *Homiliae in diversa Matthaei loca* aliaque.

Gregorii *Thaumaturgi Expositio fidei prolixior*, contra Arianos praecipue ac Sabellianos composita; *Capita XII de fide*, cum Anathematismis, qui maxime erroribus Nestorii et Eutychis oppositi sunt: *Sermones III in annunciationem S. Dei genitricis; Sermo in S. Theophania; ad Tatianum* Λόγος κεφαλαιώδης περὶ ψυχῆς.

Cyrilli *Hierosol. Allegorica expositio rituum quorumdam Ecclesiae s. Liturgiae graecae*, cuius

*) I. Gr. Vit. Engelhardt Pr. *Animadverss. ad nonnulla loca Excerptorum ex Theodoto et doctrina orientali Clementi Alex. vulgo attributorum*, Erlang. 1830. 4.

graeca inscriptio est: Ἱστορία f. Θεωρία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυσταγωγικὴ et *Epistola ad Augustinum de miraculis Hieronymi*, quibus nonnulli addunt *Homiliam de occursu Domini et de Simeone.*

Cyrilli *Alex.*, *Homiliae XVI in Leviticum*; *Homiliae XIX in Ieremiam*; Anastasii *Antioch.* et Cyrilli *Alex.* Ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, per quaestiones ac responsiones; *Catena in Marcum*, quae rectius Victori, Presbytero Antioch., tribuitur; *Apologi f. Fabulae morales*; Poema iambicum περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν *de animalium et plantarum proprietate*, quod auctorem habet Georgium Pisidem.

Athanasii *Disputatio contra Arium in Concilio Nicaeno*; *Sermo contra omnes haereses*; *in Historiam Melchisedech*; *Epistola ad Iovianum Imp.*; *Lib. de definitionibus*; Διδασκαλία f. *Doctrina ad Antiochum* Ducem: *Quaestiones et Responsiones* varii generis; *Historia imaginis Berytensis*; *Ex libro contra Latinos, quod Spiritus S. e Patre solo procedat*; *Syntagma doctrinae* ad Monachos omnesque Christianos tam clericos, quam laicos; *Dialogi V de S. Trinitate*; *Sermones f. Opuscula varia XX contra diversas haereses.* Accedunt alia monumenta, quae Athanasio falso tribuntur, ut: *Syntagma varii argumenti ad quemdam Politicum*; *Didascalia ad Monachos lenis et spiritualis*; Ἐξηγητικὸν *de templo Athenarum*; *de corpore et anima Apospasmation*; *de unita Deitate Trinitatis*, ad Theophilum Libb. VIII; *Vita et gesta S. Syncleticae*; *de S. Trinitate* Opusculum; *de ratione Paschae* Tractatus, una cum variis Homiliis atque Epistolis.

Epiphanii Liber περὶ τῶν Προφητῶν, πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται *de Prophetis eorumque obitu et sepultura*, plenus narrationum parum credibilium; Φυσιόλογος, διεξελθὼν περὶ τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν θηρίων

τε καὶ τῶν πετεινῶν *Phyſiologus de natura ferarum ac volucrum; Homiliae VIII* εἰς τὰ βαΐα, *in ramos Palmarum* εἰς τὴν θεώσωμον ταφὴν *in divini corporis ſepulturam* κ. τ. λ.; *Miraculum S. Euchariſtiae.*

Basilii *Magni* ſcriptis adulterinis annumerari ſolent: *Animadverſiones in canonicos et canonicas peccantes;* Ἐπιτίμια ſ. *Poenae in Monachos et Monachas delinquentes;* item *Homilia decima et undecima Hexaëmeron* de opificio hominis; Libellus *de grammatica exercitatione*, pro cuius vero auctore Manuel Moſchopulus, longe recentior Scriptor, habetur; Epiſtola latina de *Conſolatione in adverſis*, quae Victoris Cartenſis eſt; De *laudibus Eremi*, ſ. *Vitae ſolitariae* latine, quod fragmentum eſt ex opere Petri Damiani; *Admonitio ad filium ſpiritualem*, itidem latine; *Precatio*, qua Baſilius uſus ſit, antequam ſacris operam dederat; *Epiſtolae duae ad Apollinarium; Epiſtola ad Theodoſium Imp.; Rationes ſyllogiſticae* contra Arianos; *Expoſitio fidei* atque alia. Quae iam memorata monumenta non vere a Baſilio relicta, ſed ab aliis ſub nomine eius divulgata eſſe, quamvis plerique eruditi Viri ſtatuant, tamen de omnibus non certo definiendum eſt, num germana ſint, an falſo adſcripta.

Gregorii *Nyſſeni* varia ſcripta veluti adulterina adducuntur, uti ſunt: *Orationes in mulierem peccatricem* et in *principium ieiuniorum*, quas Asterii Amaſeni eſſe, eruditi Viri animadvertunt. His addi ſolet Liber de *Trinitate adv. Iudaeos*, quoniam ibi Chryſoſtomus excitetur, qui poſt Nyſſeni tempora floruerit. Quum autem explicatio dicti *Io. XIX*, 34, qua Chryſoſtomi mentio ſit, in graeco libri huius textu, a Laur. Alex. Zacagnio *Collectione Monumentorum vett. Eccleſiae graecae ac latinae* p. 288, primum edito, haud legatur, nullum argumentum ex Chryſoſtomi mentione contra ſcriptum hoc ſumi poteſt.

Gregorii *Nazianzeni Metaphrasis*, s. *Translatio in Ecclesiasten Salomonis*, quae inter *Orationes* eius est quinquagesima tertia et Auctorem habet Gregorium Thaumaturgum; praeter *Metaphrasin* autem, *Christus patiens, tragoedia*, quam ab Apollinari seniore scriptam esse, eruditi Viri suspicantur. *)

Io. Chrysostomi scripta adulterina quae sint, VV. DD. non plane consentiunt, ac quae alii monumenta germana esse pronuntiant, ea alii monumentis falsis annumerant, aut certo rem dubiam esse, iudicant.

§. 46.

Fuerunt quoque, qui *Latinis* Ecclesiae Patribus ac Scriptoribus monumenta varii generis supponerent. Constat id de Tertulliano, Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Paullino, Leone *Magno*, Cassiodoro. Scripta ipsa, Doctoribus his antiquioribus falso attributa, nunc eadem ratione, qua antea similia Graecorum enarravimus, recensebimus. Memoranda loca hoc sunt scripta supposita:

Tertulliani Libellus de *haeresibus*, qui Commentationi de *Praescriptione adv. Haereticos*, velutí appendix a Cap. 45. usque ad finem adiungi solet; *Poëmata*, quae Iac. Pamelius Tertulliano tribuit, *Genesis* nimirum et *Sodoma*; *Carmen ad Senatorem*; *Libri quinque adv. Marcionem* et Liber *de iudicio Domini*. **)

---

*) Vid. de hoc tragoedia H. C. Abr. Eichstädt Pr. *Drama christ.*, *quod* Χριστος Πασχων *inscribitur, num Gregorio Nazianzeno inscribendum sit*, Ien. 1816. 4., qui contra I. Chr. W. Augusti disputat, qui id Carminis in *Quaestionum patristicarum Biga*, Vratisl. 1816. 4. Gregorio vindicat.

**) Allixius *Dissert. de Vita et scriptis Tertulliani* X, 81.

Cypriani de *Paſcha Computus*, qui tamen Cypriani ſaltem aevum referre videtur; Libri de *Spectaculis;* de *Disciplina et Bono Pudicitiae*, quem Erasmus Roterod. Cornelii eſſe putat; de *Laude Martyrii ad Moyſen et Maximum;* de *Cardinalibus Chriſti operibus*, opus Arnoldi, Abbates Bonae Vallis; de *Aleatoribus;* de *Singularitate Clericorum*, opus, quod circa Bedae aetatem ſcriptum eſſe putatur; *Expoſitio in Symbolum apoſtolicum*, quae Rufini eſt, et alii libelli cum quibusdam Carminibus et Orationibus.

Hilarii *Epiſtola ad Auguſtinum*, cum alia ad *eumdem*, quae Hilarii cuiusdam iunioris eſſe videntur; *Carmen in Geneſin; Epiſtola ad Abram filiam;* Liber de *Patris et Filii Unitate* et Liber *de Eſſentia Patris et Filii*, uterque ex Hilarii libris de Trinitate conſarcinatus; *Confeſſio de Trinitate*, quae eſt Alcuini, cuius libris de Trinitate adhaeſit.

Ambrosii ſuppoſitorum ſcriptorum ingens numerus eſt, ex quibus hic memoranda: *Tractatus de XLII Manſionibus filiorum Israel; Commentarius in Epiſtolas XIII b. Paulli; Tractatus in Symbolum Apoſtolorum*, ſ. ut habent Codd. mſpti, de *Trinitate et Reſurrectione;* item de *Filii Dei Divinitate et Conſubſtantialitate*, ſ. de *Fide orthodoxa* contra Arianos; Libellus de *Dignitate ſacerdotali; Tractatus ad Virginem devotam; Sermones de Tempore, de Sanctis* aliique; *Precationes duae ad Miſſam praeparatoriae; Expoſitio in Apocalypſin;* Liber de *Poenitentia;* Libellus de *Spiritu S.;* Tractatus de *Concordia Matthaei et Lucae in Genealogia Chriſti.* Praeter haec, memorantur alia, Ambroſio male tributa. In his ſunt Libri de *Vocatione gentium; Tractatus de Origene et moribus Brachmanorum; Acta S. Sebaſtiani Martyris;* Liber de *Vitiorum ac Virtutum conflictu; Expoſitio Fidei Symboli Nicaeni;*

Exhortatio ad Poenitentiam; Sermo de Purificatione Mariae.

HIERONYMI Opuſcula, falſo ipſi adſcripta, IO. MARTIANAEUS collegit ac in HIERONYMI *Operum Tom. V* coniunctim exhibuit, in tres Claſſes diſtributa, ita ut complectatur 1) Epiſtolas, quarum Auctores ignorantur; 2) Scripta, quae ſuis titulis proprios teſtantur Auctores; 3) Monumenta, quae ſuos Scriptores prae ſe ferunt, parum autem docta habentur. In Opusculis tamen his quaedam, itidem adulterina omiſſa ſunt inque his locum habent: Liber *Comitis*, ſ. *Lectionarius*, qui editus eſt a IAC. PAMELIO *Liturgicor.* II, 1.; *Indiculus de haereſibus*, in lucem emiſſus a CLAUD. MENARDO, Par. 1617. 8., de quo pluribus exponit THOM. ITTIG, *Praefat. Diſſert. de Haereſiarch.* p. 4.; *Martyrologium*, quod ſub Hieronymi nomine vulgatum illuſtratumque eſt a FRANC. MARIA FLORENTINIO, Luc. 1668. fol. et ante eum a LUCA DACHERIO, *Spicileg.* II, 1.; *Commentarii in omnes Pſalmos*, quos Hieronymi haud eſſe, de eo omnes fere conſentiunt resque ipſa hoc haud obſcure indicat, quum exponendi ac ſcribendi genus ab indole ac conſuetudine Hieronymi alienum eſt. Idem valet de *Profeſſione Fidei*, quae Hieronymo adiudicanda et Pelagio adſcribenda. *)

PONTII PAULLINI *Carmen euchariſticum de vita ſua;* Libb. VI de *vita S. Martini; cum Epiſtola ad Fauſtum Rhegienſem* de variis quaeſtionibus, quae dudum *Paulino Petrocorio* l. *Petricordio*, Scriptori Sec. V. exeuntis, a recentioribus editoribus adſcripta ſunt.

---

*) IO. LAUNOI *Diſſ. de vero auctore Profeſſionis Fidei, quae Pelagio, Hieronymo et Auguſtino tribui ſolet*, Par. 1663. 8. et in *Opp.* edit. Colon. a. 1731. II, 2, 305.

Augustini, ut Ambrosii, multa circumferuntur scripta supposititia l. spuria, et inter praecipua eorum numerantur: Lib. de *Grammatica*; *Principia Dialecticae et Rhetoricae*, Libb. III.; *Categoriae decem ex Aristotele decerptae*; Lib. de *Vita eremitica ad Sororem*; item Libb. III de *Mirabilibus S. Scripturae*; de *Benedictionibus Patriarchae Iacob*, qui liber Alcuinum Auctorem habet; *Quaestiones Vet. et N. T.*; *In Apocalypsin d. Ioannis Expositio*; *Sermones* permulti; Lib. de *Spiritu et Anima*; Lib. de *Amicitia*; Lib. de *diligendo Deo*; Lib. *Soliloquiorum Animae ad Deum*; Lib. de *Contritione Cordis*; Lib. *de Vita christiana*, ab Holstenio vero suo parenti, *Fastidio*, Britannorum Episc., restitutus; varia scripta polemica, uti sunt: *Adversus quinque haereses* s. *contra quinque hostium genera Tractatus*, sc. adv. Paganos, Iudaeos, Manichaeos, Sabellianos et Arianos; *Contra Iudaeos, Paganos et Arianos Sermo*; *Sermo de Symbolo*; *de Fide adv. Manichaeos*; Liber *contra Felicianum Arianum de Unitate Trinitatis*; *Quaestiones de Trinitate et Genesi*; Lib. *contra Fulgentium Donatistam*; *Hypomnesticon contra Pelagianos et Coelestianos*. *)

Leonis *Magni in natali S. Vincentii Martyris Sermo*; in *Nativitate Domini Sermo*; in *Ascensione Domini*; in *nativitate SS. Apostolorum Petri et Paulli*; *Tractatus adv. errores Eutychis et aliorum*; *Epistola de Chorepiscoporum privilegio*, quae Opuscula Quesnellus in Leonis *Operibus*, ab ipso editis, scriptis adulterinis annumeravit.

M. Aurel. Cassiodori *Expositio in Cantica Canticorum*; Lib. de *Schematibus et Tropis*, nec non

*) Benedictini Monachi in editis Augustini *Operibus* scripta eius adulterina a germanis sedulo distinxerunt atque in Appendices, singulis tomis subiunctas, transtulerunt. Copiose de illis exposuit Natalis Alexander *Histor. eccles.* Sec. V. Cap. 4. §. 3.

quibusdam locis rhetoricis S. Scripturae, quae passim in Commentariis Cassiodori in Psalmos reperiuntur, qui Bedae potius adscribi debet; Lib. de *Amicitia vera* qui Petro Blesensi adiudicatur; *SS. Paphnutii, Spiridonis et aliorum Vitae.*

§. 47.

Quae iam de libris Patrum Eccl. adulterinis breviter tradidimus, VV. DD. singulari studio enarrarunt ac de scriptis his uberius exposuerunt, ea tamen ratione, ut afferrent interdum, quae non satis firma sunt; quid de Auctoribus sit statuendum, non definiant; remque non certam, sed probabilem tantum ac dubiam reddant. In solis coniecturis omnino nonnumquam acquiescere debemus hancque ob caussam distincte indicandum est, alia monumenta certe, alia probabiliter falsorum scriptorum nomina prae se ferre.

Argumentum de scriptis, Patribus falso tributis eamque ob rem a germanis eorum monumentis distinguendis, VV. DD. singulari industria enarrarunt et varia scripta huc spectantia in lucem emiserunt. Locum in illis habent:

Andr. Riveti *Critici sacri Libb. IV, in quibus expenduntur, confirmantur, defenduntur l. reiiciuntur censurae Doctorum, tam ex Orthodoxis, quam ex Pontificiis, in scripta, quae Patribus plerisque priscorum et puriorum seculorum incogitantia l. error adfinxit, aut dolus malus suppofuit,* qui libri saepius prodierunt, cum separatim 1612. 1625. 1641. 1660. 1690. 8., Genev., Lips. et aliis locis; tum coniunctim cum reliquis eius scriptis, in Eiusd. *Opp. theol.* II, 1041. Praemissus est *Tr. de Patrum auctoritate, errorum caussis et nothorum notis,* iam antea memoratus. Incipit Rivetus ab

Epiſtoſa, quam Servator noſter ad Abgarum ſcripſiſſe dicitur, ac deſinit in GREGORII *M.* libris.

ROB. COCI *Cenſura quorumdam ſcriptorum, quae ſub nominibus ſanctorum et vett. Auctorum a Pontificiis in quaeſtionibus, potiſſimum hodie controverſis, citari ſolent, in qua oſtenditur, ſcripta illa l. eſſe ſuppoſititia l. dubiae ſaltem fidei*, quae in lucem exiit, Lond. 1614. 23. 4. et Helmſt. 1680. 8. cura *Gebh. Theod. Meieri.* Liber ipſe non contemnendus eſt ac praebet omnino utilitatem. De ſcriptis, quae Auctor ſuppoſita eſſe, aut dubiam fidem praeferre exiſtimat, ipſorum plerumque Pontificiorum teſtimonia afferuntur. Quando PH. LABBEUS in *Biblioth. Bibliothecar.* p. 186. iudicat, COCI hanc *Cenſuram c. Critico Riveti, Medulla Sculteti, Hottingeri Rhapſodia* ceter. *in caſtellum lethes, unde nefas egredi, procul ablegandam eſſe*, confirmat iniquitatem ſuam erga omnes, qui a Praeſule Rom. abhorrent, ſatis iam notam ac cum ſumma petulantia coniunctam.

IO. H. HOTTINGERI *Elenchus ſ. Catalogus ſcriptorum ſuppoſititiorum*, in EIUSD. *Diſſertt. miscell. Pentade*, Tigur. 1654. 8. in quo non tantum Patrum per quinque priora Sec., ſed etiam Iudaeorum ac Paganorum, itemque Patriarcharum, Prophetarum, Chriſti quoque atque Apoſtolorum Virorumque apoſtolicorum ſcripta ſuppoſita breviter recenſet.*) Addi et poſſunt: W. PERKINSI Lib. de *Romanae fidei ementito Catholicismo*, in EIUSD. *Opp. theol.*, Genev. 1611. fol.; I. F. COTTA in *Verſuch e. ausführl. Kirchenhiſt. des N. T.* II, 1107. et VIT. ANT. WINTER in *Krit. Geſch. d. älteſt. Zeugen* p. 29 ſqq.

---

*) NICERON *Mémoires* VIII, 127.

§. 48.

Singularem ordinem et iis Patrum Eccl. ſcriptis aſſignare licet, quae *controverſa vel dubia* appellari poſſunt, quoniam de eorum Auctoribus disputatur, dum alii affirmant, compoſita iſta omnino a Scriptoribus, quorum nomina prae ſe ferunt ac pro illis, tamquam monumentis germanis, pugnant, alii autem hoc negant ac de quibus disputatio fit, libros eſſe adulterinos ſtatuunt. In eiusmodi disceptatione res interdum manet dubia, quando Argumenta utriusque partis eadem probandi virtute valent, aut non multum vi ſua differunt. In numero horum ſcriptorum ſunt:

Clementis *Rom.* duae *Epiſtolae ad Corinthios.* Priorem nonnulli monumentis adulterinis annumerant, e. g. Io. Toland, in *Catalog. libror., Chr. et Apoſt. adſcriptor.* Cap. XVIII. T. I. p. 392.; Io. Hülsemann, in *Calixtiniſcher Gewiſſenswurm* p. 940.; Abr. Calov, in *Bibl. illuſtrat.* IV, 250.; Chr. Salig, in *Comment. de Diptychis Veterum* p. 39. atque alii; plerique autem refragantur illis ac gravioribus argumentis inſtructi, merito affirmant, Epiſtolam hanc vere a Clemente ſcriptam eſſe. De poſteriore Epiſtola ſententiae Virorum doctorum itidem inter ſe discrepant. Sunt, qui ei eamdem auctoritatem cum priore tribuunt, ceteri autem omnes Scriptores repugnant ac pretium harum litterarum multum imminuunt, immo negant, Clementem Auctorem earum eſſe; qua de re legendi: Thom. Ittig, in *Diſſertat. de Patribus apoſtol.*, quae eiusdem *Biblioth. PP. apoſtolicor.* praemiſſa eſt p. 252. et Io. A. Dietelmaier in D. *de Fragmento Clementis Rom., quod ſub nomine Epiſtolae ſecundae ad Corinthios habetur,* Altd. 1749. 4. Medio Sec. XVIII. ſub Clementis huius nomine duae aliae

Epistolae, antea ignotae, ex Cod. mspto N. T. syriaci cum latina interpretatione a Io. Iac. Wetstenio in lucem editae sunt. Quum enim ille dictum Codicem accepisset ibique Epistolas has invenisset, iuris publici eas fecit atque editioni suae N. T. graeci, Amstel. 1751. fol. emissae, adiunxit, aliisque persuadere sibi sumsit, Epistolas has vere Clementis esse, duabus maxime inductus rationibus: altera Hieronymi, altera Epiphanii auctoritate. Epistolae hae separatim lucem viderunt, sub titulo: *Duae Epist. Clementis Rom., discipuli Petri Ap., e Cod. mspto N. T. syriaci nunc primum erutae, c. versione latina*, Lugd. Bat. 1754. fol. *) Reiectae illae sunt, tamquam scripta ficta ac supposita, ob rationes graviores, in variis monumentis erudite enarratas. Restitit Nathan. Lardner et Dissertationem opposuit, lingua anglica compositam atque ita inscriptam: *A Dissertation upon the two Epistles ascribed to Clement of Rome, lately published by Mr. Wetstein, with large extracts ont of them and an argument schewing them not to be genuine by Nathaniel Lardner*, Lond. 1753. 8., quae multum se commendavit. **) Praecipue ad Wetstenii adversarios adiunxit se H. Venema ac tres *Epistolas* ad usum publicum transtulit. Prima inscripta est: *Epistola ad Virum celeberrimum P. Wesseling, qua duas Clementis Epistolas, ad calcem N. T. nuper publicatas, Epiphanio et Hieronymo notas fuisse, in dubium vocatur et de scopo posterioris sic dictae Epist. Clementis ad Corinthios disseritur*, Harling. 1754. 8. ***) Caussam suam ut ageret contra adversarium

*) *Acta Erudit.* a. 1756. p. 30. Kraft *Theolog. Biblioth.* X, 117. Baumgarten *Nachrr. v. merkuw. Büchern* IV, 117.

**) Baumgarten *Nachrr. v. merkww. Büchern* IV, 398. Kraft *Theolog. Biblioth.* X, 756.

***) *Bibl. des Sciences* II, 1, 51. Kraft *theol. Biblioth.* XI, 206. *Acta Erudit.* a. 1756. p. 33. *Gött. gel. Anz.* a. 1754. p. 1044.

hunc, WETSTENIUS evulgavit: *Ep. ad H. Venema de duabus Clementis Rom. ad Virgines Epistolis, ex Cod. syriaco nuper editis*, Amstel. 1754. 8. *) Respondit VENEMA in *Ep. secunda de genuitate Epistolarum Clementis, a Wetstenio publicatarum ad T. Hemsterhuis, qua pro secundo contra has Epistolas dubio, nonnulla ex ipsis illis proferuntur, a Clementis persona et tempore alieniora et de Virginitatis conspectu, secundum Patres apostolicos et ecclesiasticos, differitur; nec non Auctorem secundae sic dictae Ep. Clementis ad Corinthios, alium esse et eo posteriorem demonstratur*, Harling. 8. Praeter has duas Epistolas edidit VENEMA *Tertiam Epist. de genuitate Epistolarum Clementis, a Wetstenio publicatarum, ad H. Cannegieter, qua pro tertio contra has Epistolas dubio, alia a Clemente Rom. aliena et eius temporibus posteriora in medium adducuntur et generalia Auctoris eiusque aevi criteria tanguntur*, Harling. 8. **) Ad rem illustrandam consuli potest: Io. G. FREUDENBERGERI Comment., qua *Historiam recentioris Controversiae de Clementis Rom. Epistolis* exhibet, Lips. 1755. 4. et ANDR. GALLANDIUS in *Prolegg. ad Bibl. vett. PP.* T. I. p. xx.

II.) *Canones Apostolorum*, quos, si non omnes, quosdam tamen eorum Apostolos reliquisse ac Clementem Rom. collegisse, nonnulli statuunt, non solum inter Pontificios, sed etiam W. WHISTONUS, quem in eo posuisse operam, ut cum *Constitutionibus* etiam *Canones apostolicos* ad Apostolos, tamquam Auctores, referret iisque divinam tribueret auctoritatem, constat. Alii repugnant negantque, Canones hos monumentum esse Apostolorum, haecque est communis sententia nostrorum ac reformato-

---

*) *Biblioth. des Sciences* II, 1, 64. KRAFT *Theol. Biblioth.* XI, 207.

**) KRAFT *Theol. Biblioth.* XI, 305.

rum Scriptorum. Immo inter ipsos Pontificios fuerunt, qui idem aperte faterentur. Satis monstrarunt eruditi Viri, Canones hos esse suppositos, hancque in rem argumenta attulerunt evidentia ac magna probandi vi praedita. Disputatum est de illis non solum superiore, sed etiam nostra aetate ac singularia scripta utriusque partis quae in lucem prodierunt, haec fere sunt: Franc. Turriani *Tr. pro Canonibus Apostol. adv. Magdeburg. Centuriatores*, Par. 1573. 4. Ant. Constant. de Castrovillare *D. de Canonib. Apost.*, Rom. 1697. 4. I. Paul. Hebenstreit *D. de Canonib. apostol.*, Ien. 1701. 4. F. W. Ianus *D. de antiquitate Canonum apostol.*, Vitemb. 1706. 4. Iust. Henning Böhmeri *Obs. II ad Petr. de Marca Dissertt. de Concordia Sacerdotii et Imperii Lib. III.*; H. Benzel *Exercit. de Canonib. apostol.* in Eiusd. *Syntagm. Dissertt.* I, 129. Otto Carsten Krabbe *De Codice Canonum, qui Apostolorum nomine circumferuntur*, Götting. 1829. 4. E. Regenbrecht *D. de Canonib. Apost. et Cod. Eccl. Hispaniae*, Vratisl. 1829. 8. I. Seb. v. Drey *N. Untersuch. üb. d. Constitutt. u. Kanonen d. Apostel*, Tub. 1832. (1 Thlr. 16 Gr.) p. 201.

III.) *Constitutionum libri octo*, quos tamquam germanum monumentum Apostolorum ac Clementis Rom. defendunt nonnulli inter Praesulis Rom. adsectatores atque inter Anglos W. Whiston, cuius in hanc rem conscriptus libellus hoc titulo prodiit: *An Essay on the Apostolical Constitutions, wherein is proved, that they are most sacred of the canonical Books of the N. T.* *), qui id omni studio egit, ut Constitutiones cum Canonibus apostol. vindicaret ipsis Apostolis, atque utrisque communem

*) Caetera Whistonii scripta, quae huc pertinent, nominat S. F. G. Hoffmann in *Lexic. bibliogr.* p. 507.

cum S. S. adsereret auctoritatem. Opinio haec satis est profligata atque eruditissimi Viri abunde monstrarunt, longe eos a veritate aberrare, qui persuadent sibi, *Constitutiones* has ab Apostolis esse profectas et a Clemente Rom. collectas. Inter scripta, quae de origene et conditione harum Constitutionum egerunt, prae caeteris memoranda sunt: C. F. Pezold *Dissertt. II. de Clemente eiusque Constitutt. apostol.*, Lips. 1690. 4. G. Wernsdorf *D. de Constitutionum apostol. origine — adv. Whistonum*, Witteb. 1739. 4. I. F. Cotta *D. de Constitutt. apostol. vulgo dictis*, Tubing. 1746. 4. Otto Krabbe *Ueb. d. Urspr. der sogenannten apostol. Constitutt. d. Clemens Romanus*, Hamb. 1828. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) *)

IV.) *Recognitionum Clementis Rom. Libb.* X. authentiam plures inter Viros doctos vel in dubium vocarunt, et impugnarunt, vel plane negarunt, praesertim Thom. Ittig in *Selectt. Capp. H. E. Sec. I.* p. 57. et in *Dissert. de Patribus apostol.* §. 71.; Io. Iortin in *Remarks on ecclesiast. history* I, 338.; I. W. Feuerlein in *Philosophemata potiora Recognitionum, Clementi Rom. falso attributarum*, Altd. 1728. 4. et alii quorum recensum agit I. F. Cotta in *Vers. ein. ausführl. KHist.* §. 426. Multus etiam est de Recognitionibus Clementis Iust. Fontanini in *Hist. literar. Aquilei. Lib. V. C.* 10., et disserit de vero Auctore horumce librorum, de Aetate, qua scripti sint, de Censuris, quas Gelasius Papa de illis tulit, de Interpretatione Ruffini etc. **)

V.) In *Epistola Barnabae* stilus quidem relucet aevo apostolico congruus, sed quoniam, ut

---

*) *Götting. gel. Anz.* a. 1829. N. 105.

**) Fontanini Dissertationes Andr. Gallandius recudi curavit in *Prolegg. ad Bibl. PP.* T. II.

arbitrati sunt, contineat apocryphorum librorum usum, sublectae fidei narrationes, interpretationes S. S. incongruas, allegorias nimias et gravitate apostolica indignas, inter spuria scripta reiecta est. Post Io. Dallaeum *de Pseudepigraphis apostol.* Cap. IV. p. 265. permulti *) fuerunt, qui his aliisque rationibus persuasi, contra hanc Epistolam, ut a Barnaba profectam, pugnarunt. Nostris temporibus authentiam eius tutatus est E. Henke in *Comment. de Epistolae, quae Barnabae tribuitur, authentia*, Ien. 1827. 8. (10 Gr.), cuius tamen argumenta non satis firma censet I. Chr. Fordam in *Comment. de authentia Ep. Barnabae* Partic. 1., Hafn. 1827. 8. (16 Gr.). Cum Henkio faciunt *Dupinius*, *Nic. le Nourry*, *Andr. Gallandius.* **)

V.) Ignatii *Epistolae*, de quibus Seculo superiore acriter disputatum est maxime in Anglia inter Presbyterianos et Episcopales, quorum illi Episcoporum dignitatem auctoritatemque impugnant, hi vero patroni vindicesque iurium et dignitatis episcopalis existunt. Fuerunt primum, qui omnes et singulas, tamquam confictas ac suppositas, reiicerent, inque his locum sibi fecerunt apud Anglos episcopalis dignitatis oppugnatores, et alii, qui illos sequuti sunt, nominatim: Claud. Salmasius *Dissert. de Episcopis et Presbyteris*, sub Walonis Messalini nomine edita, et *Apparat. de primatu Papae* p. 56.; Dav. Blondell *Apologia pro sententia Hieronymi de Episcopis et Presbyteris;* Io. Dallaeus, praecipue *de scriptis Dionysii Areopa-*

---

*) Tillemontius, Natalis Alexander, Andr. Rivetus, Thom. Ittigius, Laur. Moshemius al.

**) Cf. *Ueb. d. Brief d. Barnabas*; in *Theolog. Studien u. Kritiken* Fasc. III. C. Ullmann *Bemerkk. üb. d. Identität d. Barnabas u. Barsabas in d. Apostelgesch., üb. d. angebl. Brief d. Barnabas u. besond. üb. d. Abfassung d. Br. an d. Hebräer durch denselben*, *Ebendas.* I, 2, 877.

gitae et Ignatii Antiocheni Lib. II. C. 4 ſqq. p. 240.; Sam. Basnage, *Annal. politico-eccleſ.* II, 21.; W. E. Tentzelius *Exercitt. ſelectt.* I, 58. atque alii. Quum autem VII earum, quae a plurimis in monumentis germanis numerantur, interpolatae ac per additamenta depravatae ſint, ex eo natum eſt discrimen non ſolum inter Epiſtolas Ignatii *breviores et longiores*, ſed etiam disputatio, quae harum maiori polleant autoritate. Longiores brevioribus anteponit W. Whiston, illisque plus fidei atque auctoritatis tribuit, in libro inprimis hanc in rem ſcripto: *An Eſſay upon ehe Epiſtles of Ignatius*, Lond. 1710. 8. *) et in Eiusd. *Primitiis Chriſtianis* (Lond. 1711. 8.) 1 ſq. Legendi ſunt hanc in rem: Io. Pearson, in *Vindiciis Ignatianis*, quae Cantabr. 1672. 8. prodierunt ac poſtea in Cotelerii *Bibliothecam Patrum apoſtol.* translatae ſunt; Henr. Hammond de *Epiſcopatus iuribus Diſſertat.* II. Cap. 1 ſqq.; W. Caveus, *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſ.* I, 41.; Io. E. Grabius, in *Spicileg. Patrum Sec.* II. I, 5.; Io. Clericus *Diſſert., in qua quaeritur, utrae genuinae ſint Ignatii Epiſtolae, brevioresne, an prolixiores*, contra Whiſtonum, quae eſt in Cotelerii *Biblioth. Patrum apoſt.* II, 2, 501.; Dion. Petavius de *Eccleſiaſtica hierarchia* Lib. V. C. 8. *Theologic. dogmat.* IV, 161.; ac praeter hos, Is. Vossius, in *Epiſtolis de Ignatio* ap. Coteleriium *Patr. apoſt.* II, 441.; Iac. Usserius *Diſſert. de Ignatii martyris epiſtolis*, itidem ap. Coteleriium II, 199.; Io. Bapt. Cotelerius, in *Iudicio de Epiſtolis Ignatii*, in Eiusdem *Biblioth. Patrum apoſtolicor.* II, 9. atque alii. Nec longiores nec breviores ab Ignatio eſſe profectas, probare co-

*) Iac Bernardi *Novellae reipubl. litterariae* a. 1710. m. Aug. p. 195. Baumgarten *Nachr. v. e. Halliſchen Biblioth.* V, 237-240 ſq.

natus est I. Sal. Semler in Prolegg. ad Baumgartenii *Theol. polem.* II, 25—37., utramque autem collectionem iam ab antiquissimis temporibus interpolatam esse a Catholicis, aut passim mutatam ab Haereticis, docere sibi sumsit I. E. Chr. Schmidt in *Versuch üb. d. doppelte Recension der Brr. d. Ignatius*, in Henke *Magaz. f. Religionsphilos. und Exegese* III, 91—109. et in sua ipsius *Bibl. f. Kritik u. Exegese d. N. T.* I, 463—85.*) Novissimis vero temporibus VII breviorum authentiam sibi cordi esse demonstrarunt: Vit. Winter in *Krit. Gesch. d. ältesten Zeugen* S. 212 sqq. et Nic. Chr. Kist *Ueb. d. bischöfl. Gewalt in d. christl. Kirche. Eine Probe v. d. Aechtheit u. Wichtigkeit d. Brr. d. Ignatius;* in Illgen *Zeitschr. f. histor. Theologie* II, 2, 47 sqq. **)

VI.) Iustini *Martyr. Dialogus cum Tryphone Iudaeo*, quem Iustinum vere composuisse, nullus Eruditorum dubitavit, multo minus negavit, nisi Chr. G. Koch, qui librum inscriptum: *Iustini Mart. c. Tryphone Iudaeo Dialogus, secundum regulas criticas examinatus et νοθεύσεως s. falsitatis et suppositionis suspectus atque convictus*, Kilon. 1700. 8. ***), evulgavit ac sibi sumsit, contra ab omnibus probatam sententiam, Iustinum Mart. Dialogi huius Auctorem esse, pugnare. Multi bellum illi indixerunt. Ex quo adductus liber Kochii

---

*) I. Iac. Griesbach *Loci theol. ex Leone M. collecti Not.* 13. „Forsitan duplex illa Ignatianarum Epistolarum recensio invenustis huiusmodi studiis suam debet originem. Quid? si utraque, quae nobis superest, recensio dicatur Paraphrasis esse Epistolarum Ignatii genuinarum, plane deperditarum. — Non desunt enim in utraque interpolationum ac immutationum vestigia. A diversis Christianorum sectis, quarum altera tamen multo audacior fuit altera, concinnatae videntur diversae editiones.“

**) Harles *Introd. in hist. ling. gr.* II, 2, 184. not. *)

***) *Acta Erudit. Suppl.* III, 443.

in conſpectum publicum venerat, Alb. zum Felde in lucem emiſit: *Ad eruditiſſ. atque clariſſ. Virum, Chr. G. Koch de Dialogo Iuſtini Mart. c. Tryphone Iudaeo Epiſtolam*, Slesw. 1700. 8. Reſponſio pro Kochio data eſt a Gfr. Wagnero (i. e. ipſo Kochio) in *Ep. ad Alb. zum Felde de Iuſtini M. c. Tryphone Iudaeo Dial., vere ſuppoſito*, Frcf. 1701. *) Fuerunt tamen alii, qui ei reſiſterent, nominatim E. Sal. Cyprian in *Notis ad Hieronymum de Scriptoribus eccleſiaſt.*; Io. Franc. Buddeus *Diſſert. de haereſi Valentinianà*, quae eiusdem *Introductioni ad hiſt. philoſ. Ebraeorum* adiuncta eſt: Auctores *Relationum novantiquarum* a. 1701. p. 344. A quibus adverſariis Kochius ſe defendere anniſus eſt atque in lucem protulit: *Cenſuram iniquae et temerariae Cenſurae, quam E. Sal. Cyprianus, Io. Franc. Buddeus et Nonnemo de Dialogo Iuſtini Mart. c. Tryphone Iudaeo, ſecundum regulas criticas examinato et νοϑεύσεως convicto, tulerunt*, Lipſ. 1704. 8. Oppoſuit autem ipſi Alb. zum Felde *Invictas Demonſtrationes pro Iuſtini Dialogi γνησιότητι vindicanda*, Hamb. 1707. 8. et antea contra Kochium edidit E. S. Cyprian *Vindicias Iuſtinianeas ſ. pro Iuſtini Mart. Dialogo c. Tryphone Diſſert. apologet.*, Ien. 1705. 8. **) Quorum antea mentionem feci, Auctores *Relationum novantiquarum* a. 1704. p. 423. itidem progreſſi ſunt in animadverſione cenſoria contra Kochium; pro Kochii autem ſententia lucem vidit ſcriptum, cuius titulus eſt: *Demonſtrationes Alb. a Felde devictae et profligatae a C. T. M.* (Kochio), Flensb. 1709. 8.***) Controverſiam de au-

*) *Acta Erudit. Suppl.* III, 445.

**) *Journ. des Savans* a. 1706. *Mai.* p. 458.

***) Quae in lite hac ab utraque parte ſcripta ac diſputata ſunt, eorum commemorationem faciunt: Fabricius *Biblioth. gr.* VII, 62 ſqq. Ittig *Select. hiſt. eccl. Cap. Sec. II.* p. 7. Stolle in *d. Nachr. v. d. Leben, Schriften u. Lehren d. Kirchenväter* p. 58. Io. Mollerus in *Cimbria literata* II, 426.

thentia huius Dialogi recentioribus temporibus revocarunt I. Iac. Wetstein et Sam. G. Lange, ille in *Prolegg. ad N. T.* p. 66., hic autem in *Ausführl. Gesch. d. Dogmen* I, 137 sqq. Quae Wetstenius adv. hunc Dialogum disputavit refutare studuit Herm. Io. Krom in *Diatr. de authentia Dialogi Iustini Mart. c. Tryphone s. Disquis. qua* γνησιότης *illius libri ab exceptionib. praecipue Wetstenianis vindicatur*, Mediob. 1788. 8. Ed. 2. Ultrai. ad Rh. 1792. 8.; argumenta autem Langiana desumta ab oratione elegantiore et subtiliore, ab eruditione ampliore et dogmatibus in hoc Dialogo diversis ab reliquis in utrâque Apologia, Iustini propositis, quibus innisus negat, Iustinum esse Dialogi cum Tryphone auctorem, infirma esse demonstravit W. Münscher in *Progr. An Dial. c. Tryphone Iustino M. recte adscribatur*, Marb. 1799. 4. et rec. in *Commentatt. theolog.* ed. Rosenmüller al. I, 2, 184. Eiusdem sententiae est I. E. Chr. Schmid *Hdb. d. KGesch.* I, 476.

VII.) Iustini M. *Epistola ad Diognetum* pro Iustino M. antiquiore habetur primum a Tillemontio in *Mémoires pour servir à l'hist. eccl. des VI premiers Siècles* II, 1, 366., assentientibus Iac. Basnage *Annal. ad a. Chr.* 165. *n.* 9., Casim. Oudino *Comment. de Scriptorib. Eccl.* I, 212., Auctore anonymo *Ueber d. Brief an Diognetos*, in v. Drey et al. *Tübing. Quartalschr.* 1825. p. 444., G. D. a Grossheim D. *de Epistola ad Diognetum, quae fertur Iustini Mart.*, Lips. 1828. 4. et G. Böhl in *Opuscc. PP. select.* I, 109. Cf. §. 122.

Maturini Veyssiere la Croze D. *qua ostenditur, Scriptorem Quaestionum ad Orthodoxos, qui vulgo putatur esse Iustinus Mart., Diodorum esse Tarsensem*, legitur in *Biblioth. Brem.* V, 656.

VIII.) Cypriani *Epistola ad Stephanum Pap.*, qua Cyprianus istum hortatur, ut Marciano Arelà-

tensi, Novatiani sectatori, resistat. De *Epistola* hac disceptarunt eruditissimi Viri. Postquam enim praecipue Io. LAUNOIUS, in *Discussione de duobus Dionysiis* V, 54. negaverat, Cyprianum illam exarasse atque ad opinionem suam probandam multa argumenta congesserat; *) nactus est adversarios non paucos, qui illum confutarent atque ostenderent, Cyprianum omnino Auctorem esse dictae *Epistolae*. Qui sentiunt pro ista, ex numero eorum nominasse sufficiat: PASCHASIUM QUESNELLUM, in *Dissert. V. ad Leonem M.*; STEPH. BALUZIUM, in *Notis ad Cypriani Ep. LXVII.* p. 486.; THOM. ITTIGIUM, in *Observatt. miscell.*, quae Eiusd. *Operum Clementis Alex. Suppl.* additae sunt, N. IV. p. 209.; LUD. ELL. DU PIN *Nouv. Biblioth. des Auters ecclesiast.* I, 162.; hisque MENARDUS, RIGALTIUS, FELLUS, NATALIS ALEXANDER atque alii adiungantur. **) Recentiore tempore non solum authentia huius Epistolae, sed etiam caeterarum Epistolarum Cypriani ad Stephanum, ***) nec non Epistolarum ad Iubaianum, ad Pompeium, ad Magnum, ad Quirinum im-

---

*) Argumenta haec diligenter recenset OUDINUS *Comment. de Scriptor ecclesiast.* I, 276.

**) Legendi et sunt hac de re: REISERUS in *Launaio, teste et confessore veritatis evangelico catholicae* p. 795. et MATHOUDUS de *Vera Senonum origine christiana* p. 365.

***) Vid. Ge. G. PREU *D. crit. theol., quae Cypriani et Firmiliani Epistolar. adv. Stephani I Papae Decretum de haereticor. Baptismo vindicias, oppositas Raym. Missorio, exhibet*, Ien. 1738. 4. I. F. COTTA *Exercit. hist. crit., qua Coniectura Renat Ios. Tourneminii, qui celeberr. Epistolas Cypriani et Firmiliani adv. Decretum Stephani I — tanquam spurias atque a Donatistis confictas penitus reiiciendas esse statuit — examini subiicitur*, Tubing. 1750. 4. Coniectura TOURNEMINII legitur in *Mem. de Trevoux* a. 1734. p. 2246., quae vero MISSORIUS contra has Epistolas disputat inveniuntur in EIUSD. *Dispp. critt. in duas celeberr. Epp. Firmiliani et Cypriani adv. decretum Stephani I.* Venet. 1733 4. et *in Ep. ad Pompeium inter Cyprianicos 74 adv. Decretum S Stephani I, quam illam una c. aliis quinque, et Concilio Carthag III, hactenus pro Cyprianicis habitis, Cypriano nunc primum abiudicat, ac Donatistis tribuit*, Ibid. eod. 4. RETTBERG *Cyprianus* p. 189. not. 1.

pugnata est in *Literar. Zeitung f. kathol. Religionslehrer* a. 1822. Fasc. VII. p. 79. 102. et a. 1823. Fasc. IV. p. 33.

IX.) Liber de *Mortibus Persequutorum*, qui ob auctorem suum etiam in disceptationem venit. Primus illum Steph. Baluzius in lucem produxit ex vetustiss. Cod. Bibliothecae Colbertinae, sub titulo: *L. Caecilii Firmiani Lactantii Liber ad Donatum Confessorem de Mortibus Persequutorum*, et illustravit in *Miscell.* Lib. II. p. 1. et 345. Ex quo liber hic prodierat, ille communi eruditorum Virorum consensione reliquis germanis scriptis Lactantii annumeratus, nec solum cum illis coniunctim, sed etiam separatim in lucem editus est. Qui statuunt, Lactantium esse Auctorem, argumenta sua ab aetate, a stilo, a re pertractata atque aliis rationibus sumunt. Ab hac sententia discessit Nic. Nourrius, ea maxime caussa adductus, quoniam in Cod. Colbert. Auctor non *Firmianus Lactantius*, sed *Lucius Caecilius* appelletur atque ex eo conficiendum sit, Scriptorem a Lactantio plane diversum esse, illi tamen aetate aequalem, nomine non Lactantium, sed *Lucium Caecilium*. Librum ipsum separatim in lucem emisit ac dissertationem addidit, qua disputatur, Lactantium non esse illius Auctorem. Inscriptio est: *L. Caecilii Lib. ad Donatum Confessorem de Mortibus Persecutorum, hactenus L. Caecilio Firmiano Lactantio adscriptus, ad Colbertinum Cod. denuo emendatus. Accessit Dissert., in qua de huius libri Auctore disputatur et omnia illius loca dubia, difficilia, obscura variaeque Auctoris opiniones examinantur, explicantur, illustrantur*, Par. 1710. 8. Dissertationem hanc denuo litteris describendam curavit in *Apparatu ad Biblioth. max. Patrum II*, 1643. *) Nactus est adversarios, qui sententiam

*) Cf Pfaffii *Praefat. ad Lactantii Epitomen Institut. divin.*, Par. 1712. 8.

eius repellerent. Memorari praecipue debet Maturinus Veisserius la Croze, cuius lucem viderunt *Réflexions sur la nouvelle Edition du Traité de la Mort des Persécuteurs, inprimée avec une Dissertation de Nic. Nourry.* *) Defendere se voluit Nourrius in Epistola: *Extrait de la Lettre d'un Ecclesiastique touchant les Réflexions* etc.; in *Journ. des Savans* a. 1716. *Iun.* p. 698., parum autem feliciter caussae suae consuluit, nec impedire potuit, quominus plures arma adversus eum ferrent. In his sunt: Io. Alb. Fabricius *Notis ad Hieronymum de Viris illustrib. Cap. LXXX.* p. 166.; Dan. Maichelius de *Bibliothecis Parisiens.* p. 187., et inprimis Chr. A. Heumannus *Dissertatiuncula contra Nic. Nurrium, librum de Mortibus Persequutorum Lactantio abiudicantem*, quam Lactantii *Symposio*, Hannov. 1722. 8. p. 211. adiecit, atque alii. **) Argumenta certe, quibus Nourrius ad opinionem suam stabiliendam utitur, valde levia sunt ac quamvis pro plane certo haud affirmari liceat, Lactantium composuisse librum de *Mortibus Persequutorum*, dicendum tamen est, qui hoc statuant, eos summam probabilitatem prae se ferre. ***)

X.) Dionysii *Pseudo-Areopagitae Opera*, quae saepius prodierunt, vel latine, vel graece, vel graece ac latine coniunctim, quibusve in alias linguas transferendis, vel explicandis et illustrandis tot eruditi Viri operam suam consecrarunt. Sunt in illis libri

*) Exstant in *Journ. litteraire* VII, 1—29. Refutationis Auctorem esse La Croze, relatum legimus in *Hist. de la Vie de Mr. la Croze*, Amstel. 1741 12. p. 137. Fabricii *Biblioth. latin.* IV, 687. atque in aliis libris.

**) Exstat quoque: *Dissert. que le livre de la Mort des Persécuteurs est de Lactance*, in *Les Singularités histor. et litter.* I, 225.

***) Vid. I Ldph. Bunemann in edit. *Lactantii*, Lips. 1739. 8. p. 1354.

περὶ τῆς ἱεραρχίας οὐρανίου de *Hierarchia coelesti;* περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας de *Hierarchia ecclesiastica;* περὶ θείων ὀνομάτων de *Divinis nominibus;* περὶ μυστικῆς θεολογίας de *Theologia mystica* atque *Epistolae.* Ea germana esse monumenta, a Dionysio Areopagita Atheniensi, cuius Lucas *Actor.* XVII, 34. meminit, omnino composita, communis fuit sententia apud. Rom. Ecclesiae, socios, praesertim in temporum tenebris: ac quamvis postea, quum litterarum lux oriretur, plerique aliter hac de re statuerent atque ab opinione, antea probata, discederent, fuerunt tamen et recentiore aetate, qui Dionysio Areopagitae *Opera* haec adscriberent. Quorumdam tantum, qui ad ordinem hunc pertinent, commemoratio sufficiat, nominatim: Mart. Ant. Delrionis in *Vindiciis Areopagiticis,* contra Ios. Scaligerum, Antverp. 1607. 8. *); Pet. Lansselii *Differt. apologet. de Dionysio Areopagita eiusque scriptis* **); Pet. Halloixii in *Notis ad vitam Dionysii* ***); Natalis Alexandri *Differt. de Operibus Dionysii,* quae est in eius *Hist. eccles. Sec. I. Differt. XXII.* p. 223.; Emanuel a Schelstraten *Differt. apolog. de disciplina arcani* p. 108., atque aliorum, quos praetereo. Attamen addo: L. Cozzae *Vindicias Areopagiticas,* Rom. 1702. 4. †) ac (Dom. Claud. Davidis) *Differt. sur S. Dénis l'Aréopagite, ou l'on fait voir, que ce Saint est l'auteur des ouvrages, qui portent son nom,* Par. 1702. 8. ††) Repugnant his alii nuncque omnes fere eruditi Viri de eo consentiunt, Dionysii Areopagitae *Opera* esse adulterina

---

*) Ex *Vindiciis* his testimonia pro Dionysii operibus allata sunt in eorumdem editione *Corderii* II, 448.

**) Ibidem dicta editione II, 469.

***) Ibidem II, 252.

†) *Acta Erudit.* a. 1703. p. 401.

††) *Mém. de Trevoux* a. 1702. *Aug.* p. 105. *Journ. des Savans* a. 1702. *Mart.* p. 285. *Acta Erudit.* a. 1704. p. 163.

illumque minus recte habere Auctorem. Argumentis nituntur, quae gravia sunt ac magnam probandi vim prae se ferunt. Ac quis credat, Dionysio Atheniensi opera haec tamquam Scriptori vero recte tribui, quum in illis habeantur, quae neque aetati apostolicae, neque Dionysii illius Areopagitae menti atque ingenio conveniunt. Agitur in illis de ritibus Baptismi, de Liturgiae apparatu, de Catechumenis, de Poenitentibus et Energumenis, post scripturae lectionem dimissis; de Thurificationibus, a Pontifice peractis; de certis Poenitentium locis, de Monachorum ac Coenobitarum ordine; de ritibus Funerum atque aliis Ceremoniis. Accedit, quod per priora a Chr. n. Secula altum de his Dionysii scriptis silentium deprehendatur, si quosdam, non germanos, libros excipiamus, qui quum innotescere coeperunt, non statim ab omnibus approbati et recepti sunt. De tempore, quo scripta haec Dionysio suppolita atque edita sint, non omnes quidem consentiunt; plerique tamen illa ad Sec. IV aut V referunt. Omnia haec pluribus multi doctissimi ac celeberrimi Viri explanarunt. Spectant huc ex ipsis Praesulis Romani sectatoribus: Io. Launoius, in *Iudicio de libris, Dionysio Areopagitae inscriptis*, quod additum est eiusdem *Vitae Dionysii Areopagitae* T. II. *Oper.* Part. 1 p. 558.; Nic. le Nourry, *Apparat. ad Biblioth. maxim. Patrum* T. I. Lib. I. Dissert. 10. Cap. 2.; Lud. Ell. du Pin, *Bibl. des Auteurs ecclés.* I, 34.; Seb. Nanus Tillemontius, in *Mémoires pour servir a l'hist. ecclés.* II, 1, 436. Qui ex reformatae Ecclesiae sociis aliter sentiat, nullus erit. Inter illos, qui in argumento hoc diligenter atque accurate versati sunt, princeps est Io. Dallaeus *Libris duobus de Scriptis, quae sub Dionysii Areopagitae et Ignatii Antioch. nominibus circumferuntur*, Genev. 1660. 4. eique adiungi possunt: Iac. Usserius, cuius exstat: *Dissert. de Pseudo-Dionysii Scriptis*, quae locum obtinuit in eius Hi-

ſtoria dogmatica Controverſiae inter Orthodoxos et Pontificios de Scripturis et Sacris vernaculis p. 279.; Andr. Rivetus, *Critic. ſacr.* Lib. I. C. 9 ſqq. Tom. II. *Oper. theol.* p. 1079.; Casim. Oudinus, *Diſſert. crit. de Scriptis Dionyſii Pſeudo-Areopagitae*, in eius *Comment. de Scriptor. eccl.* I, 1353. Ex Noſtratibus induſtriam atque eruditionem ſuam hac in re praeter alios probarunt: Io. Gerhard *Confeſſion.* I, 621.; Balth. Bebel *Antiquitat. eccl.* Sec. IV. p. 91.; Io. Fr. Mayer *Diſſert. de Dionyſio Areopagita Scriptisque eidem ſuppoſitis*, contra Gfr. Arnoldum; Thom. Ittig *Diſſert de Patribus apoſtol.*, Eiusd. *Biblioth. Patrum apoſtol.* praemiſſa, p. 133 ſq.; Io. Alb. Fabricius *Biblioth. gr.* VII, 7.; Io. Phil. Baraterius *Diſſert. de Dionyſii Pſeudo-Areopagitae Scriptis, Dionyſio Alexandrino tribuendis*, quae ſubiuncta eſt eiusdem *Disq. de Succeſſione antiquiſſ. Epiſcoporum Rom.* p. 285.; I. G. Veit Engelhardt *de Origine Scriptor. Areopagiticor.*, Erlang. 1822. 4.; L. F. Otto Baumgarten Crusius Pr. *de Dionyſio Areopagita.* Cf. I. G. Veit Engelhardt *Neueſte Hypotheſe üb. d. Zweck d. areopagit. Schriften*, in Eiusd. *Die angebl. Schrr. d. Areopagiten Dionyſius überſ.* II, 321.

XI.) Athanasii *Scripta dubia*, quorum, ſi non omnia, nonnulla tamen controverſis Patrum monumentis annumerari poſſunt, quum de illis non omninm eadem ſententia eſt, num ea vere dubia ſint; nec liceat, certi quid de Athanaſio, tamquam Auctore, ſtatuere, ſive quis affirmare, ſive negare id velit. Commemorantur ſcripta haec dubia diverſa ratione Virique eruditi ita interdum discrepant, ut quae aliis videntur dubia, ea ab aliis veluti germana monumenta defendantur, vel adulterinis annumerentur. A Monachis Benedictinis in Athanaſii *Operibus*, ab illis in lucem editis, haec illius ſcripta, tamquam dubia, coniunctim exhibentur: de *Incar-*

natione Verbi Dei, opusculum maxime controverſum; *Teſtimonia ex S. Scriptura*, nimirum de *naturali communione ſimilis eſſentiae inter Patrem, Filium et Spiritum S., licet res intellectu diſſicillima ſit et quod unam habeant operationem;* item: *Epiſtola catholica; Refutatio hypocriſis Meletii et Euſebii Samoſatenſis;* Epiſtola de *Incarnatione Verbi; de aeterna Filii et Spiritus S, cum Deo exiſtentia*, contra Sabellianos; *Quod unus ſit Chriſtus;* de *Sabbato, dominica die, Circumciſione et Baptismate; Homilia de ſemente; in Paſſionem et crucem Domini;* de *Virginitate; Synopſis S. Scripturae.* In his ſunt, quae ab aliis ex numero dubiorum eximuntur atque inter germana Athanaſii ſcripta referuntur. Monſtrant id reliquae iſtius editiones nosque perſpicue hoc videmus, ubi ſingulas inter ſe conferre velimus. Locum in illis habet editio Colonienſis ſ. Lipſienſis a. 1686., quae varia ingenii monumenta complectitur, quae Athanaſio, ut vero Auctori, adſcribuntur, a nonnullis vero vel falſa, vel dubia habentur. Spectat huc: Ge. H. Goezii *Schediasmā hiſt. crit. de dubiis Athanaſii Scriptis, quae in nova Operum eius editione leguntur*, Lipſ. 1689. una cum quibusdam aliis argumenti huius ſcriptis, uti ſunt: Iac. Basnagii *Ep. de Syntagmate Fidei, quod Athanaſio tribuitur*, quae ad *Chryſoſtomi Epiſt. ad Caeſarium Monachum*, Trai. ad Rh. 1687. 8. acceſſit; Casim. Oudini *Diſſert. de Operibus, S. Athanaſio attributis*, in eiusd. *Comment. de Script. eccl.* I, 325.; Io. Phil. Barateri *Lettre ſur deux Ouvrages attribués a S. Athanaſe: 1) Le Discours contre les Grecs, ou les Gentils, 2) l'Incarnation du Verbe*, in *Bibl. german.* XL, 80.

XII.) Basilii *Magni ſcripta* multa, quae in ſuppoſitis quidem numerari ſolent; de plerisque tamen, immo de omnibus fere in utramque partem

disputatur. Dissensio est de *Homiliarum in Hexaëmeron* et *in Psalmos* numero. Quae ad nos pervenerunt, *Orationes* non omnes uni eidemque Auctori tribuuntur. Nonnulli dubitant, Basilium libros de *Baptismo* composuisse, quibus alii repugnant. Commentatio de *vera Virginitate* itidem in controversia est. De Libris *adversus Eunomium* non est Eruditorum consensio. Sunt, quibus *Commentarius in priora XVI. Cap. Iesaiae* suspectus videtur, qui existimant, ultima XV Capita libri de *Spiritu S.* supposita esse. De *Asceticis* antiquorum ac recentiorum opiniones inter se discrepant. Inprimis de *Epistolis* vehementer disceptatur, quo anno, quo mense, a quo, ad quem, qua de re illae conscriptae sint.

XIII.) Io. Chrysostomi *Epistola ad Caesarium Monachum*, de qua multa disputata esse, constat, num exaraverit illam Chrysostomus, nec ne? Quum exhibet illa insigne veritatis testimonium, quod pravae doctrinae de transsubstantiatione aperte repugnat, Pontificis Rom. sectatores auctoritatem eius imminuere annisi sunt, hancque in rem vel negarunt, litteras has a Chrysostomo exaratas esse, vel ea, quae ille de S. Coena scripsit, perverse explicarunt. Ex eo nata sunt longiora certamina ac contra Pontificios satis probatum est, Epistolae huius Auctorem omnino esse Chrysostomum. Testantur id Veteres ac suffragiis suis confirmant, illam olim adhuc integram graece exstitisse. Laudarunt istam eiusque fecerunt mentionem antiquus Auctor, a Franc. Turriano in lucem editus, qui contra Severianos et Acephalos scripsit; it. Io. Damascenus, Nicephorus. Nec difficulter responderi potest, quando adversarii obiiciunt, Epistolam hanc deesse in plurimis Codd., qui reliqua Chrysostomi scripta complectantur, nec istam in eiusdem *Operibus*, iunctim editis, inveniri. Quamvis enim Epistolam

hanc non in multis Codd. habeamus, sufficit tamen, adesse Cod. Florentinum, qui nobis Epistolam hanc praebeat. Nonne laudabili Opera eruditorum Virorum, Ecclesiae Rom. addictorum, multa Patrum monumenta ex tenebris in lucem perducta sunt, quorum unicum tantum Codicem illi habuerunt? Ac quis ex eo argumentum contra Epistolam hanc sumat, quod ista adhuc in Chrysostomi *Operibus*, iuris publici factis, nullum locum obtinuerit? Satis constat, editiones eiusmodi nunc augeri, nunc meliores reddi. Ea, quae ad historiam controversiae huius pertinent, copiose indicavit Io. Ge. Walch in *Hist. eccl. N. T.* p. 1385., multique VV. DD. ad eamdem illustrandam, speciatim de fatis Epistolae huius, studia sua adhibuerunt. Legendi praecipue sunt: Pet. Allix, *Expostulatione de Ioannis Chrysostomi Ep. ad Caesarium Monachum, a Parisiensibus aliquot Theologis non ita pridem suppressa*, quam praemisit Anastasii *Sinaitae anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron Lib. XII* antea non edito, Lond. 1682. 4. cf. *Acta Erudit.* a. 1683. p. 25.; Iac. Basnage, *Animadvers. hist. in Epist. Chrysostomi ad Caesarium*, quae est in *Thesaur. monument. eccles. s.* Canisii *Lection. antiquar.* T. I. p. 226. Edidit quoque Basnagius hic ipsam Chrysostomi Epistolam, c. *III Epistolicis Dissertatt.*, 1.) de Apollinaris haeresi, 2.) de variis Athanasio suppositis operibus, 3.) adv. Simonium, Trai. ad Rh. 1687. 8., et iterum cum accessionibus sub titulo: *Dissertt. hist. theolog.*, Roterod. 1694. 8.*) Thom. Ittig *Tract. de Biblioth. et Catenis PP.* p. 417.; Io. Alb. Fabricius *Biblioth. gr.* Lib. II. C. 10. p. 434.; Io. Franc. Buddeus *Institut. theol. dogmat.* Lib. V. C. 1. §. 23. p. 1587.; Chr. Matth. Pfaff *Dissertatt. anti-Rogerian.* p. 17.; Sal. Deyling

*) Legantur: *Acta Erudit.* a. 1687. p. 563. Niceronii *Mem.* IV, 300.

Observationib. miscellan. p. 361., Io. Mollerus *Homonymoscop.* p. 484.; Io. Erh. Kapp *Dissert. de Io. Chrysostomi Ep. ad Caesarium Monachum*, Lips. 1723. 4., Chr. W. Volland *Vindic. Chrysostomi contra Harduinum* Sect. 1. p. 3.

XIV.) Cyrilli *Hierosolymit. Catecheses* de quibus vid. §. 116.

XV.) Ambrosii de *Sacramentis* libri sex, quibus a nonnullis locus inter Doctoris huius monumenta assignatur, ab ipsis quoque Monachis Benedictinis; ita tamen, ut isti simul argumenta utriusque partis recenseant, de quaestione, num Ambrosius librorum istorum verus sit auctor, an minus? ipsi autem nihil definiant. Id supra dubitationem positum esse videtur, Ambrosium libros composuisse de *Sacramentis;* non sine caussa autem plerique existimant, eos, qui hodie exstant, non esse Ambrosii, aut ita interpolatos fuisse, ut novam plane faciem induerent. In illis certe desunt, quae Augustinus et Bertramus ex iis excitant; alia Scripturae S. versio exhibetur, quam quae in germanis Ambrosii libris legitur; repugnat stili diversitas; repugnant non pauca, a seculo Ambrosiano aliena. Inter eos, qui sententiam hanc amplectuntur ac defendunt, locum sibi fecerunt: Io. Bona *Lib. I Rerum liturgicar.* C. 7. §. 4. p. 81.; Edm. Albertinus de *Eucharistiae Sacramento* Lib. II. p. 507.; Lud. Ell. du Pin *Biblioth. des Auteurs eccles.* II, 271.; W. Caveus, in *Hist. litter. Script. eccl.* I, 263.; Casim. Oudin, in *Comment. de Script. eccl.* I, 659.; Chph. Matth. Pfaff Dissertat. de *Liturgiis, Missalibus, Agendis et Libris ecclesiasticis Ecclesiae orient. et occidentalis* p. 20. ac plures alii. Horum rationibus, cur libri de Sacramentis inter vera Ambrosii monumenta haud numeranda sint, varia opponit Natalis Alexander, in *Hist. eccl.* Sec. IV. C. 6. Art. 25. p. 152., quae autem ad illas infringendas haud

valent. Exſtant quoque *Acta S. Sebaſtiani*, quae alii Ambroſio adſcribunt, alii autem ut adulterina reiiciunt.

XVI.) Augustini *Hypognoſticon contra Pelagianos et Coeleſtianos Libb. VI* alii *Sixto III*, P. R., alii *Marco Mercatori* tribuunt. Legendus hac de re: Iac. W. Feuerlin *Diſq. hiſt. crit. de libris Hypognoſticon, an ab Hincmaro, in Auguſtana Confeſſione et alibi recte tribuantur d. Auguſtino*, Altorf. 1735. 4.

XVII.) Leonis *Magni* tria praecipue ſcripta, ſub nomine eius edita, huc pertinent, ut ſcripta controverſa. Sunt illa: Libb. II de *Vocatione omnium gentium; Epiſtola ad Demetriadem* virginem de humilitate chriſtiana ac *Capitula de gratia et libero voluntatis arbitrio*. Eorum Auctorem eſſe Leonem M., plerique negant atque ad rem probandam argumentis utuntur haud levioribus. Libros de *Vocatione gentium*, quis ſcripſerit, de eo eruditi Viri diſſentiunt illosque alii Eucherio Lugdunenſi, alii Hilario cuidam, vel Arelatenſi, vel Syracuſano, Proſperi ſocio, vel Prospero Aurelianenſi, vel quae ob Codd. mſptorum auctoritatem ac diverſas ipſius ſcripti rationes communis ſententia eſt, Prospero Aquitanico tribuunt. At vero Paschas. Quesnellus pro Leone M., tamquam Auctore, non ſolum librorum de *Vocatione omnium gentium*, ſed etiam *Epiſtolae ad Demetriadem* et *Capitulorum de gratia* pugnat cauſſamque hanc in *Diſſertationibus* ſingularibus *) agit. Diſſentiunt plerique atque inter hos praecipue legendus eſt: Ios. Antelmius, qui edidit: *Diſſertt. crit. de veris Operibus SS. Patrum Leonis M. et Prosperi Aquitanici, quibus Capitula de*

*) Quae ſunt in *Appendice Leonis Operum*, a Quesnello editorum.

Gratia Dei, Epiſtolam ad Demetriadem; nec non duos de Vocatione omnium gentium libros, Leoni nuper adſcriptos, abiudicat et Prospero poſtliminio, reſtituit Antelmius, Par. 1689. 4. *) Reſpondit Quesnellus in *Epiſtola*, quae eſt in *Iourn. des Savans* a. 1689. *m. Aug.*, haecque quum lucem adſpexiſſet, defendit ſe Antelmius in *Deux lettres de l'Auteur des Diſſertations ſur les Ouvrages de S. Léon et de S. Prosper a Mr. l'Abbé . . . . . pour ſervir de réponſe aux deux parties de la lettre du Père Quesnel*, Par. 1690. 4. Fuerunt et alii eruditi Viri, qui aperte ſignificarent, ſe a Quesnello diſſentire, W. Caveus *Hiſt. litterar. Scriptor. eccleſiaſt.* I, 432.; Casim. Oudini *Comment. de Scriptor. eccleſiaſt.* I, 1275.; quodam modo Lud. Ell. du Pin **) atque alii.

§. 49.

Venimus ad *Scripta* Patrum Eccleſiae *corrupta*, quorum notitiam nobis acquirere ac ſcire debemus, quae monumenta contaminata ſint, quae integra, ſi iſta rite atque accurate intelligere velimus. Variae ſunt huiusmodi corruptiones, et ubi ad tempus, quo illae factae ſunt, animum advertimus, eas vel antiquiores, vel recentiores eſſe, ut dicamus, res ipſa poſtulat. Ad modum, quo depravatio ſcriptorum, ſpeciatim Patrum eccleſiaſticorum, facta eſt et adhuc fieri poteſt, quod attinet, illum itidem varium diverſumque eſſe, exempla nobis monſtrant. Ex

*) *Giornale de letterati in Parma* a. 1689. p. 249. *Hiſt. des Ouvrages des Savans* a. 1699. *Apr.* p. 362. *Acta Erudit. Suppl.* II. 430.

**) Qui primum Antelmii ſententiam adſenſu ſuo comprobaſſe, poſtea autem, quum a Quesnelli amicis rogatus fuiſſet, ad partes iſtius acceſſiſſe dicitur: cf. Niceronii *Mém.* V, 149. Fabricii *Biblioth. lat. med. et infimae aetatis* IV, 752.

illis patet, triplici praesertim ratione corruptionem fieri posse vel addendo atque interpolando, vel demendo, vel mutando; id quod tamen maxime de ea depravatione intelligendum est, quae pravo consilio ab aliis suscipitur.

§. 50.

Corruptiones Patrum iam antiquiori tempore ab Haereticis factas esse, res satis est manifesta monstrantque id testimonia pariter ac exempla perspicue. Eos postea Episcopi Rom. sectatores sequuti sunt, ac quando illi in libris Patrum ea legerunt, quae Ecclesiae Rom. dogmatibus atque institutis adversari putarunt, vim atque iniuriam illis inferre ac loca huiusmodi depravare, sibi sumserunt.

De antiquioribus *Haereticis* abunde ac luculenter testantur Tertullianus, Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Rufinus, Vincentius *Lerinensis* atque alii, illos Patrum libros depravasse deque perfidia hac multum queruntur. Singularem operam ad argumentum hoc explanandum adhibuit Barth. Germon in libro de *Veteribus Haereticis, ecclesiasticorum Codicum corruptoribus*, Par. 1713. 8., quo ostendit primum, veteres Haereticos sacrorum Codicum exstitisse corruptores; deinde autem comprobat, non pauca ecclesiastica scripta ab iisdem Haereticis adulterata fuisse horumque malitiosa studia, Patrum monumenta corrumpendi, ab ipsis veterum Christianorum Doctoribus reprehensa esse. Natus est liber hic ex lite, quae Germonio cum Pet. Coustantio fuit. Quum enim ille Io. Mabillonio atque aliis, qui a partibus eius stabant auctoritatemque ac fidem Codicum defendebant, acriter se opponeret hacque occasione affirmaret, Codices quosdam inscriptos Corbeienses non omni suspicione

falsi carere, *) caussam Mabillonii Coustantius egit ac *Vindicias msptorum Codicum*, quos Germonius impugnaverat, in lucem edidit; Germonius autem postquam decreverat, *Vindicias* illas refutare, Operae pretium esse duxit, veterum Haereticorum fraudes, in Codicibus librorum sacrorum atque in scriptis Patrum adulterandis adhibitas, detegere, hancque ob caussam memoratum librum, conscripsit.

Haereticorum prava exempla sequuti sunt *Pontificii*, media non solum, sed recentiore quoque aetate ac temeritate malitiaque impulsi, Patrum scripta, adulterarunt. Quam perfidiam quum in veteribus Haereticis damnant, idem autem faciunt, sane in pari culpa sunt atque ipsi contra se sententiam ferunt. Io. Lud. Vives **) tradit, non dubium esse, quin *multa fuerint addita ab iis, qui magnorum Virorum scripta omnia impuris manibus contaminabant*. Inprimis lectione digna sunt, quae Erasmus ***) hac de re scripta reliquit. Absolvuntur illa querelis, quae graves sunt ac iustae.

§. 51.

De monumentis Patrum Ecclesiae, a perfidiosis ac malis hominibus contaminatis, non solum testimonia perspicua ac fide digna ad nos pervenerunt, sed suppetunt quoque exempla, quae idem confirmant. Singula ista accurate ac iusto ordine recensere, animus nobis haud est, quum eiusmodi commemoratio res esset nimis

*) De *Veter. Reg. Franc. diplomat. disceptat.* II. 344.

**) *Not.* ad Augustinum *Lib. XXII. de Civitate Dei* C. 8.

***) *Praefat ad* Hieronymi *Opera*, Basil. 1516. ap. Frobenium edita. Verba ipsa Erasmi recenset Dallaeus de *usu Patrum* p. 79.

longa. Eam ob rem ſufficiat, quaedam tantum ſcripta Patrum, quae adulterata fuerunt, ut exempla, adduxiſſe ac poſtea notitiam librorum ſuppeditaſſe, ubi argumentum hoc explanatur atque illuſtratur.

Specimina corruptionis, quae ſuscepta eſt in libris Patrum Eccleſiae, praebent:

Ignatii *Epiſtolae, ſeptem longiores*, ad *Epheſios*, ad *Magneſios*, ad *Trallenſes*, ad *Romanos*, ad *Philadelphienſes*, ad *Smyrnenſes* et ad *Polycarpum*, quas interpolatas, et per falſa fictaque additamenta auctas eſſe, eruditiſſimi Viri ſatis probarunt ac contra eos, qui longiores brevioribus praeferunt, maxime W. Whistonum *), disputarunt. Interpolatae illae ſunt ab homine Ariano, quoniam auctoritas Ignatii, tamquam teſtis de aeterna divinaque J. Chr. natura, impiae Arianorum ſectae, ut probabile eſt, opponebatur. Quum igitur Whiſtonus in Epiſtolis his interpolatis inveniret, quae haereſi huic favent, mirum non eſt, illum pro ſtudiis ſuis erga Arianos, eas approbaſſe ac ſtatuiſſe, Ignatii Epiſtolas longiores, non breviores, germanis ingenii monumentis annumerandas eſſe.

Clementis *Alex.* Libri, quos ab antiquis Haereticis depravatos fuiſſe, maxime libros *Hypotypoſeon*, iam dudum eruditiſſimi Viri ſuspicati ſunt ſuamque coniecturam non eſſe vanam, monſtrarunt, qua de re legendus eſt Barth. Germon, l. c. p. 261.

Cypriani *Opera*, quae Epiſcopi Rom. adſectatores contaminarunt, eo pravo conſilio, ut videatur ille, erroribus Eccleſiae Rom. non repugnare, ſed dogmata iſtius approbare. Oſtendunt hoc non

---

*) Cf. p. 284.

obscure variae editiones Cypriani. Memoranda ex illis praecipue est editio, quae Par. 1541. fol., ap. Arnulphum Langelier lucem adspexit. Quibus illa depravata fuit, vitia innumerabilia fere sunt, quae et caussa est, cur Iac. Pamelius *Not.* 65. *in Cyprianum de oratione dominic.*, contra Doctores Sorbonicos Parisienses censuram hanc adhibuit: *Interseruntur hic aliquot lineae in editione Parisiensi ap. Arnulphum Langelier a.* 1541., *sed quae Cypriani non sunt, ut ipse fatetur in margine hac annotatiuncula:* additio cuiusdam, *ex qua de ceteris iudicare, facile est lectori, utpote qui, quamvis repurgatio iacet in titulo, innumeris Cyprianum mendis contaminarit.* Idem confirmat Cypriani editio, Rom. 1563. fol. per *Paul. Manutium* in lucem emissa, in qua Manutium contra Codicum msptorum fidem quaedam retinuisse, quaedam addidisse, docti Viri animadvertunt. Legantur: Io. Dallaeus de *vero usu Patrum* I, 4, 83.; Io. Alb. Fabricius *Bibl. lat.* III, 378 sq.; W. Cave *Prolegom. ad hist. litter. Scriptor. ecclesiast.* p. 22.; Thom. Ittig *Observatt. miscell.* quae *Oper. Clement. Alex. Supplem.* additae sunt p. 210. Inprimis luculentum malitiae fraudisque documentum Pontificii dederunt in Cypriani libro de *Unitate Ecclesiae*, quum in illum verba haec intulerunt, *Christum unam Cathedram constituisse; Primatum Petro datum; Ecclesiae renititur et resistit, qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit*, contra omnium fere Codicum msptorum, omnium antiquissimarum editionum fidem. In *Epistola*, quam Cyprianus ad populum Carthaginensem misit, scripserat ille: *Audiant quaeso patienter consilium nostrum, exspectent regressionem nostram, ut quum ad vos per Dei misericordiam venerimus, convocati Coëpiscopi plures secundum Domini disciplinam et Confessorum praesentiam et vestram quoque sententiam, beatorum*

Martyrum litteras et desideria examinare possimus, ubi in quibusdam editionibus verba *secundum vestram quoque sententiam*, a Pontificiis deleta atque omissa sunt, eo consilio, ne errori illorum, plebem iure suffragii in rebus ecclesiasticis carere, Cypriani testimonium opponatur. Simile constat de Firmiliani, Episcopi Caesar. in Cappadocia, *Epistola ad Cyprianum*, qua ille Stephanum, Praesulem Rom., ob inhumanitatem, audaciam, insolentiam aliaque vitia resque male gestas graviter perstringit. Epistolam hanc alii in Cypriani *Opera* transtulerunt; alii autem ab istis removerunt ac meditati sunt, quomodo eam supprimerent.*) Quae disputata sunt in locis, quibus Cyprianus sententiam pravam suam de Baptismo emendaverit, num illa adulterata fuerint, nec ne, ea huc etiam referri possunt.

Origenis scripta iam antiqua aetate in disceptationem venerunt, num illa depravationi obnoxia fuerint, nec ne? Disputatum hac de re est inter Rufinum Aquileiensem et Hieronymum. Ille affirmavit, Origenis libros ab Haereticis corruptos esse scripsitque duas *Apologias pro Origene s. de depravatione librorum Origenis* ac monstrare voluit, Origenem accusatum fuisse multarum pravarum sententiarum, quarum non ille ipse, sed Haeretici corruptores sint auctores. Restitit ei Hieronymus atque aliis persuadere voluit, non exstitisse, qui Origenis monumenta depravarent. Id certum est, Origenis *Dialogum c. Candido Valentiniano Haeretico* fuisse adulteratum ab ipso Candido, hocque ipsius Origenis auctoritate nititur. Plura habentur apud Pet. Dan. Huetium *Origenian.* Lib. II. C. 3. p. 187. et Barth. Germonium l. c. p. 270.

Athanasii *Epistola ad Epictetum*, Corinthi Episc. contra Haereticos, de incarnatione Christi

---

*) Vid. supra p. 288.

prava ſentientes. Illa integra quidem ap. Athanasium ipſum, in *Operum* eius Tom I, 581., et apud Epiphanium *Haereſ. LXXVII*, 3. T. I. *Operum* p. 997. legitur; eam tamen olim ab hoſtibus veritatis fuiſſe depravatam, luculenter, nec ſemel teſtatur Cyrillus *Alex.*, cuius teſtimonia recenſet Germon l. l. p. 316.

Chrysostomi *Opus imperfectum* in Matthaeum, quod Mahuſius quidam, Franciscanus Monachus, edidit, ac quamvis aliis perſuadere vellet, ſe opus hoc emendaſſe ac quisquilias Arianorum ſuſtuliſſe, multum tamen abfuit, ut fidem ſuam probaret. Sumſit ſibi, in libro hoc multa depravare. Quae enim in illo ſcripta erant de Scriptura S., de notis Eccleſiae, de Euchariſtia, ea delevit, ſine dubio ea cauſſa adductus, quoniam iſta dogmatibus Eccleſiae Romanae repugnare, videret. Legatur Io. Dallaeus de *Vero Uſu Patrum* Lib. I. C. 4. p. 82.

Ambrosii varii libri, quibus itidem iniuria depravationis turpiter ac temere illata eſt, non ſemel, ſed iterum atque iterum, in diverſis editionibus. Quarum depravationum Auctores alia abſtulerunt, non quasdam tantum voces, ſed quinque, aut ſex integras lineas; alia addiderunt, quae ab Ambroſio ipſo haud ſcripta fuerant; alia mutarunt; alia perverſo ordine poſuerunt. Comprobant hoc libri eius de *Interpellatione Iob et David*, una cum eiusdem utraque *Apologia David* per Erasmum reperti. Memorant fraudem hanc: Franc. Iunius *Praefat. ad indicem expurgator.* a. 1586. edit.; Io. Dallaeus de *Vero Uſu Patrum* Lib. I. C. 4. p. 84.; Io. Alb. Fabricius *Bibl. lat.* III, 435. atque alii.

Augustini Opuscula, quae itidem libris depravatis Patrum Eccleſiae annumerantur. Lucas, Tudenſis Epiſc., Lib. III. C. 17. *contra Albingenſes*, Tom. XXV. *Biblioth. Patr. Lugdun.* p. 247. de

Arnaldo f. Arnoldo Albingenfi narrat, eum Hieronymi, Auguftini, Ifidori, Bernardi Opuscula adulteraffe. Inter alia dicit: *Quidam etiam Haereticus nomine Arnaldus de confinibus Galliae venit in Hifpaniam, zizaniam erroris haeretici feminando. Inter cetera pravitatis opera erat ftudium, SS. Patrum Auguftini, Hieronymi, Ifidori et Bernardi Opuscula minora corrumpere, fubtrahendo vera et adiiciendo falfa. Erat enim Scriptor velociffimus et corrupta Sanctorum Opuscula vendebat, vel dabat Catholicis, ut tali fallacia poffet decipere et illaqueare incaute legentium mentes*, etc. quae tamen minus credibilia funt. Dicuntur illa quidem, non autem probantur et ut videtur, odio erga Waldenfes, teftes veritatis, nituntur.

Hieronymi Opera qui primus edidit, *Io. Andreae*, Epifc. Alerienfis, 1468. fol. licentiam fibi fumfit, addendi, detrahendi, mutandi, pro fua fententia ac voluntate, fine firmiore cauffa, hancque ob rem iufta animadverfio in eum facta eft. Vid. Simonis *Epift. felectt.* T. I. Ep. 32. p. 220.

Cyrilli *Alex.* Libros ab Haereticis adulteratos effe conftat, resque nititur auctoritate Leontii *Byzantini*, Anastasii *Sinaitae*, Nicephori Callisti atque aliorum, qui teftantur, Dioscorum, Timotheum Aelurum, Severianos Acephalosque depravationis iniuriam Cyrilli fcriptis intuliffe, id quod Barth. Germon l. l. p. 327. uberius ediſſerit.

Praetermiffis aliis monumentis, quae in fraudulentorum hominum manus inciderunt atque ab illis malitiofe corrupta funt, id tantum animadvertimus, *Indices librorum prohibitorum et expurgandorum*, qui apud Pontificios prodeunt atque auctoritate valent, occafionem, immo neceffitatem praebere, fcripta Patrum adulterandi. Recte obfervat hoc Casim. Oudinus *Comment. de Scriptorib. ecclef.*

I, 987., verbis his: *Nec Proteſtantes in editionibus ſuis Opera Patrum corrumpunt, ſed Pontificii et Papicolae, quibus id centies probatum fuit. Longe igitur meliori fide in editionibus Patrum agunt Lutherani et Calviniſtae, quam Pontificii, quibus omnia corrumpendi occaſionem et neceſſitatem praebent Indices expurgatorii Romani, ad corruptiones et adulteria Operum eiusmodi iuſſu Romanorum Pontificum compoſiti.*

Lucem adſpexerunt Variorum ſcripta, quibus argumentum hoc explanatum eſt. Alii in enarrando iſto ſingulare ſtudium poſuerunt, in quorum numero ſunt:

Thom. Iamesius, cuius in lucem exiit Lib. de *S. Scripturae, Conciliorum et Patrum corruptione,* Lond. 1611. 4., 1689. 8. lingua anglicana, ſeque W. Caveo *Prolegg. hiſt. litter. Scriptor. eccl.* p. 22. atque aliis Viris eruditis commendavit.

Dan. Francus, qui iuris publici fecit: *Disq. acad. de Papiſtarum Indicibus librorum prohibitorum et expurgandorum, in qua de numero, auctoribus, occaſione, contentis, fine, damnis et iure Indicum illorum diſſeritur,* Lipſ. 1684. 4. *) Diligenter Auctor argumentum perſequitur atque inter alia exemplis quam plurimis oſtendit, haud inſolens eſſe Pontificiis, Patrum ſcripta corrumpere atque immutare.

Casp. Loescher in Diſſert. de *Latrociniis, quae in Scriptores publicos, Patres praecipue, ſolent committere Haeretici,* Vitemb. 1674. 4.

Io. Conr. Schramm, cuius exſtat Diſſert. de

*) Liber hic a multis laudatur, quorum teſtimonia adfert I. Wendlerus *Schediasm. de libris, a Pontificiis ſuppreſſis et corruptis, Diſſert. praeliminar.* p. 82 ſqq.

Librorum prohibitorum Indicibus horumque abuſu et utilitate, Helmſt. 1708. 4.

Io. Chph. Wendler, qui edidit: *Schediasma de libris, a Pontificiis aliisque Haereticis in praeiudicium doctrinae purioris noſtra et ſuperiori aetate ſuppreſſis et corruptis, c. Diſſert. praeliminari, qua aſſeritur, Lutheranos in praeiudicium coeleſtis veritatis neque ſupprimere, neque corrumpere Scriptores eccleſiaſticos et profanos*, variis Scriptoribus, nominatim in titulo adductis, oppoſita. *)

Barth. Germon in libro de *veteribus Haereticis, eccleſiaſticorum Codicum Corruptoribus*, Par. 1713. 8. Alii in ſcriptis ſuis data occaſione attulerunt, quae ad argumentum hoc illuſtrandum pertinent, uti: Andr. Rivetus *Tract. de Patrum auctoritate* T. II. *Oper. theolog.* p. 1004.; Io. Dallaeus de *Vero Uſu Patrum* Lib. I. Cap. 4. p. 60.; Guil. Cave *Prolegg. ad hiſt. litter. Scriptor. eccl.* p. 21 ſq.; Fr. Spanhemius *Hiſt. chriſtian.* Sec. I. T. I. *Oper.* p. 486.; Chr. Matth. Pfaff *Introduct. ad hiſt. theolog. litter.* P. I. p. 7.; Io. Franc. Buddeus *Iſagog. ad theol. univerſ.* Lib. II. Cap. 3. §. 10. p. 525. atque alii.

§. 52.

Non omnia Patrum ſcripta conſervata et ad nos translata ſunt, ſed eorum, quae iſti litteris mandarunt, multa monumenta perierunt; eo tamen discrimine, ut vel omnia, vel pleraque, vel nonnulla ſcripta, ab antiquioribus his Doctoribus compoſita, interierint. Contigit hoc per varias cauſſas, inter quas temporis ratio, hominum ignorantia, negligentia, malitia aliaeque

*) *Unſchuldige Nachrr.* a. 1713. p. 1037.

locum habent. Haec ſunt *Scripta Patrum deperdita*, quorum notitia non omni utilitate caret. Quaedam huiusmodi ſcripta commemorare, animus eſt. Numerantur in illis:

Iustini *Mart. Commentarius de anima;* Liber *Pſaltes dictus;* Lib. *contra omnes haereſes;* Opus *contra Marcionem; Dubitationum adv. religionem Solutiones ſummariae; Expoſitio in Apocalypſin; Commentarius in Hexaëmeron;* de *Reſurrectione carnis.*

Irenaei *Demonſtratio apoſtolicae praedicationis; Commentarius de Ogdoade,* ſ. de octonario Aeonum numero; *Commentarius in Apocalypſin,* cum Epiſtolis nonnullis.

Theophili *Antioch.*, Lib. *contra Marcionem;* alius *adv. haereſin Hermogenis;* Libb. *catechetici.*

Clementis *Alex. Hypotypoſeon* ſ. *Inſtitutionum* Libb. VIII; *Canon eccleſiaſticus;* Lib. de *Paſchate;* de *Obtrectatione; Disputationes de Ieiunio; Exhortationes ad Patientiam;* Lib. de *Continentia;* alius de *Nuptiis; Commentarius in Geneſin;* Lib. de *Anima;* Lib. de *Prophetia;* alius de *Reſurrectione; Commentarii in Epiſtolas canonicas* atque alia.

Hippolyti *Scholia in Proverbia Salomonis.* *)

Eusebii *Pamphili* Libb. *contra Porphyrium,* de *Evangeliorum diſſonantia; Commentarius in primam Ep. ad Corinthios;* Libri tres de *Vita Pamphili; antiquorum Martyriorum collectio; Acta Martyrii S. Luciani; Deſcriptio Baſilicae Hieroſolymitanae;* Lib. de *Feſto paſchali* atque alia.

Athanasii *Commentarii in Eccleſiaſten et Can-*

---

*) C. C. Wooo *Hippolyti Fragmentum in Prov. IX,* 1—5. *gr. et lat.*, Lipſ. 1763. 4. *Hippolyti Fragm. ex eius in Proverbia Scholiis*, ed. Angel. Maio, Rom. 1825. 8.

tica Canticorum; Lib. *contra Valentem et Urſacium;* Lib. *Synodicus;* variae *Epiſtolae.*

Hilarii *Tractatus in Iobum; Commentarius in Cantica Canticorum; Hiſtoria Ariminenſis et Seleucienſis Synodorum*, adv. Valentem et Urſacium; Lib. *Hymnorum;* Lib. *Myſteriorum;* Lib. de *Numero ſeptenario;* plures *Epiſtolae.*

Epiphanii multae *Epiſtolae; Oratio de Spiritu S.; Encomium Hilarionis.*

Gregorii *Nyſſ. Expoſitiones in Proverbia; Commentarii in Ep. ad Philippenſes.*

Didymi *Alex. Commentarii in Iobum, in Pſalmos, in Proverbia, in Ieſaiam, in Hoſeam, in Zachariam, in Evangelium Matthaei* et *Ioannis;* Libb. III de *Trinitate;* Libb. II de *Dogmatibus et contra Arianos; Comment. in libros Origenis περὶ ἀρχῶν.*

Ambrosii *Commentarii in Ieſaiam; Commentarii adv. nonnullos Platonicos*, ſ. de *Sacramento Regenerationis et Philoſophia* Lib.; *Elucidationes et Homiliae in Librum Sapientiae; Expoſitio in omnes Paulli Epiſtolas; Catechismus epiſtolaris ad Fritigildem, Marcomannorum Reginam;* de *puerilis aetatis Inſtitutione ad Panſophiam.*

Paullini *Nolani Panegyricus* ſ. *Apologeticus pro Theodoſio* Imp.; multae *Epiſtolae ad Sororem de contemtu mundi; Sacramentarium et Hymnarium;* Lib. de *Poenitentia;* de *Laude generali omnium Martyrum; Poëmata* et *Epiſtolae* plures.

Augustini Libb. tres *contra Paganos* et *Exhortatio* ad eosdem; de *Sacrificiis ſpiritualibus* contra Manichaeos; de *die Domini ſecundum Sophoniam Prophetam* contra eosdem; Libb. *contra Arianos;* Commentationes variae de *Caritate*, de *Euchariſtia*, de *Sacrificio veſpertino;* varia ſcripta, Donatiſtis oppoſita, nimirum *contra Epiſtolam Donati;* Lib.

contra Donatistam incerti nominis; de *Maximinianistis* contra Donatistas; de *Baptismo* adv. eosdem et alia.

Chrysostomi *plurimi Commentarii in S. Scripturae libros; Expositiones Iobi et Zachariae; Orationes contra Iulianum*, variae aliae Orationes, Epistolae, Homiliae.

Cyrilli *Alex.*, Lib. de *Synagogae defectu; de Fide adv. Haereticos.*

Theodoreti *Pentalogium* s. Libb. V de *Incarnatione Verbi*, adv. Cyrillum et Patres Concilii Ephesini; *Opus mysticum* s. de *Mysteriorum Fidei expositione* Libb. XII; Lib. de *Theologia et Incarnatione;* Opera adv. *Marcionem*, *Iudaeos* et *Origenem; Responsiones ad quaesita Magorum Persarum; Sermones quinque in laudem Chrysostomi; Sermones* alii.

Leonis *M.*, *Epistolae* multae et alia nonnulla Opuscula.

Alcimi Ecdicii Aviti Lib. *Homiliarum; Dialogus contra haeresin Arianam;* Lib. II *contra Nestorii et Eutychis errores;* Lib. *contra Fausti errores de Gratia et libero Arbitrio.*

Gennadii Libb. VIII *adv. omnes haereses;* Libb. VI *adv. Nestorium;* Libb III *adv. Pelagium; Tractatus de mille annis et de Apocalypsi Ioannis.*

Fulgentii Libb. VII de *Gratia Dei et libero Arbitrio adv. Faustum;* Libb. X de *veritate Praedestinationis et Gratiae contra Fabianum;* Lib. de *Processione Sp. S.;* Libb. II de *Ieiunio et Oratione;* Lib. *pro Fide catholica adv. Pintam, Episc. Arianum*, una cum multis Homiliis.

Cassiodori *Expositio Epistolae ad Romanos; Liber Titulorum de S. Scriptura collectus; breves Explanationes in Acta et Epistolas Apostolorum ac*

Apacalypsin atque alia. Sufficiant haec. Plura qui scire cupit, adeat ille Guil. Caveum *Historia litteraria Scriptorum ecclesiasticorum;* Io. Alb. Fabricium utraque *Bibliotheca*, et *graeca* et *latina* atque alios Auctores de Patribus ac Scriptoribus ecclesiasticis, supra commemoratos. In illis tamen consulendis iudicium adhibendum est, neque existimare debemus, omnia Patrum monumenta, quae deperdita esse narrari solent, omnino planeque interiisse atque Auctores ista certe reliquisse, quibus illa tribuuntur. Alia sunt scripta nondum edita, alia deperdita. Fieri potest, ut de quibusdam nobis persuadeamus, iniuriam temporis illa abstulisse, quae tamen conservata, in tenebris Bibliothecarum iacent, nec adhuc satis diligenter quaesita sunt. Comprobant hoc exempla librorum, quorum Codices mspti per longius tempus ignoti erant ac periisse credebantur, postea tamen reperti, in lucem prodierunt.

Caput V.

DE SCRIPTIS PATRUM ECCLESIAE IN LINGUAS EUROPAEAS CONVERSIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Agitur de Patrum Scriptis, in alias linguas translatis, generatim §. 53.
Speciatim de eorum interpretibus cum antiquioribus, maxime Rufino ac Gennadio §. 54. tum recentioribus, qui Patrum monumenta converterunt in linguas hispanicam, anglicam, gallicam, belgicam, italicam, fuecicam, germanicam §. 55. 56.

§. 53.

Scripta Patrum e nativo fermone fuo in alias linguas translata effe, conftat. Factae funt interpretationes hae eo inprimis confilio, ut monumenta ifta ab hominibus quoque, litterarum, maxime linguarum, quibus Patres ipfi ufi funt, ignaris, intelligi atque ad propriam utilitatem referri queant. Ac certe verfiones has ille negligere haud debet, cui propofitum eft, accuratius ftudium ad Patrum hiftoriam litterariam adhibere. Sique interpretationes hae diligenter ac recte compofitae funt, iuvat nos interdum, eas confulere ac difficiliora loca ex iftis illuftrare.

§. 54.

Quae Patres ordinis facri reliquerunt, ingenii monumenta vel graece, vel latine compofita

sunt. Iam antiquiore aetate fuerunt, qui non solum scriptis eorum graecis, latine reddendis, operam darent, sed etiam in libris latinis, graece vertendis, simile studium ponerent. Reliquiae harum interpretationum ad nos pervenerunt.

Inter eos, qui graeca Patrum scripta in sermonem latinum transtulerunt, praecipue locum sibi fecit Rufinus, Presb. Aquileiensis. Ex graeca lingua latine vertit: *Recognitionum libros*, sub Clementis Rom. nomine in lucem editos, ac praefationem addidit, quae minus est subdititia, quemadmodum nonnulli sibi persuadent; *Apologiam Origenis*, cuius primus liber ex illius interpretatione in latinis Origenis editionibus et inter Hieronymi *Opera* exstat; ipsius *Origenis* libros περὶ ἀρχῶν multasque *Homilias*, in *Genesin*, *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros* et alios Codicis S. libros: item *Eusebii Historiam ecclesiasticam*, sed ita, ut varia passim et librum decimum integrum fere omitteret, alia adderet atque interpolaret et ipse libros duos novos subiungeret, quibus historiam ad mortem Theodosii Imp. produxit. Locum in illis quoque dedit incertis narrationibus ac fabulis monstravitque, se fuisse credulum, nec accuratum studium ad historiam hanc adhibuisse. E latino eos graece vertisse Gelasium Caesareensem et Cyrillum Hierosol., testis est Photius *Cod. LXXXIX.* p. 210. Praeter haec monumenta graeca, Rufinus alia in latinum sermonem convertit inque his *Iosephi libros de Bello Iudaico* et *Antiquitatum Iudaicarum*, quorum posteriorum librorum versio latina ei quoque tribui solet: *Basilii Caesar.* et *Gregorii Nazianz. Opera* quaedam, quae habentur in antiquis illorum editionibus latinis: *Anatolii Canonem paschalem*, quam interpretationem in lucem protulit illustravitque Aegidius Bucherius, una cum aliis eiusdem argumenti scriptis, Antverp. 1624. 4.: item *Sixti Enchiridion s. Senten-*

tias, ab Urb. Gfr. Sibero c. notis editas, Lipſ. 1724. 4. In verſionibus, iam memoratis, Rufinum maiore, quam par erat, libertate uſum fuiſſe, ſatis eſt notum et iam dudum a doctiſſimis Viris animadverſum, ſpeciatim a Io. Dallaeo de *Scriptis Dionyſii et Ignatii* Lib. II. Cap. 40 ſq. p. 474. Rufinum quaedam etiam ex lingua latina in graecam convertiſſe, Hieronymus *Apolog. in Rufinum III*, Tom. IV. *Oper.* P. II. p. 468. edit. Martianaei teſtatur. Quae in Opere de *Vitis Patrum*, ab Heriberto Rosweydo primum a. 1615. edito, librum *ſecundum* et *tertium* conſtituunt, itidem Rufini auctoris ſ. interpretis eſſe, creduntur. *)

Ad Rufinum adiungimus Gennadium, Presb. Maſſilienſem, quem ſcripta quaedam graeca latine vertiſſe, relatum legimus. In illis eſt: Timothei *Aeluri Apologia Ordinationis ſuae ad Leonem Imp.*, quam a ſe in latinum ſermonem translatam fuiſſe, Gennadius ipſe teſtatur ac tradit, Timotheum in ea Patres Chalcedonenſes, Leonem Papam atque omnes fere Occidentis Epiſcopos Neſtorii pravae doctrinae accuſaſſe. Memorat etiam Gennadius, ſe Evagrii *Pontici Sententias* ac librum de *Octo principalibus vitiis* latine reddidiſſe. Exſtat quoque graecâ interpretatio Hieronymi libri de *Viris illuſtribus*. Eius auctorem eſſe Sophronium illum, cuius Hieronymus ipſe in dicto libro mentionem faciat, *Erasmus* quidem ſtatuit; repugnant autem alii deque verſione hac iudicant, illam vitiorum eſſe pleniſſimam hocque ſe prodere innumerabilibus fere locis, ubi alia ſint omiſſa, alia depravata atque a mente Hieronymi aliena.

---

*) Rufinus recentioris aetatis eſt Casp. Barthius, cuius verſiones Scriptorum eccl., et inprimis *Aeneae Gazaei*, non ſolum horridae et barbarae ſunt, ſed etiam propter affectatas obſoletas Plautinasque dictiones plane obſcurae, et admodum liberae.

Ephraemus omnes libros ſuos ſyriace compoſuit, in gentis ſuae utilitatem; translati autem illi ſunt in alias linguas. Inter Verſiones has ſine dubio *graeca* eſt antiquiſſima. Adornata enim illa fuit eo tempore, quo Ephraemus adhuc in vivis erat, uti teſtatur Sozomenus Lib. IV. *Hiſt. eccl.* Cap. 16. p. 525. Noviſſimis temporibus nobiscum communicata ſunt cura *C. F. Weberi*, Prof. Gymn. Darmſtadini, *Carmina Anicii Martii Torquati Severini Boethii graece converſa per* Maximum Planudem, Darmſt. 1833. 4. (12 Gr.) Converſio haec Maximi Planudis, qui ineunte Sec. XIV floruit, iudicante ita editore, inter multas, quae vel ab ipſo Planude vel ab aliis tunc factae ſunt, plerumque ad verbum expreſſa et ſatis eleganter pro illis temporibus compoſita eſt, quamquam cum noſtra in vernaculam transferendi ratione non comparanda.

§. 55.

Quum recentiore aetate eruditiſſimi Viri in eo operam collocarent, ut *Graecorum Patrum* ſcripta, quae conſervata et adhuc manu tantum exarata fuerant, litterarum formis deſcriberentur ac iuris publici fierent, curarunt ſimul, ut iſta maioris ac facilioris uſus cauſſa in ſermonem latinum converterentur. Multae variaeque generis huius Verſiones lucem viderunt, quae poſtquam evulgatae fuerant, poſtea aliae illarum emendatae, aliae eaeque meliores atque accuratiores in iſtarum locum ſubſtitutae ſunt. Sed de his Graecorum Patrum Verſionibus latinis, utpote ſatis notis, iam nihil dicimus.

§. 56.

Verſiones potius *Patrum graecorum* latinorumque *in linguas Europaeas* recenſere, nobis-

cum constituimus, non omnes singulari studio, sed quasdam tantum, attamen fortasse plerasque, ea enarrandi ratione, ut syllabus, quem exhibebimus, facili negotio augeri ac continuari possit. Igitur in lucem prodierunt:

Hispanice:

Tertulliani *Apologeticus ad Scapulam*, cuius interpres est *Pet. Manero*, Caes. Aug. 1644. 4. *) Apologetae religionis christianae antiqui, interprete *Em. Ximen. de Urieta*, Madrid 1792. II. 4. Chrysostomi *de Sacerdotio* Libri VI, c. textu gr. et notis crit., per *Felipo Scio de S. Miguel*, Madrit. 1773. 4. Augustini Libri *Confessionum, meditationum, soliloquiorum*, studio *Pet. a Ribadeneira*, Madrit. 1598. II. 8. **) Eiusd. *Libri de doctrina christiana*, c. notis, per *Eugen. de Cevallos*, Madr. 1792. II. 8. *Libb. XXII de Civitate Dei* p. *Ant. de Roys et Rozas*, Matriti 1614. fol., Antverp. 1676. fol. *de decem Chordis Lib.* auct. *Gundisalvo Garzia de S. Maria*, Matriti 1494. 8. Cypriani Libellus de *Oratione dominica*, cura *Didaci Martinez*. ***)

Anglice:

Clementis *Rom. Epistolae ad Corinthios*, per *W. Burton*, c. notis copiosis ac iudicio *W. Cavei*, Lond. 1647. 8. atque iterum, *W. Wakaeo* interprete, una c. Barnabae, Ignatii, Polycarpi *Epistolis* atque Hermae *Pastore*, itidem in Sermonem anglicum conversis, sub titulo: *The genuine Epistles of the apostolical Fathers, Barnabas, Ignatius, Cle-*

---

*) Antonii *Biblioth. hispan. nov.* T. II. p. 169.

**) Antonii *l. c.* p. 186. Lusitanice *Confessionum Libri* exstant interpr. *Sebast. Toscano*, Antverp. 1555. 8.

***) Fabricii *Biblioth. lat.* III, 382.

GREGORII *Nazianz. Sermones*, qui gallice conversi, titulo hoc: *Sermons de S. Grégoire de Nazianze, surnommé le Théologien, traduits du grec, avec des notes*, in lucem prodierunt, Par. 1693. II. 8. Habemus etiam: *Discours de S. Grégoire de Nazianze sur l'Excellence de Sacerdote, et les dévoirs des Pasteurs, avec des rémarques critiques sur le texte du S. Docteur et les sentiments des autres saintes Pères sur les mêmes points*, Par. 1747. II. 12.

EUSEBII *Historia ecclesiastica*, ex interpretat. *Claudii Seysselii*, quae laudatur, ac postea interprete *Lud. Cousino*, Par. 1675. 4.

SOCRATIS et SOZOMENI *Historia ecclesiastica*, quae, interprete eodem *Lud. Cousino*, gallice prodiit, Par. 1676. 4., quae Cousinii translationes coniunctim editae sunt, Par. 1686. VI. 8. *)

THEODORETI *Historia ecclesiastica*, cuius duae interpretationes gallicae exstant, altera antiquior, stud. *Mart. Matthaei*, Prioris in Monasterio novo apud Pictavos, composita; altera recentior, quam dicti *Lud. Cousini* industriae debemus, Par. 1676. 4. una cum Evagrio.

Io. CHRYSOSTOMI *Epistolae*, quarum versio gallica hanc inscriptionem prae se fert: *Les lettres de S. Iean Chrysostome, traduites en françois sur le grec des Pères Benedictins de la Congrég. de S. Maur, ou elles sont rangées selon l'ordre de tems, avec des notes, des sommaires et deux traitéz écrits du lieu de son exil a la veuve S. Olimpiade*, Paris 1732. II. 8. Exstant etiam *Les Panégyriques des Martyrs par S. Iean Chrysostome, traduits du grec, avec un abregé de la vie de ces mêmes Martyrs*, Par. 1735. 8., ac praeter Orationes has, *Homélies sur la Genèse et sur les Actes des Apôtres*, Par. 1703. III. 8. **)

---

*) FABRICII *Biblioth. graec.* VII, 671.

**) *Journ. des Savans* a. 1703. *Nov.* p. 1018.

et *Homélies, Discours et Lettres choisies de St. Iean Chrysostome, avec des Extraits tirés de ses ouvrages sur divers sujets, traduits p. Mr. Auger*, Par. 1785. IV. 8.

Non solum graecorum, sed etiam LATINORUM antiquiorum Christianorum Doctorum monumenta in sermonem gallicum conversa sunt, quemadmodum ipsae generis huius interpretationes, quae ad nos pervenerunt, satis comprobant. Enarrabimus ista ordine temporum, quibus Patres hi vixerunt, non ea accuratione, ut nullum plane scriptum, gallice versum, omittatur, ad quod praestandum nos haud valere fatemur; debita tamen diligentia. Ad locum igitur hunc pertinent:

TERTULLIANI varii libri atque in his *Apologeticus adv. Gentes*, cuius duplex versio in lucem exiit: altera stud. *Lud. Girii*, Par. 1636. 1646. 12. 1684. 8., Amstel. 1701. 8., c. textu latino ac PET. ALLIXII *Differt. de Tertulliano ac Scriptis eius* *): altera editio prodiit accuratiore cura *Vassoulti*, c. notis, Par. 1714. 8. **) Gallice quoque versus est liber de *Praescriptione Haereticorum* per *Aubert. de Macere*, Par. 1562. et *Brosseo* interprete, Par. 1612. 8.; nova autem editio, notis instructa, lucem vidit, Par. 1729. 12. ***) *Apologeticus* et *de Praescriptione Haereticorum* interprete Abb. *de Gourcy* prodierunt, Par. 1825. 8. Praeter hunc, lingua eadem extant ac legi possunt alii Tertulliani libri, uti sunt: de *Oratione*, quem gallice reddidit *Hobier*, Par.

*) *Mém. de Trevoux* a. 1708. m *Jul.* p. 42. BERNARDI *Nouvelles de la Républ. des lettres* a. 1701. *Ian.* p. 40.

**) *Journ. des Savans* a. 1714. m. *Sept.* p. 291. *Mém. de Trevoux* a. 1714. m. *Iun.* p. 1062. cf. FABRICII *Syllabus Scriptorum de veritate relig. christian.* Cap. V. p. 208. *Nachr. v. d. Büchern in d. Stollischen Biblioth.* II, 421.

***) *Mém. de Trevoux* a. 1729. m. *Iun.* p. 1088. *Iourn. des Savans* a. 1729. m. *Aug.*

1640. 12.; de *Patientia*, itidem interprete *Hobierio*, Par. 1640. 12.; de *Corona militis*, quem librum verterunt *Aubert. de Macere*, Par. 1563. et *Florim. Remondus*, Par. 1594. 8.; de *Carne Christi* et de *Resurrectione*, quam interpretationem debemus antea memorato *Lud. Girio*, Par. 1661. 8.; *ad Martyres*, quem librum praeter *Florim. Remondum* gallice interpretatus est *Paul. Colomesius*, Rupell. 1673. 8.

Minucii Felicis *Octavius*, qui interprete *Nic. Perroto Ablancurtio* prodiit, Par. 1646. 62. 12. et latinis e regione positis, Lipf. 1689. 12.

Cypriani *Opera*, quorum praeclara gallica interpretatio hunc titulum prae se fert: *Les Oeuvres de S. Cyprien, Evêque de Carthage et Martyr, traduites en François par Pierre Lombert, avec des Remarques, une nouvelle Vie de S. Cyprien, tirée de ses écrits et une table des matiers*, Rothom. 1716. 4. Gallice quoque lucem viderunt Cypriani *Epistolae* per *Iac. Tigeon*, Par. 1574. fol. et per *Lombertum*, c. notis ac vita Cypriani, Par. 1672. 4. quo et spectant: *Lettres choisies de S. Cyprien aux Confesseurs et aux Martyrs, avec des Remarques historiques et morales*, Amstel. 1688. 12. *)

Lactantii *Divinae Institutiones*, quarum interpretatio gallica (*Des divines Institutions contre les Gentiles et Idolàtres*) publicae luci exposita fuit, Par. 1546. 8., Lugd. 1563. 12., c. praemisso errorum Lactantii catalogo, cuius versionis auctor est *Renat. Fameus*. Translatus quoque est in linguam gallicam *Liber primus Institutionum a Droveto de Maupertuis*, Avenione 1710. 12. **) Memoratur prae-

*) Baelii *Nouvelles de la Républ. des lettres* a. 1688. m. *Mart* p. 335.

**) *Mém. de Trevoux* a. 1712. m. *Dec.* p. 2055.

terea verſio gallica libri de *Mortibus Perſequutorum*, cuius auctorem eſſe Lactantium, vulgaris eſt ſententia, inſcripta: *Traité de la Mort des Perſécuteurs par Franc. Maucroix*, Par. 1667. 1680. 12. et alia, cuius titulus eſt: *Hiſt. de la Mort des Perſécuteurs de l'Egliſe primitive, écrite in Latin par Lactance et traduite en François ſur la traduction angloiſe de Mr. le Docteur Bournet* etc., Ultrai. 1687. 12. *)

Optati *Milevitani* Libb. de *Schismate Donatiſtarum*, quorum verſio gallica ita inſcripta eſt: *L'hiſtoire du Schisme, Blasphêmes, Erreurs, Sacriléges, Homicides, Inceſtes et autrez Impietéz des Donatians, écrite en Latin par Optat, Evêque Milevitain, miſe en langue françoiſe et repurgée de pluſieurs fautes, augmentée auſſi par le Supplement de quelques imperfections et explication des lieux difficiles*, p. *Pet. Viel*, Par. 1564. 8.

Ambrosii Libb. de *Virginitate* gallice converſi atque editi ſunt, ſub titulo: *Ambroiſe de l'origine, de l'excellence et des avantages de la Virginité traduit en François*, interpr. *Ant. Ioſ. Mege.* Par. 1655. 12. Addita eſt Diſſertatio de *Origine, Praerogativis et Commodis Virginitatis.* **)

Augustini varia ſcripta eaque: 1) de *Civitate Dei*, p. *Raoul de Pruelles ſ. Praeſles*, Abbatis Villae 1486, Par. 1531. II. fol.; p. *Gentian Hervet*, Rom. 1570. 1585. fol.; p. *de Cereziers*, Par. 1655. fol.; p. *Louis Giry*, Par. 1665 et 67. II. 8.; c. notis, interpr. *Pet. Lomberto*, ſub titulo: *La Cité de Dieu de S. Auguſtin, traduite en François et revue ſur pluſieurs anciens Mſpts, avec des Remarques et des Notes*, Par. 1675. II. 8. et Amſtel. 1736. IV. 12. 2) *Sermones in Pſalmos* ſ. *Sermons de S. Auguſtin*

*) Baelii *Nouv. de la Républ. des lettres* a. 1687. m. *Sept.* p. 979.
**) Pezii *Biblioth. Benedictino-Mauriana* p. 57.

ſur les Pſeaumes, traduits en François, Par. 1683. VII. 8. 3) *Epiſtolae: les Lettres de S. Auguſtin, traduits en François ſur l'édition nouvelle des Pères Bénédictins de la Congrég. de S. Maur, où elles ſont rangées ſelon l'ordre des tems. Revues et corrigées ſur les anciens Manuſcrits et augmentées de quelques Lettres, qui n'avoient pas encore paru, avec des notes* p. *Phil. Goibaud du Bois*, quae verſio poſtquam primam lucem adſpexerat, Par. 1684. II. fol. et VI. 8. *), aliae editiones ſequutae ſunt atque in his tertia, Inſulis 1707. VI. 12. 4) *Contra Academicos* libri, gallice ita inſcripti: *Les livres de S. Auguſtin contre les Philoſophes Academiciens, avec le traité de la Grace et de la Liberté, traduits en François ſur l'édition des PP. Bénédictins de la Congrég. de S. Maur*, Par. 1703. 12. cuius Auctor eſt *Ioſeph-François Bourgoin de Villefore* ou *Villefort;* **) 5) Libri de *Gratia et Peccato originali*, qui gallice verſi hanc inſcriptionem praeferunt: *Les deux livres de S. Auguſtin de la Grace de I. Chr. et du Peché originel, trad. en François ſur l'édition des PP. Bénédictins de la Congrég. de S. Maur*, Par. 12. ***) 6) Liber de *Gratia*, ſub titulo: *Le Livre de S. Auguſtin ſur la Grace et le libre Arbitre et deux Lettres de ce Père à Valentin et aux Moines d'Adrumet, trad. en François avec des notes, par Monſeigneur l'Evèque de Marſeille*, etc.; †) 7.) Libri XIII *Confeſſionum*, quos iterum iterumque in linguam gallicam translatos eſſe, conſtat p. *Rob. Arnald. d'Andilly, Phil. Goibaud du Bois* al.; 8) *Les ſix Livres de S. Auguſtin contre Iulien, défenſeur de l'héréſie Pelagienne, trad. en François ſur l'édition des PP. Bénédictins de la*

*) Bailii *Nouv. de la Républ. des lettres* a. 1674. m. *Nov.* p. 958.
**) *Journ. des Savans* a. 1703. m. *April.* p. 366.
***) *Mém. de Trevoux* a. 1739. m. *Ian.* p, 103.
†) *Mém. de Trevoux* a. 1748. m. *Nov.* p. 2831.

Congreg. de S. Maur, Par. 1736. II. 12. *) 9) *De Vera religione* p. *Ant. Arnauld*, Par. 1647. 8. et p. *Phil. Goibaud du Bois*, Par. 1690. 8.; 10) *De Doctrina chriſtiana* auct. *Guillaume Colletet*, Par. 1636. 12. et interpr. *Villefortio*, qui plures Auguſtini libros inſigni cum laude in linguam gallicam transtulit, Par. 1701. II. 8. 11) *de Sermone in monte* p. *Pierre Lombert*, Par. 1683. 8. 12) *in Evangel. Iohannis et Ep. I. ad Parthos* cur. *Phil. Goibaud du Bois*, Par. 1700. IV. 8.

Ioannis Cassiani *Collationes SS. Patrum* converſae ſub titulo: *Les Conférences de Caſſien trad. en François p. de Saligny*, Par. 1663. 8. et ſaepius.

Hieronymi *Epiſtolae*, quarum variae interpretationes gallicae atque editiones in lucem prodierunt. Inter eas laudatur verſio, cuius curam ſuscepit *Guill. Rouſſel* quaeque in conſpectum publicum venit ſub titulo: *Lettres de S. Iérôme, trad. en François ſur la nouvelle edition des PP. Bénédictins de la Congrég. de S. Maur, avec des Maximes morales, des Notes et des Remarques ſur les endroits difficiles*, Par. 1704—7. III. 8. *) Adducitur etiam editio a. 1679. 8. **)

Sulpicii Severi ſcripta, quae gallice verterunt *Io. Filleau*, Par. 1564. 16., et *Lud. Giry*, Par. 1659. 12. ***).

Salviani *Opera*, quorum interpretatio gallica hanc inſcriptionem praefert: *Les Oeuvres de Salvien, Prêtre de Marſeille, contenant ſes Lettres et ſes traités ſur l'Esprit d'intérêt et ſur la Providence, trad. en François*, Par. 1735. 12. †)

---

*) *Journ. des Savans* a. 1704. *Febr.* p. 189. a. 1703. *Ian.* p. 132.

**) *Catal. Biblioth. Bunavianae* III, 1, p. 152.

***) Mollerus Diſſert. de *Sulpicio Severo* §. 17.

†) *Mém. de Trevoux* a. 1735. *Nov.* p. 2284.

Paullini *Nolani Epiſtolae*, quarum titulus eſt: *Les Lettres de S. Paulin, trad. en François, avec des Eclairciſſemens et des Remarques ſur plusieurs endroits, qui regardent l'hiſtoire, ou la discipline ecclésiaſtique*, Par. 1703. 8.*)

Vincentii *Lerinenſis* Commonitorium: *Avertiſſemens de Vincent de Lerins, touchant l'antiquité, l'univerſalité et les myſtères de l'Egliſe, trad. du latin en François, avec des Remarques et une Diſſert. ſur l'Ouvrage p. de Frontiquières*, Par. 1686. 12.

Paulli Orosii ſcripta, edita gallice interpr. *Phil. le Noir*, Par. 1526. fol. **)

Gregorii *Magni* Libri *Dialogorum*, quorum verſio gallica inſcriptione hac lucem adſpexit: *Dialogues de S. Grégoire le grand, nouvellement trad. en François, avec des Eclairciſſemens*, Par. 1689. 12. Acceſſit Diſſertatio, cum pro veritate eorum, quae in *Dialogis* his narrantur, tum pro fide ipſorum *Dialogorum* conſcripta. Interpres eſt *Lud. Bulteau*, Monachus Benedictinus e Congreg. S. Mauri. ***) Sed num interpretatio haec iure huc referatur, disputari poteſt. Gregorium ipſum Patribus Eccleſiae omnino annumerandum eſſe, res eſt non ſatis expedita; nec deſunt Argumenta, quae *Dialogorum* auctoritatem imminuunt.

S. Bernardi *Claravallenſis*, Sermones in Cantica Canticorum, ſ. t. *Les Sermons de S. Bernard ſur le Cantique des Cantiques*, Lyon 1686. II. 8. auctore *Villefortio*.

Belgice.

Lingua Belgica in lucem prodierunt: Polycarpi *Epiſtola*, interpr. *Sal. Bor*, Trai. ad Rh. 1698.

---

*) *Journ. des Savans* a. 1703. m. *Ian.* p. 99.

**) Fabricii *Biblioth. lat.* III, 537.

***) Pazii *Biblioth. Benedictino-Maurian.* p. 65.

fol.; Macarii *Homiliae* stud. *Corn. Kiel*, Antverp. 1580. 8.; Arnobii libri cura *Ioach. Oudaeni*, Harling. 1677. 8.; Minucii Felicis *Octavius* per *Gargonum*, Vlissing. 1712. 8.; Sulpicii Severi libri *Historiarum*, c. notis et continuatione *Pet. Rabi* ad Caroli V. tempora, Roterod. 1701. 4.

Italice:

Hermae *Pastor*, Venet. 1796. 8., Clementis Rom. *Epistolae*, Ibid. 1798. 8., Ignatii et Polycarpi *Epistolae*, ibid. eod., Iustini Mart. *Opera*, Ven. 1799. II. 8., Tatiani *Orat. ad Graecos*, ibid. 1800. et Athenagorae *Opera*, ibid. 1801. 8. italice extant, interpr. *Io. Gallicioli*, qui et notas adiecit. Athenagorae Lib. de *Resurrectione*, quem italice vertit *Hier. Faleti*, Venet. 1557. 4. ap. Aldum; Tertulliani *Opera*, sub titulo: *Opere di Tertulliano trad. del Sign. Selv. Borghini*, Rom. 1756. 4.; Minucii Felicis *Octavius* c. textu lat. et nott. auct. *M. Poleti*, Ven. 1756. 8.; Augustini Libri XIII *Confessionum*, interpr. *Vincent. Buondi*, Venet. 1564. 4., *Iul. Mazzini*, Rom. 1595. 4., et *Io. Ios. de S. Anna* c. copioso Commentario, Venet. 1760. 4.; Eiusd. *de Sermone Christi in monte* c. nott. p. *Augustin. Nic. Bianchi*, Mantua 1767. 8.; *de Civitate Dei*, interpr. *Iacopo Passavanti* s. l. et a. (circa a. 1480.) fol. et *Cesare Benvenuti*, Rom. 1734. fol.; *Sermonum et Homiliarum* aliquot cum aliorum Ecclesiae Doctorum p. *Galeazzo Florimonte*, Venet. 1553. 4. et saepius; Ioannis Cassiani *Opera* cur. *Benedetto Russi*, Venet. 1563. 4.; S. Zenonis, Veron., *Opera* sub titulo: *Le Opere di S. Zenone vulgarizzate del Marchese Gio. Iacopo Dionisi*, Veron. 1784. fol.; Orosii libri, auctore *M. A. Bonaccivoli*, Venet. 1528. 4.; libri *Dialogorum*, qui *Gregorio M.* tribuuntur; praeter editionem, quae sine loco atque anno lucem vidit, Venet. 1475. fol. 1487.

4., Mediol. 1481., Caietae 1488. fol. et ex nova *Io. Mar. Tarsiae*, Florentini, interpret., Venet. 1606.*) Eiusdem GREGORII libri *Moralium* s. Commentarii in Iobum, iam antea italice versi, iterum prodierunt c. nova praefatione, *Coenobio de Arata* interprete, Rom. 1714. 4. **)

SUECICE:

CYPRIANI libellus de *Oratione dominica*, quem suecice vertit *Io. Grosch*, Rost. 1615. 8.

GERMANICE:

CHR. F. RÖSSLER edidit *Bibliothek d. Kirchenväter in Uebersetqungen u. Auszügen, aus ihren fürnehmsten besonders dogmat. Schriften, sammt dem Original d. Hauptstellen und nöthigen Anmerkungen*, Lips. 1776—86. X. 8. (13 Thlr. 4 Gr.)

PATRUM APOSTOLICORUM scripta, quae a nonnullis in linguam germanicam translata ac coniunctim edita sunt, non ea autem accuratione, quae omnino adhiberi debuisset. Plures eorum, qui ad laborem hunc se admoverunt, eo maxime a recta via aberrarunt, quod monumenta aperte adulterina in ordinem germanorum librorum adscripserint. Generis huius volumina sunt:

Mart. Mölleri Zwölf Episteln, a. d. Griechischen verdeutscht, Görlit. 1578. 8.

Gfr. Arnoldi Sendschreiben der Alten, ubi inter alia sunt: IGNATII *sieben glaubwu. Briefe, nach dem Griech. genauer corrigirt u. ins Deutsche übersetzt*, Frcf. et Lips. 1700. 8. Praeterea ARNOLDUS iuris publici fecit: *Zwey Sendschreiben a. der ersten apostolischen Kirchen, deren das eine ist des h. Jün-*

*) FABRICII *Bibl. lat. mediae et infimae aetatis* VII, 251.

**) *Actor. Erudit. Suppl.* VI, 451.

gers und Paullinischen Gefehrten, Barnabae, das andere des h. Martyrers u. Aufsehers zu Rom Clementis, nun zum erstenmal verdeutscht von M. G. A. A. M., quae litterae nomen eius cum patria indicare debent, hoc modo: *Mag. Gfr. Arnold, Annaberg. Misnicus*, quemadmodum interpretatio haec in ipsa dedicatione legitur. *)

Io. Ott. Glüsingii Monumenta apostolica, od. der apostol. Männer Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii, Polycarpi, Iustini u. anderer heiligen Zeugen der ersten Kirche Briefe u. Schriften, Hamb. 1723. 8. Exstant quoque Epistolae PP. apostolicorum germanice ad calcem N. T., editi Schifbecae prope Hamburgum 1711. 12.

I. Chr. Nehring Des h. Hermae sämmtl. geistreiche Schriften, Hal. 1718. 8.

Recognitiones od. Hist. von d. Reisen u. Reden d. Apostels Petri in 10 BB. Nunmehr ins Teutsche übers. mit ein. Vorbericht Gfr. Arnolds, Berl. 1702. 8.

Die echten Schrr. d. apostol. Väter, d. Clemens v. Rom, d. Märtyr. Ignaz u. Polykarp u. f. A. d. Grundspr. übers. u. m. Anmerkk. von K. Unterkirchner, Lips. 1817. 8. (1 Th. 14 Gr.).

Die Briefe der apostol. Väter Clemens u. Polykarpus, neu übers. u. m. Einleitt. u. Commentarien versehen von M. I. Wocherer, Tubing. 1830. 8. (1 Thlr.).

Des h. Clemens v. Rom Br. an die Korinthier — übers. m. Anmerkk. u. Lebensbeschrr. v. Ed. Herzog, Bresl. 1825. 8. (20 Gr.)

Die zwei Briefe d. heil. Clemens v. Rom an d. Jungfrauen. A. d. Syr. übers. u. m. Anmerkk. versehen v. P. Pius Zingerle, Wien 1827. 8. (1 Th.).

---

*) Tentzelii *Monatl. Unterredungen* a. 1696. p. 73.

Des heil. Ignatius *Briefe. A. d. Griech.* Münst. 1826 sq. II. 8. (12 Gr.).

Briefe des Ignatius, *Bisch. v. Antioch. A. d. Griech. übers. v.* Chr. Genelli, 1828. 8.

Die Brr. d. heil. Ignatius *v. Antioch. Neu übers. u. erkl. v. M. I.* Wocherer, Tubing. 1829. 8. (11 Gr.)

Die angeblichen Schriften des Areopagiten Dionysius, *übers. u. m. Abhdl. begleitet v. I. G. N.* Engelhardt, Sulzb. 1823. II. 8. (3 Thlr.)

Iustins d. Märt. *Zweite Apologie u. Beweis d. Alleinherrsch. Gottes, griech. u. deutsch m. erklär. Anmerkk., nebst e. Abhdl. üb. d. Leben, d. Schrr. u. Lehren dieses Kirchenvaters v. I. Ad.* Götz, Normb. et Altd. 1796. 8. (18 Gr.). — *Iustins d. Märt. Gespr. m. d. Juden Tryphon. A. d. Griech., m. Vorr. u. d. Leben Justins v. N. v.* Brunn, Basil. 1822. 8. (11 Gr.). — *A. G.* Gehler *Uebersetzung d. Br. an Diognet;* in *Bremer Biblioth.* I, 2, 221.

Hermias *Verspottung d. heidn. Philosophen, übers. m. e. Einl. u. Erläutt. v. W. F.* Thienemann. Lips. 1828. 8. (6 Gr.)

Theophili *Antioch.* Libri ad *Autolycum*, quos e graeco in Germanorum linguam transtulit, praefatione ac notis ornavit ac sub inscriptione: *Des heil. Theophili drey Bücher an Autolycum,* in publicam lucem emisit *Gust. Chph.* Hosmann, Hamb. 1729. 8. *)

Origenis Libri *contra Celsum*, quorum interpretationem germanicam debemus *Io. Laur. Moshemio*, editam ab eo sub titulo: *Origenis, Vorstehers d. christl. Schule zu Alexandria und Aeltestens, acht Bücher v. d. Wahrheit d. christl. Religion* etc., Hamb. 1745. 4. Versionem hanc composuit Moshemius ad editionem *Spenceri*, ita ut discrepantes scriptu-

*) *Acta Erudit.* a. 1730. p. 323.

ras, una c. interpretatione gallica horum librorum, quam *Elias Bouhereau* dedit, consuleret iisque tamquam adiumentis uteretur. Subiecit nonnulla, quae ad Origenis vitam, doctrinam, virtutes, honores, merita, adversa fata pertinent. In annotationibus studia sua non tam ad lectiones variantes diiudicandas, quam ad sententiam dictorum illustrandam contulit, atque animum, veritatis cupidum, prodidit. Indicat, ubi Origenes non bona mente cum adversario agit supplet que ac emendat, quando ille ad ea, quae obiecta sunt, vel plane non, vel non accurate respondet. *)

Eusebii et Rufini ac *Tripartitam historiam* c. continuatione usque ad a. Chr. 1545. germanice edidit *Casp. Hedio*, Argent. 1545. fol. — *Eusebii Kirchen-Geschichte, a. d. Griech. übers. u. m. einigen Anmerkk. erläutert v. F. Andr. Stroth*, Quedlinb. 1777. II. 8. (2 Th. 8 Gr.).

Ephraemi *Syri Sermones*, quorum interpretationem germanicam *Gfr. Arnoldus* composuit atque ad usum publicum transtulit, hoc titulo: *Des heil. Ephrem aus Syrien Sermones, von der Gottseligkeit, von der Enthaltang, von der Keuschheit, von Uebung der Gottseligkeit*, qui sermones, germanice redditi, accesserunt ad Macarii scripta, itidem germanice edita, Goslar. 1702. 8.

Basilius d. Gr. *Predigten u. sämmtl. Schriften, a. d. Griech. übers. v. Joh. v. Wendler*, Vienn. 1776—78. VI. 8. (5 Th. 8 gr.). Eiusdem *Rede an d. Jünglinge über d. Art u. Weise, d. Schrr. d. Griechen zu benutzen. Ins Deutsche übers. v. F. Ge. Uhlemann, m. Anmerkk. v. Chr. F. Illgen;* in Ill-

*) *Acta Erudit.* a. 1748. p. 526. *Deutsche Acta Erudit.* XVIII, 131. *Biblioth. raisonnée* XXXV, 395. *Nachrr. v. neuen Büchern* IV, 661.

genii *Hist. theoll. Abhdll.*, (Lips. 1819. 8.) p. 88 —126.

Die Schriften des heil. Cyrillus, Kirchenvaters u. Erzbisch. v. Ierus., a. d. Griech. nach d. Ausg. des Ant. Agst. Touttées übers. u. m. Anmerkk. versehen v. Io. Mich. Feder, Bamb. 1786. 8. (1 Th. 4 gr.). Notae adiectae sunt potissimum polemici argumenti.

Gregorius v. Nazianz *Kürzere Briefe v. Ioh. Ios. v. Buol*, Vienn. 1776. 8.

Macarii Aegyptii, senioris, monumenta, Germanorum lingua in lucem emissa, cura *Gfr. Arnoldi*, hac inscriptione: *Ein Denkmal des alten Christenthums, bestehend in des heil. Macarii u. anderer hocherleuchteten Männer aus der alten Kirche höchsterbaulichen und auserlesenen Schriften*, quorum prima editio lucem vidit Lips. 1696. 8., secunda emendata ac locupletata Gosl. 1702. 8. — *Macarius Homilien übers. v. I. Cassеder*, Bamb. 1819 sq. II. 8. (2 Thlr. 8 Gr.).

Gregorius v. Nyssa u. Augustinus *Ueb. d. ersten christl. Religionsunterr., a. d. Griech. u. Lat. übers. m. Anmerkk.* (v. *Glauber*), Lips. 1781. 8. (20 Gr.).

Io. Chrysostomi *Sermones atque Opuscula*, quorum interpretatio germanice hunc titulum prae se fert: *Des heil. Kirchenlehrers Ioh. Chrysostomus, Erzb. u. Patriarchen zu Constantinopel, Predigten u. kleine Schriften, a. d. Griech. übersetzet, mit Abhandll. u. Anmerkk. begleitet* v. *I. Andr. Cramer*, Lips. 1748—51. X. 8. (8 Thlr. 4 Gr.). Commentationes, quibus ornatum est opus hoc, varii sunt argumenti, maxime vero spectant ad Chrysostomum ipsum, vitam eius, doctrinam, speciatim eloquentiam sacram. In opus hoc eiusque volumen primum translati etiam sunt Chrysostomi libri de Sacerdotio. — *Des heil. Ioh. Chrysostomus Reden*

üb. d. Evangel. d. heil. Matthäus, a. d. Griech. nach d. neuesten Pariser Ausg. übers. u. m. Anmerkk. versehen v. J. Mich. Feder (u. *Eulog. Schneider*), Aug. Vind. 1786 sq. I, 1. 2. II, 1. 2. 8. (3 Th. 12 Gr.). — *Des h. J. Chrysostomus Reden üb. d. Evang. d. heil. Johannes, a. d. Griech. übers. u. m. einigen Anmerkk. versehen v. Eulog. Schneider*, Aug. Vind. 1787—89. III. 8. (2 Th. 16 Gr.). — *Des h. Joh. Chrysostomus Homilien üb. d. Brr. des h. Paulus. A. d. Griech. übers. v. Wilh. Arnoldi*, Trevir. 1831. II. 8. (6 Th.). — *Des J. Chrysostomus auserwählte Homilien. Uebers. u. mit e. Einl. üb. Joh. Chrysost. den Homileten, m. Vorbemerkk. u. Anmerkk. versehen v. Ph. Mayer*, Norimb. 1830. 8. (1 Thlr. 8 Gr.). — *J. Chrysostomus 6 BB. v. Priesterthume, übers. v. Ignatz Ritter*, Berol. 1821. 8. (1 Thlr.) et *F. W. Hasselbach*, Sumon. 8. (1 Thlr.).

Des heil. Theodoretus *10 Reden v. d. göttl. Fürsehung, nach d. neuesten v. I. L. Schulz veranstalteten Ausg. ins Deutsche übers. v. J. Mich. Feder*, Wirceb. 1788. 8. (16 Gr.).

Tertulliani nonnulli libri, in quorum numero sunt: Liber de *Patientia*, germanice editus a *Luc. Maio*, Smalcald. 1582. 12.; Lib. ad *Scapulam*, interpr. *Abr. Hinckelmanno*, Luneb. 1682. 12.; Lib. *ad Martyres*, cuius interpretationem germanicam itidem *Hinckelmannus* edidit, Luneb. 1682. 12.; — *Apologeticus*, cuius versionem debemus *I. Fr. Kleukero* sub titulo: *Des Q. Septim. Florens Tertullianus Vertheidigung d. christl. Sache gegen d. Heiden. A. d. Latein. übers. u. m. Anmerkk. erläutert*, Frcf. 1797. 8. (1 Thlr. 4 Gr.).

M. Minucii Felicis *Octavius* interprete *I. F. Hollander* prodiit, Frcf. 1752. 8. et interpr. *I. Ge. Russwurm* sub titulo: *Octavius oder des M. Minu-*

cius Felix Apologie d. Christenthums ins Deutsche übers., m. Einl. u. Anmerkk., Hamb. 1824. 8.

Cypriani scripta germanice a *Melch. Ambachio* in lucem prolata, quorum titulus est: *S. Caecilii Cypriani, des alten christl. Lehrers u. Bischofs Predigten u. Schriften, mit Summarien u. Erklärungen etlicher dunkler Sprüche u. Wörter, deren S. Cyprianus gebraucht, aus S. Cypriani selbst u. anderer christl. Lehrer Schriften erläutert. Zeugniss, Urtheil u. Lob der fürnemsten Lehrer vom Leben, Lehre u. Leiden S. Caecilii Cypriani*, Norimb. 1553. fol. Non omnia scripta germanice exhibentur. *) Alia versio aut. *C. C. v. Hohenbalken* prodiit Vienn. 1790 sq. II. 8. hac inscriptione: *Die ächten Werke des heil. Caecilius Cyprianus, Bisch. zu Karthago u. Märtyrers;* interprete *Feyerabend* vero, Monach. 1818—20. IV. 8. (6 Thlr.)

Lactantii *Institutionum* libros in linguam germanicam transtulit *C. F. Hergt: Des L. Coel. Lactantius Religionsunterricht, a. d. Latein. übers.*, Quedlinb. 1787. 8. et c. novo titulo 1818. 8. (1 Th. 8 Gr.); librum *de Mortibus Persecutorum* autem Anonymus f. tit.: *Lactantius Vom Ende d. Christenverfolger*, Landish. 1822. 8. (12 Gr.).

Aurel. Prudentii Clementis *Carmina* lingua germanica imitatus est *I. Pet. Silbert* libro cui titulum fecit: *Des heil. Prudentius Feyergesänge, heil. Kämpfe u. Siegeskronen*, Vienn. 1820. 8. (2 Thlr. 16 Gr.)

Augustini *Enarrationes in Psalmum* 126 p. *Ge. Spalatinum*, Hagenoae 1521. 4.; — Libb. *Confessionum*, qui uti in alias, ita in germanicam quoque

---

*) Stollii *Nachr. v. d. Leben, Schriften u. Lehren der Kirchenväter* p. 174. *Nachr. v. d. Büchern in der Stollischen Biblioth.* I, 94.

linguam translati sunt, Norimb. 1672., Colon. 1673., p. *Adph. Gröninger*, Monast. 1798. 8. (1 Thlr.) Monach. 1814. 8. atque aliis locis annisque; — Libri de *Civitate Dei*, *Von der Stadt Gottes*, Amstel. 1660. 4. et per *I. Pet. Silbert*, Vienn. 1826. II. 8. (7 Thlr. 12 Gr.); — *Meditat.*, *Soliloquia et Enchiridion* p. *A. Gröninger*, Monast. 1804. 8.; — *Enchiridion de Fide*, *Spe et Caritate* p. *M. Richter*, Mogunt. 1827. 8. (6 Gr.); — de *Serm. Domini in monte* p. *I. H. Waldeck*, Monast. 1827. 8. (1 Th.); — *de Utilitate credendi* p. *Io. Widmer*, Ury 1824. 8. (12 Gr.); — *de Gratia et libero Arbitrio* p. eundem *Io. Widmer*, Lucern. 1825. II. 8. (2 Thlr. 8 Gr.); — *Ueb. d. ersten christl. Religionsunterr.* s. vorh. unter *Gregorius v. Nyss.* — *Zwei Schriften d. h. Augustinus von d. wahren Religion u. von d. Sitten d. kathol. Kirche — v. Fr. Leop. Gr. zu Stolberg*, Monast. 1803. 8. (1 Thlr. 8 gr.); quae versio propter Additamentum et Notas prae caeteris notabilis.

Orosii versio germanica *Hier. Boneri* lucem vidit, Frcf. 1576. 81. fol.

Vincentii *Lirin. Commonitorium* s. t. *Peregrinus Abhdl. üb. d. Alterthum u. d. Allgemeinheit d. kathol. Glaubens, od. Vincentius v. Lerins Erinnerung nach d. Ausg. Steph. Baluze's a. d. Lat. m. Anmerkk. v. J. Mich. Feder.* Bamberg. 1785. 8. (6 Gr.)

Caput VI.

DE SCRIPTIS PATRUM ECCLESIAE EXPOSITIS ATQUE ILLUSTRATIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

De variis eorum generibus, qui Patres Ecclesiae interpretati sunt, generatim §. 57—59.

Speciatim recensentur, qui ipsa Patrum scripta ediderunt ac notas adiunxerunt §. 60.

Qui monumenta haec notis Variorum instruxerunt §. 61.

Animadversiones suas separatim vulgarunt §. 62.

Praeterea singulares Commentationes in scripta Patrum composuerunt §. 63.

§. 57.

Ex quo post inventam typographiam monumenta ingenii litteris describi coeperunt, in illis iam prima dictae artis aetate scripta quoque Patrum Ecclesiae locum habuerunt, quemadmodum antiquissimae eorum editiones, supra enarratae, satis comprobant. Nec desuerunt postea inter doctissimos Viros, qui libros, a Patribus ordinis sacri conscriptos, recenserent notis explicarent vel alio modo lucem illis afferrent.

§. 58.

Ratio, qua *Notae* in Auctores ecclesiasticos compositae atque editae sunt, diversa est, quum aliae lucem viderunt coniunctim cum ipsis Patrum scriptis, aliae unius tantum, aliae autem

plurium, ſive variorum Auctorum, quae collectae exhibentur, Notae ſunt. Aliae praeterea prodierunt ſeparatim, ſine ipſis monumentis, ad quae iſtae ſpectant, aliae denique, ſe data occaſione conſcriptas eſſe, oſtendunt atque in operibus librisque diſperſae habentur.

§. 59.

Diverſae quoque ſunt ipſae Notae duoque genera earum conſtitui poſſunt, quum illae vel ad ſcripturas atque illarum accurationem, vel ad veram ſententiam eorum, quae dicta ſunt, ſpectant. Prioris generis Notae appellari poſſunt *criticae*, quae recenſent variantes lectiones easdemque diiudicant, ut videant alii, quae ſcriptura alterâ ſit probabilior hancque ob rem praeferatur, ac quando correctiones inſtituuntur atque emendationes, fiunt iſtae ope vel Codicum manuſcriptorum, vel ingenii ac coniecturarum criticarum. Poſterioris generis animadverſiones nominare licet *philologicas*, ſi vocabulo huic latiorem ſignificandi vim tribuere velimus, ſive illae ſint grammaticae, ſive hiſtoricae, ſive dogmaticae ac polemicae.

Praeter Notas, quas ad emendandos vel interpretandos Scriptores eccleſiaſticos compoſuerunt VV. DD., memoranda ſunt *Lexica* vel *Gloſſaria*, quae ad cognoscendum eorum morem loquendi vel ex profeſſo ſcripta ſunt, vel eum inter alia colluſtrant. Ex profeſſo hunc in uſum ſcriptus eſt Io. Casp. Suiceri *Theſaurus eccleſiaſticus e Patribus graecis*, Amſtel. 1662., emendat. autem et auct. ibid. 1728. et Trai. ad Rh. 1746. fol.; inter alia autem Patrum loquendi morem examinat et lucem ipſis admovet

Glossarium ad Scriptores mediae et infimae latinitatis, auctore Carolo Dufresne *Domino* du Cange, Lugd. 1078. II. fol., cuius editio nova multum locupletior op. et stud. Monachor. Ord. S. Bened. e Congreg. S. Mauri prodiit, Par. 1733—36. et Venet. 1736—40., nec non Basil. 1762. VI. fol. Supplementum huius Glossarii est Pet. Carpentierii *Glossarium novum ad Scriptores medii aevi*, Par. 1766. IV. fol.; utrumque autem in compendium redegit et nonnihil auxit I. Chph. Adelung s. t. *Glossarium manuale ad Scriptores mediae et infimae latinitatis, ex magnis Glossariis Caroli du Fresne et Carpenterii in Compendium redactum multisque verbis et dicendi formulis auctum*, Hal. 1772—83. VI. 8. (16 Thlr. 8 Gr.). Etiam Car. du Fresne *Glossarium ad Scriptores mediae et infimae graecitatis, c. Append.*, Lugd. 1688. II. fol. nonnulla habet, quae interpretandis Patrum graecorum dicendi formulis inservire possunt.

§. 60.

Quum ad rem ipsam nunc accedimus, commemorationem eorum, qui scripta Patrum Ecclesiae notis illustrarunt, eo ordine facere nobiscum constituimus, ut initium fiat ab illis, qui ipsa Patrum monumenta vel eorum versiones, iuris publici fecerunt ac simul notas adiunxerunt. Interpretum horum magnus est numerus, ut eos tamen distincte percenseamus, litterarum ordinem sequemur. Exstant Notae, Animadversiones, Commentarii, vel breviores, vel longiores:

Gabr. Albaspinaei, Episc. Aurelianensis, Obss. in *Optatum Milevitanum*, Par. 1631. fol., per sequidem utiles, ad Optatum autem minus facientes; in aliquot *Tertulliani libros et loca*, c. eiusdem *Observatt. ecclesiast.*, Par. 1622. 4., Helmst. 1672. 4.

Leonis Allatii, Pontificibus Rom., Gregorio XV et Successoribus a Bibliotheca, in varia graecorum Scriptorum monumenta. Reliquit: *Catenam SS. Patrum in Ieremiam: Expositionem Io. Chrysostomi, Homilias VIII Origenis, et Maximi Confessoris Quaestionem in eumdem Prophetam*, gr. et lat., Lugd. 1623. fol., quae tamen *Catena*, si rem accurate narrare volumus, locum hunc haud tueri potest. Maiori iure huc pertinent: *Nili Epistolae*, Rom. 1668. fol.; *Methodii Convivium X virginum*, Rom. 1656. 8.; *Eustathius* in *Hexaëmeron*, Lugd. 1629. 4.

Victorii Amadei Annotationes *S. Maximi*, Episc. Taurin., *Operibus*, Rom. 1784. fol. subiectae, de fidei dogmatibus unice tractantes.

Franc. Archangelo *a Praesentatione* in *Augustini Confessionum Libb. XIII*, Florent. 1757. 4.

Andr. Arnoldi in *Athanasii Syntagma doctrinae* ad Monachos omnesque Christianos, tam Clericos, quam Laicos, Par. 1685. 8.

C. Ashton Notae in *Iustini M. Apologias II*, Cantabr. 1768. 8. ad interpretationem textus pertinentes.

Ios. Sim. Assemani, gente Syri, Archiep. Tyrii, Praefecti Bibl. Vatic. et Bibliographi, ac Sociorum in *Ephraemi Syri Opera*, Rom. ab a 1732. fol. edita.

Franc. Balduini, Atrebatis, Iure Consulti, in *Optatum Milevitanum*, Par. 1563. 69. 8.

Pet. et Hier. Fratrum Belleriniorum, Veronensium Theologorum, Annotatt. perpetuae in *Zenonis Sermones*, Veron. 1739. 4., in quibus lectio multiplex in utriusque linguae Auctoribus aeque ac Scriptoribus eccl. et ingenii facilitas in explicando et emendando ubique elucet; et Annotationes in *Leonis M. Opera*, Ven. 1755—57. III. fol., partim

emendationum rationem reddentes, partim textum illustrantes.

Steph. Baluzii, Tutelensis, JConsulti Paris., Notae festinantur scriptae in *Salviani* et *Vincentii Lerinensis Opera*, Par. 1663. 69. 84. 8. et in *Caesarii Arelatensis Homilias*, Par. 1669. 8., quarum praecipuum scopum esse profitetur, indicare variantes lectiones; nec non in *Marii Mercatoris Opera*, Par. 1684. 8. et in *Cypriani Opera*, Par. 1720. fol., partim emendationum rationes reddentes, partim explicando sermoni vel illustrandis rebus inservientes, non copiosae quidem, sed magni ponderis.

Casp. Barthii, Custrino orti, Lipsiae otiantis, Notae in *Phaebadii* Lib. *contra Arianos*, Frcf. 1623. 8.; in *Aeneam Gazaeum et Zachariam Mitylenaeum de Immortalitate animae et Mortalitate universi*, Lips. 1653. 4.; in *Claudiani Ecdicii Mamerti* libros de *Statu animae* atque alia, Cygn. 1685. 8.; item in *Optatum Milevitanum*, infelicissimis coniecturis refertae.

Xysti Betuleii, Philologi primum Basileensis, tum Augustani, Commentarii posthumi in *Lactantium*, Basil. 1563. fol. Aliis frigidi, Aliis pereruditi, Aliis pii, Aliis utilissimi ad illustrandum textum visi.

El. Boherelli Notae in *Origenis Libb. VIII contra Celsum*, quos in linguam gallicam convertit, Amst. 1700. 4. non contemnendae quidem, sed tamen ostium iam apertum saepius infringentes.

Io. Bapt. le Brun, Philologi Parisiensis, Notulae in *Paullini Nolani Opera*, Par. 1684. 4.

Io. Ludph. Bünemanni, primum Scholae Mindensis tum Hannoveranae Rectoris, Notae in *Lactantii Opp. omnia*, Lips. 1739. 8. maximam partem criticae.

Pet. Thom. Cacciari, Carmelitae Rom., Theol. polem. Lectoris, Exercitationes in *Leonis M. Opera*, Rom. 1753. fol. contra Quesnelli opiniones et afferta fere omnes directae. *)

Ioach. Camerarii, Prof. Lipf., Notae in *Orationes quasdam Gregorii Nyff.*, Lipf. 1564. 8., ut omnia huius Viri, doctae et exquifitae.

Theod. Canteri, Confulis Rheno-Traiectini, Notae criticae in *Arnobium*, Antv. 1582. 8.

Merici Casauboni, Theol. et Philol. Oxon., Notae in *Optatum Milevitanum*, Lond. 1631. 8. breves quidem, fed egregiae.

Ios. Catalani, Congreg. S. Hieronymi Caritatis Presb., Notae in *Hieronymi Epiftolas felectas*, Rom. 1731. 8. cum laude memoratae.

Chph. Cellarii, Prof. Hift. et Eloq. Halenfis, Notae in *Lactantium*, Lipf. 1698. 8.; in *Minucii Felicis Octavium* et *Cypriani* librum de *Vanitate idolorum*, Hal. 1699. 8.; in *Prudentii quae exftant*, Hal. 1703. 8. et in *Sedulii Poemata*, Hal. 1704. 8.; omnes omnio Viro, tam bene de literis merente, dignae.

Io. Lud. de la Cerda, Sacerdotis Iefuitae et Philologi Toletani, Animadverfiones in pleraque *Tertulliani Opera, argumentis, explicationibus ac notis illuftrata*, Par. 1624. 30. II. fol., cuius et Commentarius in *Tertulliani* librum de *Pallio* exftat ad calcem eius *Adverfariorum facrorum*.

Steph. Chamillardi, Sacerdotis Iefuitae, Notae in *Prudentii Opera*, Par. 1687. 4. in ufum Delphini.

Pet. Franc. Chiffletii JConfulti Vefontionenfis, Notae et Differtationes in *Victorem Vitenfem* et *Vigilium Tapfenfem*, Divione. 1664.

---

*) Schoenemann *Bibl. hift. lit. PP. latin.* II, 903.

4.; in *Fulgentii Ferrandi Opera*, ibid. 1649. 4. ab Eruditis cum laude memoratae.

Io. Clerici, Genevensis, Theol. Arminiani Amstelodam., Notae breves in *Sulpicii Severi Epp.*, Lips. 1709. 8.

Io. Dominici et Iacobi Fratrum Coleti Notae eximiae in *Luciferi Calarit. Opp.*, Venet. 1778. fol.

Paul. Colomesii, Philologi Londinensis, Spec. Notarum in *Clementis Rom. Epistolas ad Corinthios*, Lond. 1687. 8.

Franc. Combefisii, Sacerdotis Dominicani, in *Amphilochii Iconiensis*, *Methodii Patarensis* et *Andreae Cretensis Opera*, Par. 1644. fol.; in *Chrysostomi* lib. de *educandis liberis*, Par. 1656. 8.; in *illustrium Christi Martyrum lectos Triumphos*, Par. 1660. 8.; in *Theodoti Ancyrani* librum *adv. Nestorium*, Par. 1675. 8.; in *Maximi Confessoris Opera*, Par. 1675. fol.

Balth. Corderii, Antwerpiani, Sacerdotis Iesuitae Notae theologicae in *Dionysii Areopagitae Opera*, Antverp. 1634. fol.

Io. Bapt. Cotelerii, Lector. et Prof. reg. L. Gr. in Acad. Paris., Notae in *Patrum apostolicorum*, *Barnabae*, *Clementis*, *Hermae*, *Ignatii*, *Polycarpi Opera*, Par. 1672. fol. et in *Ecclesiae graecae Monumenta*, Par. 1677—88. III. 4. criticae et exegeticae.

Laur. Cozzae a S. Laurentio cuius laudantur *Comment. hist. dogmat. in librum S. Augustini de Haeresibus ad Quodvultdeum*, Rom. 1707. 4. *)

Henr. Cuykii, Episc. Ruremond., Notae in *Ioannis Cassiani Monasticarum Institutionum Libb. IV*, Antverp. 1578. 8., obscuras voces et sententias illustrantes.

---

*) *Mém. de Trevoux* a. 1707. *Iun.* p. 1110. *Acta Erudit.* a. 1708. m. *Nov.* p. 489.

E. Sal. Cypriani, tunc Prof. Phil. Helmstadiensis, Annotationes in *Hieronymi Catalogum Scriptorum ecclesiasticorum*, Frcf. 1700. 4. et recus. in *Fabricii Bibliotheca ecclesiastica.*

Dalrymple de Hayles, Senatoris Collegii Iustitiae Scotorum, Notae uberiores in *Lactantii Divinar. Institutt. Libb. V.*, Edinb. 1777. 8. et in Eiusd. Lib. de *Mortib. Persecutorum*, quas versioni suae anglicae, Edinb. 1782. 8. addidit, nec non in *M. Minucii Felicis Octavium*, quem Edinb. 1781. 8. anglice versum iuris publici fecit.

Lamb. Danaei, Theol. Genevensis, Commentarii in *Augustini Lib. de haeresibus*, Genev. 1576. 8. et Helmst. 1673. 4., plus lucis affundentes ingenio Autoris, qui sortem sibi gratulatur divinitus concessam, quod in ea civitate vivere contigerit, quam nulli gloria in exstirpendis igne ferroque haeresium auctoribus secundam censeri oporteat, atque laetabundus supplicia ab haereticis Genevae sumta recenset, quam Augustini libro.

Io. Davisii, Collegio Reginae ap. Cantabrig. Praefecti, in *Minucii Felicis Octavium*, Cantabr. 1707. 8. et iterum ibid. 1712. 8. c. accessionibus, ad iuvenum ingenia erudienda prae multis utilissimae, et in *Lactantii Epitomen divinarum institutionum*, Cantabr. 1718. 8.

Claud. Dausqueii, e Soc. Iesu, Notae in *Basilium Seleuciensem*, Heidelb. 1604. 8.

Eduardi Dechair Notae eruditae in *Athenagorae Apologiam* s. *Legationem pro Christianis*, Oxon. 1706. 8.

Io. Drusii, Prof. LL. Orient. Lugduni Bat. et Franequer., cuius in *Sulpicii Severi Historiam sacram*, Arnhem. 1607. 8. Notae rarae quidem, sed non magni momenti.

Frontonis Ducaei, Sacerd. Iesuitae, Notae maximam partem breves quidem, sed non sine pre-

tio in *Asterii Homilias;* in *Athenagorae Apologiam*, quae habentur in Eiusd. *Bibliotheca veterum Patrum;* item in *Basilii M. Opera;* in *Clementem Alex.;* in *Gregorii Nazianz. Opera;* in *Gregorii Nyss. Opera;* in *Theophili Libros ad Autolycum;* in *Tatiani Orationem contra Graecos;* in *Metaphrasin Gregorii Thaumaturgi in Ecclesiastem;* in quaedam *Hieronymi loca;* in varia *Chrysostomi scripta;* in Librum I. *Irenaei de haeresibus;* in *Palladii Historiam Lausiacam* aliaque.

Geverharti Elmenhorstii, Philologi Hamburgi privatam vitam agentis, Notae, Observationes Commentarii in *Arnobium*, Hamb. 1610. fol.; in *Minucium Felicem*, Hanov. 1603. et Hamb. 1612. fol. non multum lucis Arnobio et Minucio afferentes; in *Gennadium de ecclesiasticis dogmatibus*, Hamb. 1614. 4.; in *Proclum Cstpolitanum*, Lugd. Bat. 1617. 12., quibus omnibus id potissimum egit, ut sensum Auctorum, quos edendos susceperat, edisseret, breviterque et aperte, ubi is obscurus, dilucidaret.

Desid. Erasmi, tunc temporis Basileensis, Scholia in *Hieronymum*, Basil. 1516. fol., ex Auctoris mente et re vera ea illustrantes, quae lectorem mediocriter eruditum remorari possent.

Io. Alb. Fabricii, Rectoris Gymnasii Johannei, quod Hamburgi floret, Notae in *Hippolyti Opera*, Hamb. 1716. 18. II. fol. Notae et Notae posthumae in *Philastrii Lib. de haeresibus*, Hamb. 1721. fol. ex multiplici Auctoris lectione multa ad sententias illustrandas exhibentes *), et in *Hieronymi Catalogum Scriptorum ecclesiasticorum* s. li-

---

*) Notae posthumae habentur in Aug. Mar. Quirini *Collect. vett. PP. Brixianae Eccl.*, Brix. 1738. fol. p. 147.

brum de *Viris illustribus*, in Eiusdem *Bibliotheca ecclesiastica*, Hamb. 1718. fol.

Franc. Fabricii, Rectoris Scholae Dusseldorpienses, Annotationes ex utriusque linguae historicis in *Paullum Orosium*, Colon. 1582. 8. et antea 1561. 1574. 8.

Ge. Fabricii, Rect. Scholae Misnensis, Notae et Scholia in *Poëtarum veterum ecclesiasticorum Opera christiana*, Basil. 1564. 4. et in quosdam *Hymnos Prudentii*, Lips. 1568. 8., quae laudant suum Auctorem, et cum Poetis, quorum lectioni inservire debent, bene agunt.

Pet. Felckmanni in *Athanasii Opera* latine edita, Heidelb. 1601. II. fol.

Io. Felli, Episc. Oxon., Notae breves in *Athenagoram*, Librum eius de *Resurrectione* eiusdemque *Apologiam*, Oxon. 1682. 12.; in *Theophili Antioch.* Libros *ad Autolycum*, Oxon. 1684. 12.; in *Clementis Alex.* Librum, *Quis dives salutem consequi possit?* Oxon. 1683. 12.; in *Cypriani Opera;* Oxon. 1682. fol.

Franc. Feuardentii, Monachi discalceati, Notae uberiores in *Irenaei adv. Valentini et similium Gnosticorum haereses libros quinque*, Par. 1576. fol., polemicae interdum, sed nunquam ineruditae.

Iac. du Frisch et Nicolai le Nourry Annotatt. in *Ambrosii Opp.*, Par. 1686. 90. II. fol., quibus voces obscuras aut parum usitatas nec non ea, quae ad historiam, disciplinam et doctrinam spectant, explicantur. Doctioribus, ut ipsi testantur, non sunt scriptae.

Pet. Galesinii, Mediolanensis, rerum sacrarum Archaeologi, Annotatt. in *Sulpicii Severi Hist. sacram*, Rom. 1564. fol., doctae et ad iuvandam Severi lectionem perquam idoneae.

Nic. de Gallars Gallasii, Theol. Genev., Notae breves in *Irenaeum*, Genev. 1570. fol.,

uas maxime ex ſchedulis Salmaſii, per uxorem a
uiſitis, corraſiſſe dicitur.

SERVATII GALLAEI, Eccleſiaſtis et Philol
Harlemenſis, mediocris doctrinae Viri, Notae i
Lactantium, c. ſelectis variorum Commentarii
Lugd. Bat. 1660. 8.

IO. GARNERII, Soc. Ieſu Presbyteri, Notae h
ſtoricae et philologicae in *Marii Mercatori*
Opera, Par. 1673. fol., quibus loci obſcuriores m
xime ex Auctoribus Mario aequalibus et in utroq
negotio, Coeleſtianae et Neſtorianae haereſis, ve
ſatis illuſtrantur; in quaedam *Theodoreti* ſcript
Par. 1689. fol. Notae et Diſſertt. *) in *Iulian*
Eclanenſis Epiſc., *Libellum Fidei miſſum ad Sede*
apoſt. in cauſa Pelagianorum, Par. 1668. 8.; Ob
ſervationes ad *Leporii* Monachi *Libell. ad Epiſc*
Galliae in edit. eius Marii Mercatoris exſtantes; i
Liberati Breviarium, Par. 1675. 8.

IULIANI GARNIERII, Presb. et Monach. Bene
S. Mauri, Notae in *Baſilii M. Opp. omnia*, P
1721—30. III. fol. maxime in textu emendan
verſantes.

ALARDI GAZAEI (*Gazey*), Coenobitae Vedaſi
Ord. Bened., Notae ampliſſimae in *Caſſiani Op*
Atrebati 1628. fol., doctae ubique et frugi plen

GABR. GERBERONII, Monach. Bened., ſub
mine *Rigberii* latentis, Notae in Acta *M*
Mercatoris, Brux. 1673. 12., accuratiſſima
ctrina refertae et aptiſſima ad haec Acta illuſtra

CONR. GESNERI, Turicenſis Medici, Gern
rum Varronis, Notae ſubitaneae in *Tatia*
Tigur. 1546. fol., et *Athenagorae Apolo*
Baſil. 1558. 8.

*) Quibus agit de tempore et auctore libelli, de vita
bus Iuliani, et de ſubſcriptionibus in cauſa Pelagia

Giangiuseppe da S. Anna in *Augustini Confessionum Libb. XIII*, italico sermone, Venet. 1760. 4.

Victor. Giselini, Brugensis Medici, Notae in *Sulpicium Severum*, cuius Opera edidit Antverp. 1574. 8. ex Auctoribus Severo synchronis fide et notatione digna per otium excerpentes.

Iac. Godofredi, magni nominis Iureconsulti Genevensis, Notae in *Tertulliani Libros ad Nationes*, Genev. 1625. 4. et in *Philostorgii Historiam ecclesiast.*, Genev. 1642. 4. rebus illustrandis praecipue inservientes.

Io. E. Grabii, Regiomontani, in Anglia privatim viventis, Notae in *Iustini Mart. Apolog. primam*, Oxon. 1700. 8. et in *Irenaeum*, Oxon. 1702. fol. quibus addi potest Eiusdem *Spicilegium Patrum, ut et Haereticorum*, Ibid. 1698. 99. 8., multa notatu digna exhibentes, sed Benedictinis Maurianis non semper satisfacientes.

Henr. Gravii, proprio nomine Vermolani, Belgae, Monach. Dominic., Notae in *Hieronymi Lib. de Viris illustribus* eiusdemque *Epistolas*; in *Paullini Nolani Opera*, Colon. 1560. 8., paucis argumenta librorum illustrantes.

Iac. Gronovii, Daventriensis, Archaeologi primum Pisanae, tum Lugduno-Bat. Academiae, Notae in *Minucium Felicem*, Lugd. Bat. 1709. 8. cum Minucio et aliis Auctoribus valde utiles.

Marquardi Gudii, Archaeologi primum Gottorpio-Holsati, tum Daniae Regi a consiliis, Notae in *Chrysostomi Ep. ad Caesarium*, Par. 1689. 4. doctae ac singulares. Negat Ep. ad Caes. esse Chrysostomi.

Sigeb. Havercampi, Archaeologi numarii Acad. Leidensis, Animadversiones in *Tertulliani Apologeticum*, Lugd. Bat. 1718. 8. de quibus iudicat Chph. *A. Heumannus* (Act. Erudit. a. 1760. p. 292.), sed nimis severe, multum quidem industriae in iis

oſtendiſſe Auctorem, ingenii autem et iudicii parum; et in *Paulli Oraſii Opera*, Lugd. Bat. 1738. 4., doctiſſimae et acutiſſimae.

Dan. Heinsii, Critici et Prof. Lugd. Bat., Notae in *Clementem Alex.*, Lugd. Bat. 1616. fol. critici plerumque argumenti.

Nic. Heinsii, Danielis filii, Notae in *Prudentium*, Amſtel. 1676. 12.

Desid. Heraldi, JConſulti et Critici Pariſienſis, Notae in *Tertulliani Apologeticum* et *Minucii Felicis Octavium*, Par. 1613. 4. et in *Arnobii libros*, Par. 1605. 8. et Lugd. Bat. 1651. 4., in explicandis iis, quae explicationem requirunt, maxime verſantes.

Gentiani Herveti, Canonici Remenſis, Commentarius *in Clementis Alex. Opera*, a Pottero quidem in ſuam editionem receptus, ſed ab ipſo ſaepius taxatus.

Chph. A. Heumanni, Prof. Götting., Notae in *Lactantium*, Götting. 1736. 8., ſaepe occaſionem ſubminiſtrantes, in desperata loca accuratius inquirendi ad eliciendam veram lectionem.

Dav. Hoeschelii, Scholae Auguſtanae Rect. et Bibliothecarii, Notae in *Homilias quasdam ſacras*, Ὁμιλίαι θεοφόρων τινῶν Πατέρων, *Baſilii M.*, *Gregorii Nyſſ.*, *Gregorii Nazianz.*, *Chryſoſtomi*, *Cyri Germani in praecipuas anni ferias*, Aug. Vind. 1587. 8.; in *Gregorii Nazianz. Definitiones rerum ſimplices*, Heidelb. 1591. 8.; in *Chryſoſtomi* Libb. de *Sacerdotio*, Aug. 1599. 8. et *Homilias contra Iudaeos*, Aug. 1602. 8.; in *Origenis* Libros *contra Celſum* et *Gregorii Thaumaturgi Panegyricum in Origenem*, Aug. 1605. 4.; in *Vitam Antonii Eremitae, ab Athanaſio ſcriptam*, Aug. 1610. 4., breves quidem, ſed non in- eruditae nec inutiles.

Ge. Hornii, JConſulti cum Harderovicen- tum Lugd. Bat. Academiae, Notae in *Sulpicium*

Severum, Lugd. Bat. 1647. 54. 65. 8. ob doctrinam et iudicium non valde aestimandae, ob repugnantiam autem contra catholicam doctrinam in Catalogo librorum prohibitorum proscriptae.

Pet. Dan. Huetii, Episc. Abricensis (Avranches), Notae in *Origenis Opera exegetica*, Rothom. 1668. fol., Par. 1679. fol., Colon. s. potius Frcf. 1685. fol., lectu dignissimae.

Io. Iacksoni, Eccl. Anglicanae Presb., Notae et Obss. in *Novatiani*, Presb. Rom., *Opera*, Lond. 1728. 8,, accuratae et utiles.

Sam. Iebbii, Medici Londinensis, Notae in *Iustini M. Dial. c. Tryphone Iudaeo*, Lond. 1710. 8. non uberiores quidem, eruditae tamen ac Dialogo multum lucis afferentes.

Ios. Isaei, Caesenatis, d. Petri de Urbe Canonici, Critici magna fama maioris, Notae criticae in *Lactantium*, Caesenae 1646. fol.

Franc. Iunii (François du Jon) sen., Theol. Calviniani Heidelberg., Lugd. Bat. et Altorfini, Animadverss. in *Tertullianum*, Franeq. 1597. fol., breves et perspicuae, ut ipso Iunio, castigatione dignissimae, ut Ios. Scaligero visum est.

Patricii Iunii (Young) Iacobo I et Carolo I, Regibus Anglo-Britannicis a Bibliotheca, Notae criticae et breviores in *Clementis Rom. Epistolam priorem ad Corinthios*, Oxon. 1633. 4.

Chr. Kortholti, Prof. theol. Kilon., Commentarius *in Iustinum Mart., Athenagoram, Theophilum Antioch. et Tatianum Assyr.*, Kilon. 1675. fol., profundae eruditionis.

Io. Langi, Silesii, Commentarii in *Iustinum Mart.*, Basil. 1565. fol., pro temporis ratione magnam partem dogmatici. *)

---

*) Memoratur saepius eius explanatio verborum Christi, *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, quae per causam ita explanat: *Corpus meum est hoc*, nempe panis et cibus

Lud. Lautii, Presb. Gardensis, Notae cr in *Paullum Orosium* additae editioni Orosi vercampianae.

Io. Leunclavii, JConsulti et Philologi, Sabaudi, mox Viennensis, Annotationes in gorii Nyss. de Opificio hominis Librum, Basil. 8.; in *Gregorii Nazianz. Opera*, Basil. fol., breves nec adeo multae de lectionibus va sensu locutionum differentes.

I. G. Lindneri Notae in *Minucii Fe Octavium* et *Cyprianum de Idolorum van* Longosal. (1760) 1773. 8. et in *Athenag Legationem pro Christianis*, Longosal. 1774. 8. ditorum plausu acceptae.

Melch. Leydeckeri, Theologi Acad. T ctinae, Commentarii uberrimi et utilissimi in gustini Ep. ad Catholicos contra Donatistas dici solet, *Lib. de Unitate Ecclesiae*,* Ultrai. 16

W. Lowthii Notae in *Clementem Ale* edit. Potteriana.

Chr. Lupi, Sacerdotis Augustiniani et P logi Lovaniensis, Notae in *Tertulliani Lit Praescriptionibus contra haereticos*, Brux. 167 in *Variorum Patrum Epistolas ad Concilium I sinum*, Lovan. 1682. 4., quibus bene de Tertul et PP. Epistolis meruisse Eruditi iudicant.

Prudentii Marani, unius ex Monachis greg. S. Mauri, Notae in *Iustinum M., Ath goram, Tatianum, Theophilum Anti Hermiam*, Hag. Com. 1742. fol., criticae et geticae, quibus Sylburgii, Grabii al. animadv nes addidit.

Martialis Mestraei, Theologi Paris

---

spiritualis et vivus qui de coelo descendit; *Sanguis me hic*, nempe potus spiritualis, vivificans et coelestis. Cf. Maranus *Praef. ad Iustini Mart. Opp.* P. I. Cap. I.

Notae in *Ignatii Epiſtolas*. Par. 1608. 8., neque iudicium de his Epp., neque eorum ſenſum multum iuvantes.

Claud. Menardi, Iuliomagi Andium (Angers) Propraetoris, Notae in *Auguſtini* Libros *contra Iulianum*, Par. 1617. 8., paucae ſed ſelectae doctrinae.

Hug. Menardi, Monachi Maurini Pariſ., Notae et Obſſ. in *Barnabae Epiſt. catholicam*, Par. 1645. 4., in textus reſtauratione praecipue laborantes, poſthumae.

Io. Meursii, Philologi Leidenſis, Notae in *Palladii Hiſtoriam Lauſiacam*, Lugd. Bat. 1616. 4., non ita magni momenti.

Thom. Millesii, S. Theol. Baccal. ex aede Chr. Oxoniae, Notae in *Cyrilli Hieroſ. Opera*, Oxon. 1703. fol., philologici praeſertim argumenti.

Aub. Miraei (le Mire) Bruxellani, Theol. Pontificii, Notae in *Hieronymi Lib. de Scriptorib. eccl.*, Antverp. 1638. fol.

Rich. Montacutii, Epiſc. Norricenſis, Notae in *Euſebii Demonſtrationem evangelicam*; in Libb. *contra Marcellum* et in *Eccleſiaſticam theologiam*, Par. 1628. fol.

Bern. de Montfaucon, Monach. Maurini, Notae in *Athanaſii Opera*, Par. 1698. fol.; in *Euſebii Caeſar.*, *Athanaſii* et *Coſmae Aegyptii Scripta* nonnulla, nunc coniunctim edita, Par. 1707. fol.; in *Chryſoſtomi Opera*, Par. ab a. 1718. fol., ſplendida doctrinae atque acuminis huius Viri ſpecimina.

Steph. le Moyne, Theol. et Philol. Acad. Lugd. Batavae, Notae et Obſervationes in *Polycarpi Epiſtolam* et alia quaedam monumenta, quae exſtant in eiusdem *Variis ſacris*, Lugd. Bat. 1685 et iterum 1694. 4., nimis prolixae, doctrinae quidem plenae, ſed multa aliena complectentes.

Lud. Ant. Muratorii, Duci Mutinensi a Bibliotheca, Notae et Differtt. *Paullini Opera*, Veron. 1686. fol., revera illuſtrantes.

Nicolai le Nourry, Benedict. e Congreg. S. Mauri, Diſſertat. in *Lactantii Lib. de Mortib. Perſecutorum*, Par. 1710. 8., in qua huius libri loca dubia, difficilia, obſcura enumerantur, explicantur, illuſtrantur.

I. Conr. Orelli, Prof. Turic., Notae in *Arnobii Disp. adv. Gentes*, Lipſ. 1816 ſq. 8. bene notae.

Iac. Ouzelii ſ. Oiselii, Gedanenſis, JCſulti et Philol. Groningiani, Notarum colluvies, in *Minucium Felicem*, Lugd. Bat. 1652. 72. 4., peſſime audiens.

Iac. Pamelii (a Pamele), Archidiaconi et poſtea Epiſcopi Audamaropolitani (St. Omer), Annotationes in *Tertullianum*, Antverp. 1579., Par. 1588., Antverp. 1584. 1609., Colon. 1617., Rothom. 1662. fol., et in *Cyprianum*, Antverp. 1568. fol. quibus tum loci obſcuriores explicantur, tum quicquid ad antiquitatem eccleſiaſt. ſpectat, non infeliciter illuſtratur.

Pet. Pantinii, Decani S. Gudulae Bruxellani, Notae in *Baſilii Seleucienſis* monumentum de *Actis et Miraculis Theclae*, Antverp. 1608. 8., plus in emendando textu, quam id illuſtrando verſantes.

Io. Pearsonii, Epiſc. Ceſtrienſis in Anglo-Britannia, Notae in *Ignatii Epiſtolas genuinas*, editas cura *Th. Smithi*, Oxon. 1709. 4., non magni voluminis, ſed ponderis.

Ioach. Perionii, Sacerd. Benedictini, Obſſ. *Iuſtino Mart.*, Par. 1554. fol., latine ab ipſo interpretato additae, quas VV. DD. non magni aeſtimant.

Dionys. Petavii, e Soc. Ieſu, Animadverſſ. in *Epiphanii Opera*, Lutet. 1612. fol., a doctrina celebres, a partium ſtudio infames.

Lud. Ell. du Pin, Sacrae Fac. Parif. nec non Prof. Philof. reg., Notae in *Optatum Milevit.*, Par. 1700. fol., paucae et breves.

Arn. Pontaci, Epifc. Vafatenfis (Bazas), in *Hieronymi Chronicon*, Burdigalae 1604. fol. Commentaria, Vallarfio non indigna vifa, quae integra editioni fuae Hieronymi infereret.

Io. Potteri, Epifc. Cantuarienfis, Notae in *Clementis Alex. Opera*, Oxon. 1715. fol., e philologicis Sec. XVII et XVIII Scriptoribus undique excerptae, at non inutiles.

Hier. de Prato, Congregat. Oratorii Veron. Presb., Notae, Obfervationes et Differtationes in *Sulpicii Severi Opera*, Veron. 1741 et 1754. II. 4., nimis prolixae, diffufae et immenfis disputationum labyrinthis lectorem fatigantes; non paucae etiam ieiunae, falfae vel fine cauffa confcriptae.

Phil. Priorii (le Prieur) Notae in *Tertullianum*, Par. 1663. fol., in *Minucium Felicem* ac quosdam alios, Par. 1666. fol., in *Optatum Milevit.*, Par. 1679. fol., parvi pretii et inutiles.

Paschasii Quesnelli, Theol. Anti-Iefuitici Parifienfis, Differtt. Notae et Obff. in *Leonis M. Opera*, Par. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol., ab ingenio et doctrina Auctoris valde commendatae.

W. Readingi, Bibliothecarii officinae librariae Sionis Londini, Animadverfiones ad *Eufebii, Socratis, Sozomeni, Theodoriti* et *Evagrii*, it. *Philoftorgii* et *Theodori Lectoris Hiftoriam ecclefiafticam*, Cantabr. 1720. fol., utiles quidem et eruditae, fed de textu reftituendo non optime merentes.

Ad. Rechenbergii, Theol., Hiftor. et Philol. Lipfienfis, Obff. in *Athenagorae Apologiam*, Lipf. 1684. 8. et in Eiusdem librum de *Refurrectione*

mortuorum, Lipſ. 1685. 8., doctrinam e ſtriam teſtantes.

Thom. Reinesii, Polyhiſt. inſignis, N *Clementem Alex.* adſcriptae editioni Hei Lugd. Bat. 1616. fol., in Biblioth. Cizenſi aſſ

Beati Rhenani al. *Bildii*, Seleſtadien lol. Argentorati privatum agentis, Annotati in *Tertullianum*, Baſil. 1521. 25. 28. 39

Nic. Rigalti, Jure Conſulti, non ra licis Critici, Not. et Obſſ. in *Tertulliani* Par. 1634. 41. fol., in *Minucium Félice* 1643. fol. et in *Cyprianum*, Par. 1648. fol cipue locis obſcurioribus illuſtrandis inſervie

Conr. Rittershusii, Philol. gr. et lat ſini, Notae et Commentarii in *Iſidori P* *tae Epiſtolas*, Heidelb. 1605. fol., in *Sa* *Opera*, Altorf. 1611. 23. 8., ad Autores il dos multum conferentes.

Andr. Rivini, Philol. Nordhuſani et Lipſ., Notae in *Tertulliani Poëmata*, 1(

Io. Salinasii, Neapolitani, Can. Reg. C Lateran. ac S. Theol. Lectoris, Notae et *Poſſidii Vitam Auguſtini*, Rom. 1731. 8. *centii Lerinenſis* et *Hilarii Arelat* *cula*, ibid. eod. et *Proſperi Honorati* *norati Maſſil. Opera*, Rom. 1732. 8., ter quidem, non autem ſemper accurate ſcri

Claud. Salmasii, Polyhiſtoris et Criti tae in *Tertulliani* Lib. de *Pallio*, Par. 1 et Lugd. Bat. 1656. 8., doctiſſimae quide non omnibus probatae.

Io. Savaronis, Claraemontani, Philoſ chaeologi, Notae in *Sidonium Apollin* Par. 1599. 4., Hanov. 1617. 8., philologo h dignae.

Henr. Savilii, Equit. Angli, et aliorı

tae in *Chryfoftomum*, Eton. 1613. fol., varii, fed maxime critici argumenti.

Ios. Iust. Scaligeri, Academiae Lugd. Bat. ornamenti, Notae in *Eufebii Chronicon*, Lugd. Bat. 1506. et c. additamentis, Amft. 1658. fol. et in *Hippolyti Canonem pafchalem*, Lugd. Bat. 1595. 4., nifi ingenii excelfi, certe laboris indefeffi luculenti teftes.

Io. Ad. Schurii, Conrect. Schol. Schöningenfis, Annotationes crit. et hiftoricae ad *Prudentii Hymn. de martyrio S. Laurentii*, Lipf. 1764. 8. et ad *Hymnum in S. Hippolytum*, Ibid. 1776. 8.

Io. Schilteri, Hiftoriae, Juris et Antiquitatis germanicae Doctor primum Ienenfis, tum Argentoratenfis, in *Auguftini de Coniugiis adulterinis Libb. II*, Ien. 1698. 4., ad illuftrandum dogma Ecclefiae de matrimonii diffolutione. *)

Chr. Schotani, Theol., Hiftorici et Philol. Franequerani, Commentarii in *Sulpicii Severi Hiftoriarum libros*, Franeq. 1664. fol., de quibus omnino filere expedit.

Andr. Schotti, Antverp. Sacerdotis Iefuitae, Notae in *Ennodium*, Tornaci 1610. 8.; in *Bafilii M. Opera*, Antverp. 1616. fol.; in *Paullini Opera*; in *Eufebii Homilias ad Populum et Monachos*; in *Claudiani Mamerti Libros de ftatu animae*; in *Honorii Auguftodunenfis Opera*; in *Orofii Librum apologeticum*; in *Ifidori Pelufiotae Epiftolas* atque in alia monumenta.

Iac. Sirmondi, Sacerdot. Iefuitae Parifienfis, Notae in *Theodoreti Opera*, Par. 1642. fol.; in *Ennodii Opera*, Par. 1611. 8.; in *Fulgentii Libros de Veritate Praedeftinationis et Gratiae*, Par. 1612. 8.; in *Sidonium Apollinarem*, Par.

*) Schoenemann *Bibl. PP. latin.* II, 291 fq.

1614. 8.; in *Idacii Chronicon*, Par. 1619. 8.; in *Facundi* Libros, Par. 1629. 8. et c. *Optati Milevit. Operibus*, Par. 1679. fol.; in *Augustini Sermones* novos XL, Par. 1631. 8.; in *Aviti Opera*, Par. 1643. 8.; in *Eusebii Pamphili Opuscula*, Par. 1643. 8.; in *Rufini* Lib. de *Fide*, Par. 1650. 8., varii argumenti ac pretii.

Car. Sigonii, Mutinensis, Comment. in *Sulpicium Severum*, Bonon. 1581. 8., qui, quamvis Patrum quorundam e Soc. J. invidiae admorsus expertus sit, meruit tamen, ut ne nunc quidem ab historiae antiquae studiosis seponatur.

Thom. Smithii, Eccl. Anglic. Presb., Notae in *Ignatii Epistolas VII germanas* ac simul in *Polycarpi Epistolam*. Oxon. 1709. 4.

Thom. Sparkii, Lincolniensis Angl., Notae breves in *Lactantium*, Oxon. 1684. 8.

W. Spenceri, Theol. et Philol. Cantabr., Notae doctae in *Origenis Libros contra Celsum* atque in *Philocaliam*, Cantabr. 1658. 77. 4.

Victorini Strigelii, Theol. et Philol. Ienensis, Lipf., Heidelb., Notae in *Theodoreti Homilias de Providentia*, Lipf. 1564. 8. et in *Basilii Hexaëmeron*, Lipf. 1566. 8., quae demonstrant Autorem inter optimos suae aetatis interpretes numerandum.

F. W. Sturz, Prof. eloquent. Gymn. Gerani, Notae in *Basilii M. Orat. de modo e literis gr. utilitatem percipiendi*, Gerae 1791. 8., philologicae et criticae, laudabiles et laudatae.

Fr. Sylburgii, Philol. et Polyhistoris Heidelb., Notae in *Clementem Alex.*, Heidelb. 1592. fol.; in *Iustinum Mart.*, Heidelb. 1593. fol.; in *Theodoreti* Libros de *Curatione graecarum affectionum*, Hdlb. 1592. fol., ingenii et industriae testes.

Io. Tarini, Andegav. Theol. Paris, Notae in *Origenis Philocaliam*, Par. 1618. 4.

I. Chr. Beni. Teegii, Superint. Glauchav., Animadverss. breves in *Augustini Lib. de Spiritu et Littera*, Lips. 1767. 8. et in *Augustini de doctrina christ. Libb. IV*, Lips. 1769. 8.

W. E. Tentzelii, Philol. Saxo-Goth. et Dresdensis, Notae in *Hieronymi* Lib. de *Viris illustribus* eiusque capita XIV priora, quas ob utilitatem non solum *E. Sal. Cyprianus* praemisit *Gennadii* Libro de *Scriptoribus ecclesiasticis*, edito Ienae 1703. 4., sed transtulit illas quoque *Io. Alb. Fabricius* in *Bibliothecam ecclesiasticam*.

2) Recte iudicat LAMINDUS PRITANIUS, sive quem sub nomine hoc latere constat, LUD. ANT. MURATORIUS dicens, de *ingeniorum moderatione in religionis negotio*, Libr. III. cap. 16. p. 565. *Multa sunt, quae in libris Augustini ceterorumque Patrum exquiri possunt, grammatica videlicet, rhetorica, didactica, logica, physica, eruditio, linguarum peritia, critica, chronologia, et aliae id genus disciplinae, quae nunc excoluntur magna animi contentione, a litteratis hominibus. In his omnibus non negamus, immo sincerissime fatemur, reperiri posse et revera offendi multos nonnumquam Patrum defectus, et si etiam velis, postremam quandoque imperitiam. Accurata critices scientia in plerisque desideratur; severam eloquentiam in nonnullis frustra quaeras. Si Origenem, Hieronymum et Epiphanium excipias, vix alium inter ipsos habebis hebraicae linguae gnarum. Declamant interdum; alibi parum recte ratiocinantur; apocryphis quandoque utuntur aliaque peccant, quae temporibus istis, ac in tanto lumine scientiarum et artium in homine philologo aut non feras, aut saltem non laudes.* Consentit cum IO. CLERICO, qui inter alia hac de re ita disserit, *Epistol. critic. IV. Artis critic.* III, 104.: *Possumus laudare doctrinam Veterum, si ita libeat; at pro modulo illius aevi; non ita, ut multum recentiorum eruditioni praeferatur, quemadmodum solet a multis fieri. Possumus ignoscere delectui rerum parum severo, ratiocinationibus minus firmis, ordini confusiori, stylo non satis castigato, nec perspicuo, at haec praeferre iis, quae contrariis ornamentis ingenii, iudicii, eloquentiae praedita sunt, minime sustinemus.*

3) Fieri id omnino debet, si quod verum est, sectari ac profiteri volumus. Inter veteres HIERO-

nymus Ep. 83. Patribus Ecclesiae plus, quam par est, tribuit. Recenset plurimos illos Doctores atque addit: *In quibus nescius, quid primum admirari debeas, eruditionem seculi, aut scientiam Scripturarum?* Quae verba quum Ge. Calixtus *Apparat. theol.* p. 35. adduxit, ad illustranda illa animadvertit: *Et sane verbis Hieronymi fidem faciunt, quae e multis pauca hodie supersunt Iustini, Tatiani, Theophili Antioch., Clementis Alex., Eusebii, Tertulliani, Arnobii et plurium, qui praeter alia, quae multiiuga eruditione subnixi, praestitere, ex Scriptoribus et historia gentilium cum antiquitatem et certitudinem religionis orthodoxae, tum novitatem vanitatemque ethnicae e communi omnibus rationis luce argumentis subinde ductis, et quae in contrarium afferri poterant, refutatis, non minus diserte, quam docte, ostenderunt.* Ita his dictis non obscure significavit, se esse quoque inter illos, qui Patres ordinis sacri nimio honore afficiunt. Patebit id praecipue ex certaminibus, quibus Calixtum etiam de auctoritate Patrum disceptasse, constat, quemadmodum infra monstrabimus.

4) Quae in scriptis Patrum iure reprehendi atque emendari possunt, ea varii quidem generis sunt, commode tamen in tres Classes dividi possunt. Prima pertinent ad *Dogmata sacra*, quae vel minus recte, vel non satis accurate tradita sunt, inque eorum scriptis falsa omnino atque a veritate aliena habentur, quemadmodum infra monstrabimus. Secunda praebent se in *Methodo*, sive modo proponendi, in quo negligentes fuerunt, nec id curarunt, ut ordini naturali studerent: res enarrandas, quid illae sint, sedulo definirent atque explicarent, probationis caussa semper argumenta, debita probandi vi praedita, adferrent, regulas recte ratiocinandi diligenter sequerentur, a rationibus oratoriis abstinerent, contraria diversaque distincte proponerent, quae omnia ne-

glecta ſunt ex ignorantia philoſophiae, inprimis maiori ſtudio artis oratoriae, quam logicae. Tertia denique referri poſſunt ad *Stilum*, quo latini Patres non omnes facili ac perſpicuo uſi ſunt, ſed interdum ſcribendi genus adhibuerunt obſcurum, alienis vocibus depravatum, turgidum nimis. Exemplum praebet TERTULLIANUS, de cuius ſtilo LACTANTIUS *Inſtitt.* I, 1. ſcribit: *Septimius quoque Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus, ſed in eloquendo parum facilis et minus comtus et multum obſcurus fuit.*

5) Nonnullos inter Eccleſiae Patres aliis eruditione atque ingeniis praeſtitiſſe, in ſcriptorum ſuperſtitioſorum libris verſatos eſſe, ex lectione illorum comparaſſe ſibi notitiam hiſtoriarum atque antiquitatis ac per id maiorem laudem ſibi acquiſiviſſe, exempla Patrum, cum graecorum, tum latinorum abunde comprobant.

Ex GRAECIS praecipue commemorandi ſunt:

IUSTINUS *Martyr*, qui in omni diſciplina Philoſophorum verſatus eſt ac ſcholas frequentavit primum Stoici, mox Peripatetici; deinde Pythagorici ac denique Platonici praeceptoris, ipſeque ſatis inſtructus, dogmata chriſtiana ore ac ſcripto adverſus Iudaeos ac homines paganos feliciter defendit.

TATIANUS, cuius unicam *Orationem ad Graecos* ſi quis legerit, facile ille intelliget, Patres quosdam non rudes fuiſſe hiſtoriarum atque antiquitatum, ſi praeſertim legere libet, quae NIC. LE NOURRY, *Apparat.* I, 531. hanc in rem adnotavit: de artium et ſcientiarum inventoribus; de quorundam Philoſophorum vitiis et opinionibus, a Tatiano commemoratis; de quibusdam aliis Philoſophis peripateticis et grammaticis, quorum teſtimoniis aetatem Homeri probat Tatianus; de quibusdam Scriptoribus Chaldaicis, Phoenicibus et Aegyptiis ad probandam Moſis antiquitatem, a Tatiano adductis; de pluribus aliis Scriptoribus et quibusdam illuſtribus Viris,

quorum mentionem Tatianus fecit; item de Deorum fabulis et Metrodoro ac de ſtatuis, quas Tatianus ſe Romae vidiſſe, teſtatur; denique de Regum Argivorum Chronologia.

THEOPHILUS *Antioch.*, Vir multum eruditus, litteris maxime addictus, qui librorum helluonem ſe praebuit atque inter hos noctes ſolidas libenter conſumſit, uti ipſe tradit.

CLEMENS *Alex.*, qui iure in Patribus doctiſſimis numeratur. Multa eaque praeclara teſtimonia de eo edita ſunt: HIERONYMUS *de Scriptor. eccl.* Cap. 38. ſcribit: *Feruntur eius inſignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiae, tam de Scriptis divinis, quam de ſecularis litteraturae inſtrumento;* et in *Epiſt. ad Magnum: Quid in illis indoctum? immo quid non e media philoſophia eſt.* Eumdem Clementen hunc THEODORETUS *Haeret. fabul.* I, 6. appellat *Virum ſanctum et qui abundantia doctrinae omnibus antecellit.*

EUSEBIUS, vir non mediocriter doctus, ſingularem induſtriam ad indagandas antiquitates eccleſiaſticas adhibuit hancque ob cauſſam Doctorum monumenta diligentiſſime conquiſivit; Bibliothecas ſolerter perluſtravit, praeſertim nobiliſſimam illam, quam Pamphilus Caeſareae magno ſtudio collegerat. Eorum, quae Doctorem chriſtianum ornant, haud quidquam neglexit.

BASILIUS *Magnus*, qui multa variaque eruditione ac doctrina valuit. Comparaverat ſibi notitiam linguarum, philoſophiae, eloquentiae, ex qua inter veteres chriſtianos Doctores ſummam laudem traxit. Teſtantur hanc in rem multa, quae reliquit, ingenii monumenta. Laudant eruditionem hanc Scriptores. A SUIDA in *Lexic.* I, 420. edit. Küſteri dicitur: πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς, *in omni doctrinae genere ſummus.* Ipſe LIBANIUS, rhetorum ſeculo iſto princeps et a religione noſtra alienus, ac-

ceptis a Basilio litteris, νενικήμεθα, exclamavit. Rogatus de effati huius ratione, respondit: *In elegantium epistolarum certamine victus quidem sum, at Basilius est, qui vicit; is autem amicus noster est et eam ob caussam gaudeo.* *) De scribendi genere, quo usus est, Photius *Biblioth.* Cod. CXII. p. 318. hanc tulit sententiam: *Praestantissimus est in libris omnibus. Pura enim dictione, significante propria et omnino civili ac panegyrica, si quis alius, uti novit sensuumque ordine ac puritate et nemini secundus apparet. Iam persuadendi quoque vim ac iucunditatem cum perspicuitate amat atque ita eius fluit oratio, quasi ultro, tamquam e fonte rivulus, scaturiret.*

Gregorius *Nyssenus*, Basilii Magni frater, minor aetate, ingenio autem, litteris ac doctrina propemodum aequalis. Ab antiquis adpellatur ob eruditionem ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας ἀνάπλεως, ob stili amoenitatem perspicuitatemque γλυκύτατος, λαμπρὸς καὶ ἡδονῆς ὡσὶν ἀποστάτων, ob auctoritatem, quam meritis suis sibi acquisivit, ὁ τῶν πατέρων πατὴρ et ὁ τῶν Νυσσαέων φωστήρ, ἀνὴρ μετὰ τὸν ἀδελφὸν δεύτερος ἔν τε λόγοις καὶ τρόποις. **)

Theodoretus, eruditissimis Patribus annumerandus, qui praeclarum ingenium, a natura datum, omni cura ac studio perpolivit suaque aetate laudem magnae ac variae doctrinae consequutus est.

Ad graecos iam enumeratos Patres, eruditione reliquis superiores, ex latinorum ordine adiungendi sunt:

Tertullianus, quem litteris earumque scientia multum valuisse, ingenii monumenta, quae reliquit, satis testantur, inprimis *Apologeticus; ad Scapulam;* Libri de *Corona militis*, *de Pallio* aliique.

---

*) *Epistola ad Basilium*, quae est inter huius Epistolas 145. T. III. *Oper.* p. 176.

**) Fabricius *Biblioth. graec.* VIII, 143.

Iure laudant eum ob eruditionem Scriptores. Hieronymus de *Scriptor. eccleſ.* C. 53. appellat illum *acris et vehementis ingenii Virum* et in *Ep. ad Magnum* ſcribit: *Quid Tertulliano eruditius? quid acutius?* Quando autem Vincentius *Lerinenſis Commonit.* C. 24. de eo iudicat: *Sicut ille,* Origenes, *apud Graecos, ita hic apud Latinos noſtrorum omnium facile princeps iudicandus eſt. Quid enim hoc viro doctius, quid in divinis atque humanis rebus exercitatius? Nempe omnem philoſophiam et cunctas Philoſophorum ſectas, auctores aſſertoresque ſectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem hiſtoriarum ac ſtudiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus eſt. Ingenio vero nonne tam gravi ac vehementi excelluit, ut ſibi nihil pene ad expugnandum propoſuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliſerit? Iam porro orationis ſuae laudes quis exſequi valeat, quae tanta neſcio qua rationum neceſſitate conſerta eſt, ut ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat, cuius quot pene verba, tot ſententiae ſunt; quot ſenſus, tot victoriae,* id quod nimium eſt, in Tertulliano admiſiſſe; nec iuſtum tenuiſſe modum, videtur.

Arnobius, cuius Libri *adverſus Gentes* quamvis vitiis haud careant, minus tamen ſunt contemnendi; ſed quae emendanda eſſe videntur, excuſari debere, quisque aequus iudex pronuntiabit, ubi expendere velit temporis rationem, quo Arnobius libros hos compoſuerit, quum vix in Catechumenorum ordinem adſcriptus eſſet: immo opus hoc ob eloquentiam atque eruditionem laudandum eſſe.

Minucius Felix, qui itidem in Dialogo, *Octavius* inſcripto, ſatis probavit, eum litterarum atque antiquitatis haud rudem fuiſſe, nec facultate caruiſſe, eleganter ſcribendi. Laudat ſtilum eius Io. Fr. Gronovius, in *Obſſ. in Scriptor. eccleſiaſt.* Cap. 7., peccat autem, ut videtur, eo, quod nimium eſt. Verba

eius ſunt: *Minucius Felix Dialogum contra paganos ſcripſit, lactea ſermonis ubertate Lactantio nihil cedentem: mirabili ubique perſpicuitate, etiam in acute dictis: nihil argutiarum obſcuritate moleſtarum: nihil intempeſtiva eruditionis oſtentatione inſolens, aut arceſſitum; nihil verborum novitate, aut transferendi improbitate, aut compoſitionis ſcabitudine durum, horrens, abruptum.*

Lactantius, qui praeditus fuit varia eruditione, inprimis eloquentia, qua inter omnes veteres chriſtianos Doctores princeps exſtitit. Praecipua religionis noſtrae capita eleganter explanavit. Feliciter Ciceronianum dicendi genus imitatus eſt et exemplo ſuo monſtravit, caſtam et politam dictionem ad argumenta ſacra enarranda adhiberi poſſe. Hieronymus *Ep.* 13 *ad Paullinum* appellat eum *Fluvium eloquentiae Tullianae.* Uſus quidem eſt interdum vocibus, non ſatis latinis; habet autem excuſationem aetatis pariter, qua vixit, ac rerum, de quibus expoſuit.

Hieronymus, qui ambitione impulſus, ipſe de multa variaque eruditione ſua ita gloriatur *Apolog. III. adv. Rufinum*: *Ego Philoſophus, Rhetor, Grammaticus, Dialecticus, Ebraeus, Graecus, Latinus, Trilinguis.* Vanum quidem eſt effatum hoc, ubi id in ſe ſpectamus; negari tamen non poteſt, Hieronymum ſingularibus ſtudiis, laboribus, vigiliis, ſumtibus, tantam eruditionem ſibi comparaſſe, ut inter eruditiſſimos Patres iure locum tueatur. *) Plura hac de re, praeſertim de peritia linguae ebraicae, quae apud Hieronymum fuit, poſtea dicemus; nunc autem legantur, quae disputarunt: Io. Clericus in *Quaeſtionibus Hieronymianis*, ubi ipſi valde mediocria videntur, quae ab aliis in Hiero-

*) Cf. Chph. A. Heumann *Pr. de Hieronymi Ecſtaſi anticiceroniana;* in Eiusd. *Diſſert. Sylloge* I, 655.

nymo laudari ſolent: Io. Martianaeus, Tom. II. *Oper. Hieronym.* p. 290., qui agit de eruditione Hieronymi in rebus ebraicis, et alio loco, ibidem III, 1137., exſtat eius defenſio eruditionis Hieronymianae, antea edita Par. 1700. 8. Varia Variorum iudicia de Hieronymi eruditione leguntur ap. Schröckhium in *Chriſtl. Kirchengeſch.* XI, 216., qui ipſe veriſſimam et aequiſſimam de eo tulit ſententiam.

Nonnullos alios generis huius Patres praetermittimus; quae autem nunc de eruditione eorum generatim diſſeruimus, ad ea illuſtranda atque uberius enarranda conſuli poſſunt:

Mart. Chemnitii *Or. de Lectione Patrum ſ. Doctorum eccleſiaſticorum*, praemiſſa *Explicationi locorum communium*, ante eius *Locc. theol.*

Ge. Calixti *Apparatus theologicus et fragmentum hiſtoriae Eccleſiae occidentalis*, ubi inter alia probat, priſcos Eccleſiae Patres et Doctores litteris ac disciplinis inſtructos fuiſſe earumque in theologicis uſum agnoviſſe.

Io. Clerici *Epiſtolae criticae et eccleſiaſticae Ep.* 4.*), qua exſtat iudicium de libro Dallaei de *Uſu Patrum* defenſum, quave Clericus ex inſtituto de Patrum eruditione, vel potius contra eam, disputat ſpeciatimque ſtatuit, Patres pleroſque linguarum tantum vernacularum peritos fuiſſe; Origenem et Hieronymum parum cognitione ſua linguarum uſus eſſe.**)

Io. Franc. Buddei expoſitio de *Theologia patriſtica*, maxime de eruditione Patrum; de eorumdem peritia ebraeae graecaeque linguae, eloquentia,

*) Vol. III. *Artis critic.* quo *Epiſtolae* hae *criticae* continentur, p. 97.

**) *Fortſetzung d. Nachrr. v. d. Stolliſchen Bibl.* p. 3 ſqq.

phia, logica ac reliquis eius partibus; item
ologia patristica eiusque origine ac fatis usque
clesiae emendationem; in *Isagoge ad theol.*
rs. II, 3, p. 534.
Io. Diet. Winckleri *Praef. ad Philologemata*
antiana sacra, ubi Auctor varia collegit, quae
itteras atque ad eruditionem Patrum pertinent.

§. 68.

Satis haec dicta sint de Patrum Eruditione
eneratim. Progredimur nunc ad singulares litte-
arum disciplinas, in quibus isti ingenia sua ex-
ercuerunt ac primum locum inter illas tri-
buimus *Grammaticae*, sive arti, quae viam ad
sermonem recte formandum monstrat ac si voce
hac late uti velimus, linguae discendae inservit
et ad istam necessaria subsidia recenset.

Patres Ecclesiae non multam operam linguis peregrinis dederunt ac plerique vernacularum tantum periti fuerunt. Inter graecos pariter ac latinos pauci erant, qui linguam ebraeam colebant; *) nec inter latinos multi accuratiorem notitiam linguae graecae habebant, quam ignorantiam non leve impedimentum feliciori interpretationi S. Scripturarum iniecisse, quisque facile intelligit. Duo praecipue sunt inter antiquiores hos christianos Doctores, qui hac in re laudem sibi compararunt, quum in studiis linguae ebraeae versati sunt: alter graecus, isque Origenes, alter latinus, isque Hieronymus. Qualis tamen quantaque dictae linguae scientia ir utroque fuerit, de eo disputatur. De peritia lin guae ebraeae, qua Origenes praeditus fuit, vete res Scriptores testantur, eamque licet non omne

---

*) Io. Rehling Diss. crit. de Samaritanismo et Hebrai Iustini M., Wittenb. 1729. 4. p. 11.

nonnulli tamen, laudant, in quorum numero sunt: EUSEBIUS, Lib. VI. *Hist. eccl.* Cap. 16., VINCENTIUS *Lerinensis*, *Commonitor.* p. 301. atque alii. *) Inprimis audiendus est HIERONYMUS, qui scribit de *Viris illustribus* Cap. LIV.: *Quis ignorat et quod tantum in Scripturis divinis habuerit studii, ut etiam ebraeam linguam contra aetatis gentisque suae naturam edisceret;* et *Epistola XXV. ad Paullum* refert, Graeciam totam in illo miratam esse, quod *in paucis, non dicam mensibus, sed diebus ita ebraeae linguae vicisset difficultates, ut in discendis canendisque Psalmis cum matre contenderet.* Inter recentiores PET. DAN. HUETIUS *Origenian.* p. 26. statuit, cognitionem linguae ebraeae non tam eximiam in Origene fuisse, ac multi sibi persuadeant atque his utitur verbis: *Quodsi* Origenes *plus sese in ebraicis exercuisset maioremque linguae huius fuisset peritiam consequutus, nihil ei ad perfectam sacrae legis cognitionem defuisset; sed tantum decerpsit ex ea gloria, quantum ex loquelae huius studio detraxit. Dicam enim vere: vel ebraismi parum scientes sunt, vel in lectione Origenianorum operum perfunctorie versati, qui eximium quid ipsi vel in sanctae linguae, vel in earum, quae ex hoc fonte profectae sunt, dialectorum peritia tribuerunt.* Sequitur eum IO. CLERICUS *Quaestionib. Hieronym.* II, §. 4. dum pronuntiat, certis indiciis ostendi posse, Origenem *ita loqui, quasi ebraicos characteres legere nescivisset*, pergitque: *Dicendum nimirum, bonum virum in conficiendis hexaplis vertendisque nominibus hebraicis, Iudaei cuiuspiam opera usum fuisse eiusque gentis homines interdum consuluisse, dein edidisse, quae ab iis accepisset, ita ut imperitis Graeculis primum, deinceps etiam peritiori Hieronymo, sed non satis attento, fucum fecisse videatur.* Con-

*) FABRICIUS *Bibl. graec.* V, 224.

sentiunt et alii. Si tamen reputamus, antiquiori tempore studia litterarum ebraearum penitus fere neglecta esse ac perpaucos inter christianos Doctores exstitisse, qui ad ista se applicarent, Origenem autem non mediocrem industriam ad illa adhibuisse eiusque documenta reliquisse non contemnenda, caussam omnino habemus, Origenem ob scientiam linguae ebraeae laudandi hancque ipsam magni aestimandi. Rem non per se et simpliciter, sed pro aetatis, qua floruit, conditione diiudicare decet. Praeter Origenem, inter Patres notitia linguae ebraeae instructos, locum sibi fecit Hieronymus, de cuius eruditione, praesertim peritia linguae ebraicae, disputatum est, ita ut utraque pars de recta via deflexisse videatur. *) In laudanda ista nonnulli sunt nimii remque exaggerando contendunt, eum maximam scientiam disciplinarum, quibus divinior pariter ac humana doctrina absolvitur, praesertim litterarum ebraicarum, adsequutum esse. Prosper *Carmin. de Ingratis* appellavit eum *Mundi Magistrum* et ita de eo cecinit:

Ebraeo simul et Graio latinoque venustus
Eloquio, morum exemplum Mundique Magister.

Erasmo iudice, in *Epist.* V, 19., fuit omnium Christianorum sine controversia longe cum doctissimus, tum facundissimus et Theologorum princeps. Ob multa monumenta, quae reliquit, Ionas *Aurelianensis*, Lib. III. *de Cultu Imagin.* contra Claudium, Taurinensis Eccl. Episc., *Orthodoxograph.* p. 1574., vocavit eum *Bibliothecam Matris Ecclesiae.* Inprimis Io. Martianaeus suarum partium esse existimavit, ut Hieronymi eruditionem multis magnisque laudibus efferret et a sinistris Auctorum sententiis vindicaret. Alii Hieronymi eruditionem ni-

*) Vid. Engelstoft *Hieronymus interpres* etc. p. 97.

mis extenuant. Ad eos adiunxit ſe recentiore aetate Io. Clericus hacque de re cum Io. Martianaeo dimicavit. Omnia, quae ab aliis in Hieronymo laudari ſolent, ipſi valde mediocria videntur: *Si ſeponas*, inquit *Quaeſt. Hieron.* p. 6., *multam Graecorum et praeſertim Latinorum lectionem, coniunctam cum facultate acriter declamandi, aut declamatorie ſcribendi, pro eius aevi palato cetera omnia ſunt mediocria. Non modo ebraicae, ſed et graecae linguae modica cognitione fuit tinctus. Theologiam ceteraſque disciplinas deguſtaverat potius, quam exhauſerat. In inventione quidem nihil propemodum habet exquiſiti; in ordine nihil ferme accurati; in ratiocinatione vero et collectione conſectariorum plus multo pompae rhetoricae atque exaggerationis invenias, quam roboris et iudicii.* Alio autem loco, ibid. p. 44., animadvertit, Viros doctos deprehendiſſe, Hieronymum perquam modice in lingua graeca exercitatum fuiſſe, quando cum graecis archetypis translationes eius accuratius conferre coeperint. In discrepantia hac Scriptorum de eruditione Hieronymi, quum illam nimis vel laudant, vel extenuant, recte illi agunt, qui utramque extremitatem devitant et mediam ſibi eligunt viam. Exploratum ſatis eſt, Hieronymum linguarum ebraeae, chaldaeae, graecae et latine minime rudem fuiſſe. Colligendum id eſt ex multis et perpetuis ſtudiis, quae litteris his per omnem vitam conſecravit; ex magiſtris et praeceptoribus, quibus eſt uſus; ex ingenii monumentis, quae nobis reliquit. Nec negandum eſt, eum ſua eruditione, praeſertim ſcientia linguarum Orientis, reliquos latinos ſacri ordinis Patres ſuperaſſe, quod ſatis luculenter appa ret, ubi illius horumque ſcripta inter ſe conferantur. Ac quamvis non eum doctrinae gradum adſequutus fuerit, ad quem recentiore ac noſtra aetate eruditiſſimi Viri pervenerunt, aut quis, idoneis ſub-

ſtudiis virtutibusque inſtructus, pervenire poteſt; attamen et quisque aequus rei iudex fatebitur, Hieronymum pro temporis, quo vixit, conditione, tantum in linguarum ſtudiis profeciſſe, quantum pauci recentiorum profecturi fuiſſent, ſi eadem aetate vixiſſent.

Quando Hieronymus de *Scriptoribus eccleſiaſt.* Cap. LIV. varias litterarum diſciplinas enarrat, quibus Origenes ingenium ſuum excoluit, grammaticam quoque in illis numerat dicitque: *Dialecticam quoque et Geometriam et Arithmeticam, Muſicam, Grammaticam et Rhetoricam, omniumque Philoſophorum ſectas ita didicit, ut ſtudioſos quoque ſecularium litterarum ſectatores haberet, et interpretaretur eis quotidie, concurſusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut ſub occaſione ſecularis litteraturae in fide Chriſti eos inſtitueret.* Sub Augustini nomine prodiit liber *de Grammatica* atque in *Opera* eiusdem translatus eſt; cum autem eſſe adulterinum, doctiſſimi Viri animadvertunt atque argumenta, non contemnenda, afferunt. Legendi ſunt:

Io. Martianaeus, qui commentatus eſt ſingulari ſtudio de *Eruditione Hieronymi in rebus ebraicis*, atque in *Eruditionis Hieronymianae defenſio*[illegible] adv. Io. Clericum, qui Hieronymum eiusque erud[illegible]tionem, praeſertim ebraeam, ſummis laudibus orn[illegible]vit hacque de re, cum Clerico in certamen ver[illegible] Exſtant Commentationes in Hieronymi *Opp.* e[illegible] II, 290. III, 1137.

Io. Clericus, qui edidit iam ſaepius addu[illegible] *Quaeſtiones Hieronymianas, in quibus expend[illegible] Hieronymi nupera editio Pariſina multaque ad* [illegible] *cam ſacram et profanam pertinentia agitantur,* ſtel. 1700. 8. *) Fatetur, Hieronymi ſcripta

*) *Acta Erudit.* a. 1701. p. 31.

praebere, cum communes omnibus antiquis monumentis, quales ſint hiſtoria dogmatum ac rerum illa aetate geſtarum ac ratio, ſacras litteras interpretandi, tempore iſto uſitata; tum ſingulares ac proprios, qui ad tria haec potiſſimum capita referri poſſint. Liceat primum, ex Hieronymi ſcriptis colligere fragmenta multo plura, quam ex ullo alio antiquiorum interpretum graecorum V. T., quorum translationes iniuria temporum ſocordiaque hominum perierunt. Deinde addit, ex iisdem intelligendas eſſe multas traditiones iudaicas, vel opiniones Iudaeorum illius aevi de ſignificatione vocum ebraicarum; ſententias plurimorum locorum Scripturae; varias item nonnullas lectiones, dignas, quae expendantur. Cognoscimus denique ex ſententia eius, quodnam fuerit ſingulare ipſius Hieronymi iudicium de variis vocabulis ebraicis ac Scripturae locis; tum etiam de rebus ac Scriptoribus aliis, de quibus fert ſententiam. Adiungi poteſt eiusdem Clerici *Diſſert. de argumento theologico, ab invidia ducto,* quae eiusdem *Logicae* ſubiectae eſt §. 22.

Io. Franc. Buddeus, qui in *Iſagoge ad theologiam univerſam* de Origene ac Hieronymo eorumque eruditione ebraea ſatis copioſe diſſerit, Lib. II. Cap. 3. §. 4. p. 549.

Io. Go. Carpzov in *Critica ſacra* p. 667., ubi disputat, num et quanta peritia linguae ebraeae Hieronymo ſit tribuenda.

Io. Alb. Fabricius in *Bibliotheca latina*, III, 453. quando de Hieronymi *Operibus*, a Martianaeo editis, diſſerit ac refert, editionem hanc a Rich. Simone ac Io. Clerico reprehenſam fuiſſe.

Quod ad *latinam* linguam attinet, illius nitor atque elegantia apud veteres chriſtianos Patres negligi coepit. Pauci fuerunt, qui cultiori ſtilo uterentur, ſi excipias *Lactantium* et poſt eum quodam

modo *Minucium Felicem*, *Arnobium*, *Hieronymum*, *Sulpicium Severum*. Obſervatione omnino dignum eſt, Poëtas etiam poſteriorum temporum ornatiores eſſe, quam ſolutae orationis Auctores. Monſtrant hoc exempla *Sidonii Apollinaris* ac *Paullini Nolani*, quorum Carmina ſunt nitida ac perpolita, Epiſtolae parum elegantes, quia ſoluta oratione ſcriptae. Tradiderunt dogmata ac myſteria chriſtiana antea ignota, quae neceſſitatem imponebant, formulas ac vocabula ante tempora Chriſtianorum in Latio inaudita, ſaltem alio ſenſu et notione uſitata, invehendi. Nata ex eo eſt latinitas eccleſiaſtica, quam alii ſectati ſunt parcius, priſcae elegantiae in ſacris quoque argumentis ſtudioſi, alii diligentius atque in eo laudem ſibi comparatam exiſtimarunt, ſi unice novo illo et ſacro ſtilo uterentur, quo in cenſu *Cyprianus* et magis *Paullinus Nolanus* habentur. Augustinus Lib. II. de *Doctrina chriſtiana* Cap. 14., T. III. *Opp.* p. 21. dicit: *Quamquam tanta eſt vis conſuetudinis etiam ad diſcendum, ut qui in Scripturis Sanctis quodammodo nutriti educatique ſunt, magis alias loquutiones mirentur, easque minus latinas putent, quam illas, quas in ſcripturis didicerunt, neque in latinae linguae Auctoribus reperiuntur.* Videantur hac de re:

Car. du Fresne *Praefatione*, quam *Gloſſario ad Scriptores mediae et infimae latinitatis praemiſit*, p. 58.

Chph. Cellarius *Diſſert. de fatis latinae linguae*, quam Halae 1701. defendit, et quae locum obtinuit in Volumine eiusdem *Diſſertatt. academicarum*, quod I. Ge. Walchius in lucem emiſit, p. 455.

§. 69.

Inprimis antiquiorum Chriſtianorum Doctores, ſive Patres diligenter verſati ſunt in *Rheto-*

rica huiusque praecepta non solum aliis tradiderunt, sed et ipsi frequenter Orationes recitarunt, civiles pariter, inprimis sermones panegyricos, ac sacras, sive Homilias. Multorum tamen, maxime eorum, qui in summa laude famaque oratorum erant, eloquentia vitiosa erat ac reprehensione digna, sive ad res de quibus disseruerunt, sive ad modum dicendi animum advertimus.

Rhetoricam docuerunt apud Siccam Veneream, mediterraneam Africae urbem, *Arnobius;* Nicomediae *Lactantius;* Mediolani *Augustinus* atque alii, quos itidem Magistros rhetoricae fuisse constat. Eloquentiae caussa itinera fecerunt atque ipsi celebres Rhetorum scholas frequentarunt *Gregorius Nazianzenus*, qui adiit Athenas, ut ingenium suum litteris eloquentiae excoleret; *Basilius Magnus* qui Constantinopoli Libanio praeceptore usus est. Multae Orationes ab his atque aliis Ecclesiae Patribus conscriptae sunt, recitatae etiam atque ad nos delatae. Aliae sunt *civiles*, inprimis sermones panegyrici, memoriae Martyrum ac Virorum, sanctimoniae laude florentium, consecrati atque ita compositi, ut illorum virtutes, pie sapienterque dicta ac facta, laudentur atque exempla eorum ad imitandum ante oculos ponantur. Aliae sunt Orationes *sacrae*, quae *Homiliae* appellari solent, cum Patrum graecorum, tum latinorum. Inter Graecos Homilias reliquerunt: Origenes *), Ephraemus *Syrus*, Basilius *Magn.*, Gregorius *Nyss.*, Gregorius *Nazianz.*, Macarius sen., Io. Chrysostomus, Asterius, Cyrillus *Alex.*, Basilius *Seleuciensis*. Ex latinorum numero adiungendi sunt: Augustinus,

---

*) I. A. Karsten D. *de Origene, oratore sacro*, Groning. 1824. 8.

Maximus, Petrus Chrysologus, Leo *Magnus*, Caesarius, Gregorius *Magnus*.

Oratores ſacri primum recitarunt Conciones, quae liberioribus ſermonibus conſtabant, quae erant breviores ac pietatem ſimplicitatemque ſpirabant; poſtea tamen, maxime Sec. IV ac V, eloquentiam non ſatis moderatam, ſed turgidam ac declamatoriam, ſectati ſunt. Vitiorum, quae ſermones eorum contaminabant, varia erant genera. Alia ſpectant ad res ipſas, de quibus diſſerebant. Quando enim de argumentis divinis ſacrisque, quae ſimplicem planamque orationem poſtulant, in ſcholis ſcriptisque exponebant, nimio artis rhetoricae ſtudio dediti, crebras verborum figuras, colores et alia oratorum ornamenta adhibuerunt ac multa dixerunt ὑπερβολικῶς. Monſtrant id monumenta Chrysostomi *), Hilarii, Ambrosii atque aliorum, in quibus multae habentur hyperbolae; nec ipſe Hieronymus, *Ep. L ad Pammachium* II, 135., ſcripta eius ab artium dialecticae ac rhetoricae peritis legenda eſſe, diſſimulat. Quum coeleſtis doctrinae cauſſam perorarent atque adverſariis reſiſterent, oratoria afferebant argumenta, in quibus vis quidem ineſt ad delectationem opinionemque faciendam, minus vero ad firmam ſolidamque probationem, quam in rem exempla habemus apud Tertullianum, Cyprianum, Minucium Felicem, Lactantium atque alios. Nata ex eo eſt obſcuritas ac difficultas, ea intelligendi, quae ab iſtis ſcripta ſunt. Fatetur hoc ipſe Dionys. Petavius, *Animadverſſ. ad Epiphanium, Haereſ. LIX.* Tom. II. *Oper.* p. 244. Quamquam *multa ſunt*, inquit, *a ſanctiſſimis Patribus, praeſertimque a Chryſoſtomo in Ho-*

---

*) Vid. Io. Fr. Rosenmüller *Ueb. d. Beredtſamkeit d. Chryſoſtomus*, Lipſ. 1814. 8. Auger *Homelies Discours et Lettres choiſies de S. Jean Chryſoſtome.* Praefat. T. I.

miliis aſperſa, quae ſi ad exactae veritatis regulam accommodare volueris, boni ſenſus inania videbuntur. Quippe declamatorio illo more ad imperitam fere multitudinem, exaggerandi cauſſa, et ſubito quodam impetu dicendi ac calore profuſa feruntur plerumque licentius. Unde ex aliorum comparatione locorum, vel Conciliorum potius, ac Patrum, temperanda, et in gyrum veritatis revocanda ſunt. Idem late ediſſerit Io. Dallaeus de *Uſu Patrum* I, 4, p. 120. atque oſtendit, *non facile eſſe, Patrum ſcripta intelligere, tum propter linguas et idiotismos, quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis rhetoricae et dialecticae artificiis obſcuratam et impeditam rationem; tum quod plerasque voces alio, quam qui nunc in uſu eſt, ſenſu uſurpent.* Legendi et ſunt: Io. Clericus in *Hiſtoria ſtudiorum rhetoricorum, quibus difficillimum cogniti factum eſt, quid cogitarint de multis rebus celeberrimi Scriptores,* quae eſt in ejus *Arte critica*, Vol. I. p. 337., et Io. Barbeyracius, *Praefat.* interpretationis gallicae Pufendorfii *Iuris natur. et gentium* §. IX. p. 40. Improbat quidem Hieronymus *Epiſt. XXXIV. T. IV. Oper.* Part. 2. p. 259., declamatorium hoc dicendi genus ſcribitque ad Nepotianum: *Ne a me quaeras pueriles declamationes, ſententiarum floſculos, verborum lenocinia, et per fines capitulorum ſingulorum acuta quaedam breviterque concluſa, quae plauſus et clamores excitent audientium;* non penitus tamen illud devitat: immo ſophiſticam etiam eloquentiam diſerte laudat et quod temere ſibi ſumit, exemplo Apoſtoli Paulli tueri conatur. Alia vitia ſermonis, quo Patres utebantur, poſita maxime erant in ipſo dicendi genere.

Non ſatis cauti ac providi quum ex Rhetorum ſcholis dicendi formulas adhiberent ac Declamatores imitarentur, veritatem non ſolum ipſam obſcuram reddiderunt, ſed etiam ad pravas opiniones atque

dicium et acumen, quam in aliis Gregorii poematibus, ut videatur, inesse. *)

Gregorius *Nazianz.*, princeps inter Poetas christianos graecos, qui multa egregia Carmina conscripsit, partim coniunctim in eiusdem *Operibus* gr. ac lat. c. Scholiis Iac. Billii, partim separatim variis in locis edita. Quae adhuc in Bibliothecis delituerant, eorum multa sane lucem postea adspexerunt, in quorum numero sunt: Gregorii *Nazianz*, *Theologi Carmina cygnea inedita*, quae Iac. Tollius c. notis iuris publici fecit in *Insignib. itinerarii Italici* p. 1 sqq.; Eiusdem *Carmina, sive Epigrammata* 228, c. notis Lud. Ant. Muratorii, in *Anecdot. graec.* p. 1 sqq.

Synesius, Cyrenaeus, Ptolomaidis Episc., qui Eloquentiae ac Poëseos laude floruit ac *Hymnos* X, lyrico carminis genere reliquit, saepius editos non solum in eius *Operibus*, sed etiam separatim, vel sine, vel cum interpretatione latina. **)

Basilius *Seleuciensis*, Seleuciae in Isauria Episc., in cuius scriptis numeratur *Vita Theclae*, sermone ligato composita, quae autem interiit. Ab ea plane diversa sunt: *Acta et miracula S. Apostoli et Protomartyris Theclae*, quae Basilio huic haud tribui possunt, licet nomen eius praeferant.

Nonnus *Panopolites* Aegyptius, cuius duo monumenta poetica memoranda sunt. Exstant illius *Dionysiaca* s. de *rebus Bacchi*, carmine heroico librisque 48, quos ab eo, religioni paganorum hominum adhuc addicto, scriptos esse, nonnulli suspicantur; alii autem animadvertunt, fieri omnino potuisse, ut ille, postquam christianam religionem am-

*) Vid. H. C. Abr. Eichstädt Pr. *Drama christianum, quod* Χριστὸς πάσχων *inscribitur, num Gregorio Nazianz. tribuendum sit*, Ien. 1816. 4.

**) Aemil. Theod. Clausen *de Synesio philosopho, Libyae Pentapoleos Metropolita*, Hafn. 1831. 8 p. 74 sqq.

plexus fuerit, ingenii animique caussa argumentum ethnicum exornandum susciperet, quemadmodum quotidie in theatris nostris peragi videamus. Praeter *Dionysiaca* haec, a Nonno accepimus *Metaphrasin epicam Evangelii S. Ioannis*, saepius in lucem emissam, latine redditam notisque illustratam.

Amphilochius, Iconii in Lycaonia Episc., cuius ad nos pervenerunt: *Iambi ad Seleucum*, qui praecepta morum ac doctrinae et librorum S. Scripturae enumerationem complectuntur. Prodierunt isti coniunctim cum reliquis Amphilochi scriptis; et separatim, non solum cura Ioach. Zehneri c. metaphrasi latina iambica, sed etiam studio Nic. Rittershusii, sub titulo: *Amphilochii, Episc. Iconii, de recta studiorum ac vitae ratione, Epistola ad Seleucum, versibus iambicis* 336 *quasi quarto post n. Chr. Sec. scripta: Conr. Rittershusii notis illustrata, tertium edita, cur. et rec. Nic. Rittershusio*, Altorf. 1644. 8. Versus hos Iac. Billius ad Gregorium Nazianz. referre mavult; coniectura autem, quam facit, levior est.

Fuerunt quoque non pauci inter *latinos* Ecclesiae Patres, qui Poesi christiana se commendarent ac monumenta illius ad posteros transferrent. In hoc scribendi genere non sine laude versati sunt, qui nunc sequuntur.

Tertullianus, cuius *Opera poëtica* edidit Andr. Rivinus ac post *Pamelium, Iunium, Barthium* breves notas addidit, Goth. 1651. 8. *) Exstat quoque Carmen eius de *Iona* et *Ninive* c. animadverss. Ioreti, Barthii, Gronovii ad calcem Paullini Petricorii, editi a Chr. Daumio, Lips. 1681. 8. Varia carmina ipsi a nonnullis tri-

*) Tertulliani *libri* carmine conscripti locum obtinuerunt in Maittarii *Corpor. Poetar. latin.* II, 1525.

buuntur, uti: *Genesis*, *Sodoma*, Libri quinque *adv. Marcionem*; de *Iudicio Dei ad Senatorem*; Carmen. quod iam memoravi, de *Iona* et *Ninive*; quae autem alii scriptis Tertulliani adulterinis annumerant, aut de quibusdam saltem statuunt, rem esse dubiam, a Tertulliano ea esse conscripta.

Caecilius Cyprianus, Presb. ac postea Episc. Carthaginiensis, ad quem tamquam auctorem itidem varia carmina referuntur, *Genesis*, *Sodoma*, *ad Senatorem apostatam*; quae autem omnino Cypriani esse, doctiss. Viri negant. Ab aliis tribuuntur ista Tertulliano, id quod iam antea memoravimus. Sub nomine eius exstat quoque apud Ge. Fabricium, in *Poëtar. veter. ecclesiast. Oper.* p. 302., *Lignum vitae*, Carmen ab aliis de *Cruce*, a Pamelio de *Paschate Domini* inscriptum.

C. Vettius Aquilinus Iuvencus, Presb. Hispanus, qui scripsit *Historiae evangelicae* Libb. IV, Matthaeum sequutus, versu hexametro, saepius editos ac doctiss. Virorum notis illustratos.

Lactantius, cuius nomen etiam varia Carmina prae se habent; iure autem monumentis adulterinis annumerantur. Sunt ista: Carmen de *Phoenice*, a superstitioso homine, ut creditur, compositum; Carmen de *Paschate*, quod Venantii Fortunati esse, Doctorum Virorum sententia est; Carmen de *Passione Domini*, quo de adoratione Crucis agitur; item *Symposium*, quod Chph. A. Heumannus edidit ac tamquam verum Lactantii monumentum defendit, sub titulo: *Symposium s. Centum Epigrammata tristicha aenigmatica, quae vero suo auctori post longiss. temporis decursum reddidit, a librariorum mendis ope Codd. msptorum repurgavit suisque et Ios. Castalionis, Casp. Barthii, Fr. Besselii aliorumque notis illustr. Chr. A. Heumannus, cuius et adiecta est dissertatiuncula contra Nic. Nour-*

rium, *librum de Mortibus Persequutorum Lactantio abiudicantem*, *itemque Symbola critica ad Lactantium*, Hanov. 1722. 8. Memoratur quoque Lactantii Carmen de *itinere eius ex Africa Nicomediam usque*, quod autem ab interitu se vindicare haud potuit.

Hilarius, *Pictaviensis* Episc., sub cuius nomine prodiit quidem *Genesis* s. Hexaemeron ad Leonem Papam, carmine epico; illud autem non ab hoc, sed ab alio Hilario iuniore, eoque Praesule Arelatensi compositum esse, eruditi Viri non sine caussa statuerunt. Ac quamvis carmen hoc in editionibus quibusdam Hilarii *Pictav. Operum* locum obtinuerit, omissum tamen postea est atque a Monachis Benedictinis in Hilarii Pictaviensis editione, Par. 1693. fol., vulgata, inter adulterina Episcopi illius scripta relatum. Lucem vidit Carmen hoc separatim, sub nomine Hilarii Pictaviensis ac c. notis Io. Weitzii, Frcf. 1625. 8.

Fabius Marius Victorinus, Afer, cuius industriae debemus: Carmen de *Fratribus Maccabaeis*, *interfectis ab Antonio Epiphane*, quod nonnulli Hilario Arelatensi, vel alii tribuunt. Editi quoque sunt sub nomine eius *Hymni* tres de *Trinitate*, cum notis Andr. Rivini; inter *S. Reliquias duorum Victorinorum*, ab ipso editas, Goth. 1653. 8. p. 208.

Damasus, Episc. Rom., qui multa Carmina reliquit. Plura collegit ac notis illustravit Andr. Rivinus in volumine, cuius inscriptio est: *Damasi Carmina sacra*, *nunquam typis hactenus simul evulgata, nunc e Roman. Marmoribus, priscis Christianorum monumentis manuque partim exaratis*, *partim editis Codicibus congesta et notis illustrata*, Lips. 1652. 8. Diligentiam eius longe superavit Martius Milesius Sarazanius, qui postquam Damasi carmina collegerat atque in ea aliaque Damasi Opus-

cula animadversiones scripserat, omnia ista iuris publici fecit FEDER. UBALDINUS e Bibl. Barberina, Rom. 1638. 4. iterumque illa litteris descripta sunt, Par. 1672. 8.

AMBROSIUS, Episc. Mediolanensis, cuius exstant *Hymni.* Varii sunt isti, qui sub nomine illius in lucem exierunt; de iis autem, qui ad Ambrosium, tamquam Auctorem, pertinent, discrepant Scriptorum sententiae nuncque plures, nunc pauciores numerantur. Commemoratione inprimis digni habentur Hymni VII de *Opere Creationis.*

PRUDENTIUS, cuius libri semper in honore ac laude fuerunt seque varietate carminis atque elegantia commendarunt. Quales illi sint, satis constat. Editionum ac Commentariorum numerus non parvus est.

PAULLINUS *Nolanus*, Episc., cuius nomen varia Poemata prae se habent, quae autem ei falso tribuuntur, uti sunt: *Carmen eucharisticum de Vita sua*, quod alterius Paullini esse, monstratum est argumentis non contemnendis; ac de *Vita S. Martini* Libb. VI Carmine heroico, scripti ad Perpetuum, Turonensem Antistitem, quos a Paullino Petricorio compositos esse, nunc Viri eruditi statuunt. Sunt tamen alia carmina ad nos delata, quorum Paullinus Nolanus Auctor est.

DRACONTIUS, gente Hispanus ac dignitate Presbyter, uti Scriptores tradunt. Duo Opuscula reliquit. Alterum est Carmen heroicum in *Hexaëmeron*, alterum *Elegia ad Theodosium Imp.* Utrumque prodiit cura IAC. SIRMONDI, Par. 1619. 8.

CAELIUS SEDULIUS, Presb. Scotus, cuius varia Poemata conservata et ad nos delata sunt, *Carmen*, nimirum *Paschale* s. de *Christi Miraculis*; *Veteris et Novi Testamenti Collatio*, carmine elegaico

ſcripta; *Paean alphabeticus de Chriſto*, iambico carmine conſcriptus, ubi Chriſti res geſtae breviter narrantur.

Claudius Marius Victor l. Victorinus, Maſſilienſis Rhetor ac Poëta, cuius ad nos pervenerunt: Libri tres *Carminum ſ. Commentariorum in Geneſin*, a principio libri huius usque ad obitum Abrahami; item *Epiſtola ad Salomonem Abbatem de perverſis ſuae aetatis moribus*, heroico carmine ſcripta.

Hilarius *Arelatenſis*, Epiſc., memorandus hoc loco ob carmen heroicum de *Geneſeos hiſtoria* ad Leonem Papam, quod inter Hilarii Pictavienſis *Opera* reperiri ſolet.

Prosper *Aquitanicus*, homo quidem, ut videtur, laicus, Pontificis Leonis Notarius, non penitus tamen omittendus, quum inter antiquiores Poëtas ſacros locum obtinuerit. Exſtat eius Carmen heroicum de *Ingratis*, adverſus Pelagianos, compoſitum, quum Auguſtinus adhuc in numero mortalium eſſet. Aliud Carmen heroicum idque de *Providentia divina* itidem nomen eius prae ſe habet; iudicarunt autem merito docti Viri, tantum abeſſe, ut illud a Prospero ſit conſcriptum, ut ad Pelagianum hominem, tamquam Auctorem, referri debeat.

Bened. Paullinus Petricorius, laudandus loco hoc ob opus ſuum de *Vita S. Martini*, ſex libris carmineque heroico ita deſcripta, ut quae Sulpicius Severus de Martino hoc ſermone ſoluto narravit, ea oratione ligata expreſſa ſint. Plerorumque quidem longior opinio fuit, Paullinum Nolanum libros hos ſcripſiſſe, iidemque ſub Paullini huius nomine lucem adſpexerunt, nunc autem tribuuntur iſti Paullino Petricorio. Separatim illi in conſpectum publicum prodierunt cura Chr. Daumii, ita inſcripti: Benedicti Paullini Petri-

ata et alia quaedam sacrae antiquitatis
, c. Franc. Iureti Commentariis, Casp.
imadverss., Io. Fr. Gronovii notis ed ta
UMIO, Lips. 1686. 8.

NIUS APOLLINARIS, qui multa Carmina
os transmisit, non separatim, quantum scio,
d coniunctim cum reliquis eius scriptis,
rum libris adiunctis.

AUDIANUS MAMERTUS, Presb. Viennensis,
aria Carmina recensentur; de omnibus autem
ane constat, ea esse ingenii eius fetus. Locum
habet: *Carmen contra varios errores s. con-*
rios Poëtas; *Hymnus de passione Domini*, qui
ntio Fortunato tributus est, minus autem recte
que. Plura sunt argumenta, quae opinioni huic
gnant. Idem Claudianus Hymnos, Psalmos
ectiones, singulis anni festis diebus congruen-
in usum Ecclesiae Viennensis ordine digessisse,
ditur.

ALCIMUS ECDICIUS AVITUS, cuius exstant: de
Iundi origine; de *Peccati origine*; de *sententia Dei*;
e *Diluvio deque transitu maris rubri* Libb. V. versu
nexametro, ac libellus de *laude Virginitatis*, heroico
carmine compositus ad Fusciniam sororem.

ORIENTIUS, Episc. Eliberitanus, qui scripsit
Commonitorium fidelium, carmine heroico. Quum
id adhuc editum fuisset mutilum ac totus liber se-
cundus omissus, tandem EDM. MARTENE, in li-
mine novae collectionis *Veterum Monumentorum*,
Rothom. 1700., integrum *Commonitorii* huius opus
idque duorum librorum ex pervetusto Cod. Eccle-
siae S. Martini Turonensis, ab annis circiter 800
exarato, edidit atque eiusdem Orientii Carmina de
Nativitate Domini, de *Trinitate*, de *Nominibus Do-*
mini et de *Orationibus* addidit. Editionem hanc
Marteneanam de integro recensuit, variis locis ca-

ſtigavit, Virorum doctorum animadverſſ. copioſisque prolegomenis ornavit H. Leon. Schurzfleisch, Vitemb. 1706. 4.

Arator, Patria Ligur, foro aulaque relictis, Subdiaconus Rom., qui ſcripſit carmine heroico *Hiſtoriam apoſtolicam*, ex Luca expreſſam et duobus libris comprehenſam. Praeter hanc autem reliquit Carmen elegiacum ad *Parthenium*, ſororis Ennodii filium, a quo ad Poeſin ſacram inprimis incitatus fuerat, a Iac. Sirmondo, ad calcem *Notarum in Ennodium* et *Tom. I. Operum* p. 1911., editum.

Quae iam enumeravimus, monumenta poetica Patrum Eccl. ſaepe diverſa ratione litteris deſcripta ſunt lucemque viderunt cum ſeparatim, tum coniunctim, vel cum aliis Auctorum ſuorum ſcriptis, vel in Corporibus veterum Poetarum chriſtianorum, uti dicuntur, quae diverſo modo compoſita atque edita ſunt. Vid. §. 36.

De ipſis Poetis his conſuli poſſunt, qui generatim de Poetis graecis ac latinis commentati ſunt, inque his: Lilius Greg. Gyraldus in *Dialogis de Hiſtoria Poetarum tam graecorum, quam latinorum;* Ger. Io. Vossius *Libris de veterum Poetarum temporibus, graecorum et latinorum:* Olaus Borrichius *Diſſertt. acad. de Poetis*, Frcf. 1643. 4. Inprimis videantur, quae nonnulli Auctores ſpeciatim de Poetis chriſtianis ac ſacris ſcripta reliquerunt. In his ſunt:

Chr. Daumius in *Syllabo Poëtarum chriſtianorum veterum*, quem Paullino Petricorio, ab ipſo edito, praemiſit: in *Praefat. ad Hieronymi, Theologi graeci, Philoponiam.*

H. Muhlius Diſſert. de *Poëtis Epiſcopis*, Kilon. 1699. 4., in quibus locum obtinuerunt: *Triphyllius*, *Apollinarius*, *Damaſus*, *Gregorius Nazianzenus*, *Pontius Paullinus*, *Syneſius*, *Hilarius*

Pictaviensis, *Sedulius*, *Claudianus Mamertus*, *A*
cimus Avitus, *Orientius*, *Venantius Fortunatus*.

Andr. Chr. Eschenbach Differt. de *Poët.*
christianis facris, graecis et latinis, Altorf. 1685. 4.
in Eiusdem *Differtt. academ.* p. 69.

De Poefi chriftiana vero eiusque origine leger
da eft Lud. Bucheggeri Comment. *de Origine fa*
crae Chriftianorum Poefeos, Friburg. Brisg. 1827. 4
(6 Gr.) *).

§. 71.

Nec inter Patres ac Scriptores veteris Eccle
fiae defuerunt, qui ftudia fua *Hiftoriae* confecra
rent ac monumenta illius componerent. In pri
mis operam pofuerunt in Hiftoria ecclefiaftic
eamque non folum univerfe enarrarunt, fed i
fingularibus quoque illius argumentis verfati fun
fcripferunt de Vitis Martyrum ac Sanctorum
de Haerefibus, de Conciliis fimilisque gener
rebus. Delata quoque ad nos funt aetatis huiu
fcripta, quae probant, nec hiftoriam litterariam
penitus neglectam fuiffe.

Non omnia antiquiora Hiftoriae ecclefiafticae po-
fterioris foederis monumenta confervata funt. Quo-
rumdam fragmenta tantum habemus horumque in
numero funt: Hegesippi Ὑπομνήματα τῶν ἐκκλησι-
αστικῶν πράξεων, five *Commentariorum Actorum eccle-*
fiafticorum Libri quinque, quibus res, a Chrifti morte
usque ad aetatem fuam, five ad feculum fecundum
in civitate chriftiana geftas, commemoraverat. Pe
rierunt autem ifti, praeter partes quasdam de mar

---

*) *Theol. Lit. Bl.* a. 1827. N. 98.

tyrio Iacobi, fratris Domini; de perſequutione Propinquorum Servatoris noſtri; de Simeonis, Cleophae filii, martyrio, ab Eusebio in *Hiſt. eccleſiaſt.* conſervatas. *) Praeter haec ſpectant huc: Hesychii *Hiſtoria eccleſiaſtica*, ex qua locus de Theodoro Mopsveſteno exſtat; Philonis Philoſophi *Hiſtoria eccleſiaſtica*, ex qua Michael Glycas, *Annal.* p. 282. nonnulla affert; Philippus Sidetes, cuius *Hiſtoriae chriſtianae* inſigne fragmentum de Scholae Alexandrinae ſucceſſione H. Dodwellus, ad calcem *Diſſertt. in Irenaeum*, Oxon. 1689. 8., edidit atque illuſtravit. Quum autem hiſtoriae huius initium factum eſt ab orbe condito eaque ad aetatem Auctoris ſ. ad Sec. V. perducta, monumentis, quae ad ſolam Hiſtoriam eccleſiaſticam N. T. pertinent, illa haud annumeranda eſt. Aliorum ſcripta eiusdem Hiſtoriae graeca penitus ſunt deperdita, uti Ioannis, Presb. Aegeatis, *Hiſtoria eccleſiaſtica*, a depoſitione Neſtorii et Theodoſii iunioris temporibus libris decem; Basilii Cilicis *Hiſtoria eccleſiaſtica* libris tribus, de quibus itidem Veteres teſtantur. Sed dimittimus hos ac pergimus ad eos, quorum monumenta Hiſtoriae eccleſiaſticae novi foederis ab antiquitate nobis integra relicta fuerunt. Sunt illi vel *graeci*, vel *latini*. In numero *graecorum*, exſtant:

Eusebius Caeſareenſis, qui inter Scriptores hos merito princeps eſt. Ad poſteros ille tranſmiſit *Hiſtoriae eccleſ. Libb. X.* iisque primus iuſtum volumen univerſae hiſtoriae huius compoſuit, ab initio Chriſtianismi usque ad Licinium, a Conſtantino M. ſuperatum atque exſtinctum pacemque Eccleſiae redditam. Enarrat diligenter rerum, in Eccleſia geſtarum, ſeriem; Apoſtolorum atque aliorum illuſtrium

*) Vid. F. Adph. Heinichen ad *Euſeb. H. E.* II, 23. not. 6.

Doctorum ſucceſſiones, Doctrinam evangelicam, Martyria, Perſequutiones, Haereticorum pravas ſententias. *)

Socrates, qui *libros VII Hiſtoriae eccleſiaſticae* reliquit, ab a. Chr. 306. usque ad a. 439. Is prae aliis ob iudicium ac diligentiam laudatur.

Hermias Sozomenus, qui ſcripſit *Libros IX Hiſtoriae eccleſiaſticae* eosque auſpicatus eſt ab a. Chr. 323. et, aeque ac Socrates, usque ad a Chr. 439 perduxit. Fidem eius nonnulli dubiam reddunt, alii autem candorem in illo laudant et ipſe certe veritatis ſtudium prae ſe fert.

Theodoretus, cuius *Libri V Hiſtoriae eccleſiaſticae* ad nos pervenerunt. Narrationis ſuae initium fecit ab haereſi Ariana atque ad mortem Theodori Mopsveſteni ſ. ad a. Chr. 437 progreſſus eſt, ita ut quae a Socrate ac Sozomeno omiſſa fuerant, ea ſuppleret. **)

Philostorgius, cuius opus *Hiſtoriae eccleſiaſticae*, ab a. Chr. 300. usque ad a. 425. duodecim libris diſtinctum, iniuria temporum quidem periit; ſupereſt tamen illius Epitome, a *Photio* Cod. 40. excerpta et ab iis, quae in Eiusdem *Bibliotheca* de opere hoc habentur, diverſa. Arianorum et Eunomianorum patronus, Iudaeorum vero, Paganorum et Orthodoxorum hoſtis, Semi-Arianos et Catholicos graviter paſſim perſtringit, Arianos vere et Eunomianos defendit laudibusque effert, unde diu eſt, quod hiſtoriam eius non hiſtoriam, ſed *Encomium Haereticorum et Criminationem atque vituperationem Orthodoxorum* inſcribendam eſſe monuit Photius l. c. †)

*) Vid. §. 7. p. 48.
**) Cf. F. A. Holzhausen *Comment. de fontibus, quibus Socrates, Sozomenus ac Theodoretus in ſcribenda hiſtoria ſacra uſi ſunt, adiuncta eorum epicriſi*, Götting. 1825. 4.
†) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 410.

Evagrius *Scholasticus*, qui *Libros VI Historiae ecclesiasticae* reliquit. In illis incipit, ubi Socrates et Theodoretus desierunt, a Synodo videlicet Ephesina, in qua Nestorius damnatus est, sive ab a. Chr. 431. ac progreditur ad a. 594. Inter ea, quae narrat, res habentur commentitiae ac fabulosae.

Theodorus *Lector*, qui *Compendium Historiae ecclesiasticae tripartitae* ex libris Socratis, Sozomeni ac Theodoreti, a vigesimo anno Constantini M. usque ad obitum Constantii composuit; nondum autem id lucem vidit, sed tantum manu exaratum in quibusdam Bibliothecis asservatur. Scripsit et duos libros *Historiae ecclesiasticae* a temporibus, in quibus Socrates desierat, ad principatum Iustini sen., quorum Excerpta, s. Collectanea supersunt, postquam Nicephorus Callistus ista amanuensi suo dictavit. Graece prodierunt cum Eusebii et aliorum Historia ecclesiastica, gr. ac lat. itidem cum reliquorum Scriptorum historiis.

Antiquiores Historiae ecclesiasticae Auctores, iique *latini*, sunt:

Rufinus, cuius exstat *Historia ecclesiastica*, in libros XI divisa. Novem eorum priores complectuntur latinam interpretationem Eusebii *Historiae ecclesiasticae*; in qua tamen componenda Rufinus tanta usus est libertate, ut alia atque in his integrum fere decimum librum Eusebii omitteret, alia adderet atque interpolaret. Duo posteriores ab ipso Rufino scripti sunt iisque historia usque ad mortem Theodosii sen. perducta est, ea autem ratione, ut multa narrentur, quae incerta sunt ac parum credibilia, atque ostendant, Rufinum iudicio ac fide Eusebio inferiorem esse. Libri hi saepius in lucem prodierunt.

Epiphanius *Scholasticus*, qui Socratis, Sozomeni ac Theodoreti Historias ecclesiasticas latine red-

didit atque ex illis unum historiae volumen composuit, in XII libros divisum. Redacti illi postea sunt in Epitomen s. Compendium ac nomen *Historiae tripartitae* acceperunt.

Cassiodorus, cui memorata *Historia tripartita* locum fecit inter hos Scriptores; qualem operam autem ad illam iste adhibuerit, non plane exploratum est, nec quidquam pro certo affirmari potest. Aliorum sententia est, *Historiam* hanc a Cassiodoro ex Scriptoribus tribus graecis, Socrate, Sozomeno ac Theodoreto, ab Epiphanio Scholastico latine versis, collectam atque in Compendium redactam fuisse. Alii non sine probabilitate suspicantur, non Cassiodorum, sed Epiphanium Epitomen hanc fecisse ac Cassiodorum tantum suasorem laboris suscepti exstitisse.

Gregorius *Turonensis*, qui *Historiae ecclesiasticae Francorum* libros X, ab antiquissimis temporibus usque ad a. Chr. 592. reliquit. In illis Francorum quidem praecipue res ecclesiasticae commemorantur; antequam tamen Auctor ad eas exponendas accedit, de iis quoque breviter disserit, quae ab orbe condito gesta sunt. Saepius in lucem exiit opus hoc, non solum separatim, sed etiam coniunctim cum aliis libris. Iam enarratis Scriptoribus adiungi solet Sulpicius Severus, cuius *Libb. II Historiae sacrae* ad nos translati sunt. Consignavit ibi litteris res gentis Israeliticae civiles et sacras, ac partem Historiae ecclesiasticae N. T. adiunxit, ab orbe quidem condito usque ad exitum Sec. IV post n. Chr. Non expers est *Historia* haec vitiorum.

Qui *singularia Argumenta* Historiae ecclesiasticae percenserent iisque lucem afferrent, itidem inter Doctores ac Scriptores hos antiquiores fuerunt. Operam suam posuerunt in rebus *Martyrum* enarrandis, quorum existimatio ac veneratio quum insignis esset

apud veteres Chriſtianos, hi ſedulo curarunt, ut memoria illorum perpetua eſſet et ad poſteros propagaretur. Id quod ut fieret, varia ratione, recordationem eorum conſervandi, uſi ſunt atque inter alia in ſcriptis de rebus iſtorum componendis ſtudia ſua collocarunt. Inter Graecos Eusebius librum ſcripſit Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, *de Martyribus Palaeſtinae*, iis, qui in vexatione Diocletiani et Maximini ab a. Chr. 303. ad a. 310. ſanguine ſuo de veritate doctrinae chriſtianae teſtati ſunt. Praeter hunc, Eusebium compoſuiſſe τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγὴν, *antiquorum Martyriorum Collectionem*, ipſe tradit in *Hiſt. eccl.* IV, 15. Lib. V, *Prooem.* et Cap. 21. At vero haud quidquam illius ſupereſſe videtur, niſi reliquias nonnullas, in Vitis quibusdam Patrum, Menologiis Graecorum ſimilibusque monumentis. Ex Latinorum ordine referendus huc eſt Hieronymus, cuius nomen vetuſtiſſimum martyrologium prae ſe fert, editum primum a Luca Dacherio in *Spicileg.* Tom. IV, 617. edit. Pariſ. 1661. 4. Tom. II. autem p. 1. edit. Pariſ. 1723. fol. deinde cum ampliſſimo Commentario atque eruditis Exercitationibus a Franc. Maria Florentinio ſ. tit.: *Vetuſtius occidentalis Eccleſiae Martyrologium, Hieronymo a Caſſiodoro, Beda, Walfrido, Notkero aliisque Scriptoribus tributum* etc., Luccae 1668. fol. Illud ad Hieronymum, tamquam auctorem, referendum eſſe, alii affirmant; alii autem, rationibus non contemnendis inſtructi, negant.*) Referri et huc poteſt libellus de *Mortibus Perſequutorum*, de cuius Auctore disputatur quidem; communis tamen ſententia eſt, eum eſſe Lactantium. Lucem ille

*) Ita ſentiunt: Valesius *Diſſert. de Martyrologio Romano*: quod edidit *Rosweidus*, addita Eusebii *Hiſt. eccleſ.* p. 792. edit. Cantabr. 1720. fol. et Dacherius in *Monito*, quod Martyrologio huic *dicto loco* praemiſit.

praebet Historiae de persequutionibus veterum Christianorum deque Martyribus, ubi iste inprimis cum Doctorum variorum notis legatur, quas Paul. Bauldri collegit ac cum libello hoc coniunctim edidit, Ultrai. 1692. 8. Nec aliena plane est a loco hoc Victoris *Vitensis Hist. Persequutionis Vandalicae*, cum Commentario historico de persequutionis huius ortu, progressu et fine, stud. Theod. Ruinarti edita, Venet. 1732. 4. Usi sunt praeterea Veteres et aliis modis. memoriam Martyrum conservandi. Litteris mandarunt eorum *Acta* ac propagarunt ad posteritatem, uti exstant: *Epistola Ecclesiae Smyrn. de Martyrio S. Polycarpi Episc.*; *Epistola Ecclesiarum Viennensis et Lugdunensis de Martyrio S. Pothini Episc. et aliorum plurimorum*; *Epistola Dionysii Alex. Episc. ad Fabium Antiochenum Episc. de Martyrio Metrae, Apolloniae et aliorum plurimorum Martyrum Alexandrinorum*; item: *Vita et Passio Cypriani, Episc. Carthag. et Martyris*, scripta a Pontio, eius Diacono; *Passio SS. Mauricii ac sociorum eius Martyrum*, auctore Eucherio, Episc. Lugdun.; *Passio S. Theodori Ancyrani et septem Virginum Martyrum.* Alii *Carmina* conscripserunt ac Martyrum memoriae consecrarunt, in quibus princeps est Prudentius. Hymni eius de variis Martyribus eorumque cruciatibus ad nos delati sunt, de *Martyrio*, nominatim Emeterii et Chelidonii, Calagurritanorum Martyrum; Laurentii, Eulaliae, decem et octo Martyrum Caesaraugustanorum; Vincentii; in honorem porro Martyrum Fructuosi, Episc. Tarraconensis, et Augurii et Eulogii Diaconorum; Quirini, Episc. Eccl. Siscianae; Cassiani Forocorneliensis; S. Romani; Hippolyti, Presb. Rom.; Apostolorum Petri et Paulli; Cypriani, Episc. Carthag.; Agnetis, Virginis. Sunt Hymni hi in Prudentii *Libro* περὶ στεφάνων, de *Coronis*, nimirum Martyrum. Addi potest Asterii,

Amaſiae Epiſc., *Enarratio in Martyrium praeclariſſimae Martyris Euphemiae.* Ad eorumdem Martyrum memoriam retinendam et recitatae ſunt *Orationes* ac conſervatae. In Basilii *M. Operibus* exſtant Homiliae, in Martyrum honorem habitae: in Martyrem nimirum Iulittam; in Barlaamum Martyrem; in Gordium Martyrem: in XL SS. Martyres; in Mamantem Martyrem. Sermones eiusdem generis reliquit Gregorius *Nyſſ.*, in SS. XL Martyres Sebaſtenos, quos duabus Homiliis laudibus effert et in Magnum Martyrem Theodorum; militum praefectum ſub Maximino; ac praeter hunc, Gregorius *Nazianz.* memorandus eſt ob duas Orationes, quae ab ipſo conſcriptae ſunt et ad nos pervenerunt: alteram *in laudem S. Cypriani Martyris;* alteram *in laudem Martyrum* et *adv. Arianos.* In primis a Chrysostomo multae Orationes Martyribus ac memoriae illorum dicatae atque ad nos delatae ſunt. Exſtant Sermones eius de SS. Iuventino et Maximo; de S. Romano Martyre Orationes duae; de S. Luciano Martyre; de S. Iuliano Martyre, quae oratio Antiochiae habita eſt; de S. Babyla Martyre, ſermo itidem Antiochiae recitatus; Encomium Martyrum Aegyptiorum; de S. Phoca Martyre; de S. Thecla Virgine et Protomartyre; de S. Barlaamo Martyre; de SS. Martyribus totius orbis. Praeclara haec monumenta luculenter teſtantur de ſtudio, quod Patres Eccleſiae in eo poſuerunt, ut notitiam de rebus Martyrum ad poſteritatem transferrent. Praecipua eorum collegit ac coniunctim vulgavit Theod. Ruinartus in *Actis primorum Martyrum ſinceris et ſelectis, ex libris cum editis, tum mſptis collectis, erutis, vel emendatis notisque et obſervationibus illuſtratis.* Opus hoc primum in lucem exiit, Par. 1689. 4. *), deinde ab ipſo Auctore emendatum atque au-

*) *Hiſt. des Ouvrag. des Savans* a. 1690. *Oct.* p. 47. *Actor. Erudit. Suppl.* I, 593.

ctum, Amſtel. 1713. fol. *), ad quam editionem curam adhibuit Pet. Poiretus **), ac Veron. 1731. fol. †) Gallice id prodiit ſub titulo: *Les véritables Actes des Martyrs, recueillés, revus et corrigéz ſur pluſieurs anciens Manuſcrits*, interpr. Drouet de Maupertuy, Par. 1708. II. 8. ††)

Veteres Chriſtiani eorumque Doctores non ſolum Martyrum, ſed etiam aliorum *Sanctorum Hominum* Vitis rebusque deſcribendis operam dederunt, vel curarunt, ut quae alii litteris mandaverant, ea colligerent et in Volumina redigerent. Ad huiusmodi *Vitas* enarrandas inter Eccleſiae Patres ſtudia contulerunt: Athanasius, Basilius *M.* Hieronymus, Theodoretus atque alii. Exſtant ſatisque notae ſunt *Vitae Patrum*, quas nonnulli Hieronymo, quidam Evagrio Antiocheno, vel Evagrio Pontico tribuunt; attamen ſine argumentis, ad probandum idoneis, resque ipſa ita comparata eſt, ut haud quidquam pro certo affirmari poſſit. Id conſtat, Vitas has ſemper in honore atque exiſtimatione fuiſſe hancque ob rem ſaepe litterarum formis expreſſas, in alias linguas translatas, emendatas ac locupletatas eſſe. Referri et huc poteſt Palladii *Hiſtoria Lauſiaca ſ. de SS. Patrum Vitis ad Lauſum, cubiculi praefectum*, hanc ob rem *Lauſiaca* dicta, una cum Variorum Vitis ſingularibus interque hos ſ. *Martini*, de cuius vita Sulpicius Severus

*) *Iourn. des Savans* a. 1714. *Febr.* p. 123. *Actor. Erudit. Suppl.* VI, 157.

**) Quid Poiretus in editione hac praeſtiterit, ex *Addendis ad commentariolum de Vita et Scriptis Poireti*, quae in fine *praefationis generalis*, eius *poſthumis*, Amſtel. 1721. 4. praemiſſae, exſtant, videndum eſt.

†) *Nov. Actor. Suppl.* II, 337. *Samml. von alten u. neuen theolog. Sachen* a. 1733. p. 111.

††) *Mém. de Trevoux* a. 1708. *Iun.* p. 934. *Iourn. des Savans* a. 1708. *Apr.* p. 111. *Unſchuldige Nachr.* a. 1708. p. 502. *Nova litteraria*, Hamburgenſ. a. 1708. p. 444.

librum reliquit ac quam Paullinus Petricorius, omiſſis quibusdam, ligata oratione, minus autem eleganter expreſſit.

Plures eiusmodi Vitas omittimus ac memoramus Patres Scriptoresque Eccleſiae, qui operam in eo poſuerunt, ut *Hiſtoriam litterariam* explanarent. In illis maxime celebris eſt Hieronymus Libro de *Viris illuſtribus*, qui ſaepe prodiit atque a VV. DD. illuſtratus eſt. Exemplum eius ſequuti ſunt alii antiquiore aetate, Gennadius *Maſſilienſis*, Isidorus *Hiſpalenſis*, quorum aliorumque ſcripta coniunctim edidit Io. Alb. Fabricius in *Bibliotheca eccleſiaſtica*, opere, ſupra commemorato. Adiungi poſſunt vitae Patrum Eccleſiae, a veteribus Scriptoribus compoſitae. Graecorum Doctorum Vitae ac res ab antiquioribus diligenter deſcriptae ſunt. Exſtant: Gregorii *Thaumaturgi* in *Origenem proſphonetica et panegyrica Oratio;* Eusebii ac Pamphili Martyris *Apologia pro Origene;* Rufini ſcriptum de *depravatione librorum praecipue Origenis;* Gregorii *Nyſſ. Or. de Vita S. Gregorii Thaumaturgi;* Gregorii *Nazianz. Or. de laudibus Athanaſii;* Gregorii *Nyſſ. Vita atque Encomium S. Patris, Ephraemi Syri;* Gregorii *Nazianzeni Or.* XX, *quae dicta eſt in Baſilii funere;* Eiusdem *Epigrammata in Baſilium, c. Anonymi graeca proſaria expoſitione;* Gregorii *Nyſſ. Or. funebris, qua fratris ſui Baſilii M. laudes et memoriam concelebrat;* Ephraemi *Syri Encomium in S. ac Magnum Baſilium; Vita et miracula S. Baſilii*, cui commentationi locus inter Amphilochii ſcripta aſſignatus eſt; Gregorii *Presb. Vita S. Patris noſtri Gregorii, Theologi, Epiſc. Nazianzi.* Antiquitati itidem Orationes atque alia ſcripta debemus, quae Chryſoſtomi memoriae conſecrata ſunt resque eius illuſtrant. Locum in illis tenent: Palladii de *Vita S. Ioannis Chryſoſtomi Dialogus;* Procli *Cſtpoli-*

tani Homilia in S. Chryſoſtomum ſ. laudatio eius: Georgii *Alex. Vita S. Ioannis Chryſoſtomi.* De reliquis tacemus. Generis huius monumenta et de latinis Patribus habemus horumque, ut quaedam adducamus, exſtant: Pontii *Vita et Paſſio Cypriani;* Gregorii *Nazianz. Or. in laudem S. Cypriani martyris;* Augustini *Sermones in natali Cypriani Martyris.* De Ambroſio prodiit Paullini, diverſi a Nolano, *Vita S. Ambroſii, Mediolanenſis Epiſc.;* de Hieronymo *Vita Hieronymi,* quae ad Gennadium, tamquam auctorem, referri ſolet; *Tres Epiſtolae,* ad Hieronymum, resque eius ſpectantes: 1) ſub nomine Eusebii de morte Hieronymi ad Damaſum; 2) ſub Augustini nomine, ad Cyrillum, Epiſc. Hieroſolymitanum, de magnificentiis b. Hieronymi, ac 3) Cyrillo *Hieroſ.* attributa, ad Auguſtinum, de miraculis Hieronymi, quae Epiſtolae exiguam fidem prae ſe habent. De Auguſtino legantur: ipſius Augustini libri cum *Confeſſionum,* tum *Retractationum,* quibus hiſtoriam ſcriptorum ſuorum illuſtravit: Possidii *Vita* atque *Indiculus ſcriptorum Auguſtini.*

Cuncta haec ſatis oſtendunt, antiquorum Chriſtianorum Doctores ac Scriptores in hiſtoriarum ſtudiis diligenter verſatos eſſe. Idem et probant, quae iſti de *Haereticis,* eorum erroribus, defenſoribus atque adverſariis narrarunt. Spectant huc:

Capita illa *poſtrema* Tertulliani libri de *Praeſcriptione Haereticorum,* quibus XXV haereſes enumerantur. Eorum auctorem eſſe Tertullianum, VV. DD. negant; nec quum ita ſentiunt, a veritate aberrare videntur.

Philastrius Libro de *Haereſibus,* qui non magnae eſt auctoritatis. Refert Philaſtrius dogmata inter haereſes, quae vel non falſa ſunt, vel erroribus pernicioſis ac Haereticorum propriis haud annumeranda.

Epiphanius, qui opus composuit de *haeresibus* atque inscripsit illud πανάριον s. *Capsulam medicam*, quoniam non solum Haereticorum sententias recensuit, verum etiam confutavit et ut ipse vocem hanc interpretatus est, saluberrima remedia adversus illorum venena commendavit. Ita praebet se cum historicum, tum disputatorem. Accusatur non sine caussa nimiae credulitatis et per hanc fides eius exigua est.

Augustinus Libro de *haeresibus ad Quodvult-Deum*, quo 88. haereses a Simonianis usque ad Pelagianos enarrantur. Adiungi illi solent, tanquam appendix, haereses Praedestinatiana, Nestoriana, Eutychiana et Timotheana, quae Gennadio *Massiliensi* tribuuntur atque ex libris eius octo adv. *omnes haereses* tantum superesse creduntur. Attamen in quibusdam editionibus haeresis Praedestinatiana omittitur.

Auctor *Praedestinati*, quod opus tribus libris constat. Eorum *primo* nonaginta haereses a Simone Mago usque ad Praedestinatos recensentur: *secundo* Liber sub Augustini nomine confictus, exhibetur, quo sententia Praedestinatianorum, Dei praedestinatione peccata committi, defenditur, ac *tertius* complectitur confutationem sententiae huius. De auctore *Praedestinati* huius coniecturae doctorum Virorum variae sunt, nec licet, certi quid statuere. Iam memoratis Scriptoribus adnumerari solent: Irenaeus ac Theodoretus, quum ille libros quinque *adv. haereses* hicque itidem libros quinque *haereticarum fabularum* reliquerit; omittimus autem eos, quoniam non tam in historicis, quam polemicis Scriptoribus numerandi sunt. Praeterimus quoque *Indiculum de haeresibus*, qui sub Hieronymi nomine prodiit. Hieronymum enim auctorem illius haud esse, supra omnem dubitationem positum est.

Sunt alia ſcripta, quae de Patrum ſacri ordinis eruditione ac diligentia hiſtorica teſtantur. In illis locum non inferiorem tuentur Eusebii monumenta. Primus inter veteres *Geographiae biblicae* lucem attulit, quum librum περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θεία γραφῇ, *de nominibus locorum et urbium in Sacra Scriptura*, compoſuit eoque recenſuit nomina dictorum locorum ordine litterarum, eorumdem ſitum ac quomodo aetate eius appellarentur, explicuit. Non expers eſt vitiorum opus hoc. Alia omiſſa, alia, quum Euſebius linguae ebraeae ignarus eſſet ac verſionem ſeptuaginta interpretum ſequeretur, vitioſe poſita ſunt. Monumentum hoc Hieronymus in ſermonem latinum transtulit, ita tamen, ut multa detraheret, adderet, mutaret. Idem Eusebius *Chronicon* reliquit, cuius duae ſunt partes. In prima illarum, cuius inſcriptio eſt: Χρόνικοὶ κανόνες παντοδαπῆς ἱστορίας, hodie valde mutila, omnium pene gentium, Chaldaeorum, Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Ebraeorum, Aegyptiorum aliorumque origines et res maxime memorabiles ab orbe condito proſequutus eſt; in ſecunda autem, quae κανὼν χρονικὸς appellatur, cuncta ad temporum ordinem diſpoſuit atque initium ab Epocha Abrahami fecit. Utramque ad a. Chr. 325. perduxit. Hieronymus *Chronicon* hoc reddidit latine, ea tamen uſus libertate, ut alia ommitteret, alia adderet; praeterea autem opus ipſum ad a. Chr. 378. continuavit *). Monſtrat opus hoc, Patres non ſolum ſacrae atque eccleſiaſticae, ſed civilis quoque hiſtoriae peritos fuiſſe, ad quam notitiam probandam et alia monumenta, tamquam teſtes, advocari poſſunt. Patet hoc quodam modo ex iam dicti Eusebii libris de *Vita Conſtantini*, in qua componenda ea tamen

*) De verſione huius Chronici armenica vid. Schoell *Geſch. d. griech. Litteratur* III, 225.

usus est scribendi ratione, ut se magis Oratorem, quam Historicum interdum praeberet. Addimus Palladium ob Librum de *gentibus Indiae et Brachmanibus*, qui ipsi tribuitur: alii autem, si non diserte negant, dubitant tamen, eum libelli huius auctorem esse.

§. 72.

Vocabulum *Historiae* si late sumatur, *Antiquitates* quoque illa complectitur, Veterum quippe ritus, receptas agendi rationes moresque varii diversique generis, sive illae sint sacrae, sive civiles ac politicae, sive domesticae, speciatim militares, litterariae aliaeque. Antiquitatum huiusmodi non rudes fuisse veteres Ecclesiae Patres ac Doctores, scripta illorum monstrant.

Diligenter antiquorum Christianorum Doctores in monumentis Scriptorum superstitiosorum legendis versati sunt atque ex illis praeter alias litterarum disciplinas notitiam quoque antiquitatum profanarum hauserunt. Quum acerrimus christiani nominis hostis Iulianus animadverteret ac probe intelligeret, Christi sectatores, litteris addictos, ex libris paganorum auctorum acquirere sibi eruditionem atque adiumenta sumere, cum antiquitatem ac veritatem sanctissimae religionis, tum novitatem vanitatemque gentilis doctrinae monstrandi, nullam acerbiorem putavit fore vexationem, neque expeditiorem viam ad sacra christiana evertenda, quam si a litterarum studiis atque a lectione profanorum auctorum Christiani arcerentur. Quod promulgavit, edictum memorat Rufinus *Hist. eccl.* L. I. Cap. 32. his verbis: *Iulianus studia auctorum gentilium Christianos adire prohibens, ludos litterarum illis solis, qui Deos Deasque venerarentur, patere decernit.* Assentitur Socrates *Hist. eccl.* L. III. Cap. 12. dicitque: *Lege*

cavebat, ne Christiani litteris instituerentur, ac SOZOMENUS *Hist. eccl.* L. V. C. 18.: *Neque ut pueri Christianorum in Poetis ac reliquis Commentatoribus ethnicis instituerentur, nec ut ad Praeceptores horum accederent, concessit*, quod et THEODORETUS *Hist. eccl.* L. III. C. 8., AMMIANUS MARCELLINUS *Histor.* Lib. XXV. p. 503. ac plures tradunt. *) Iulianus tamen ad metam haud pervenire potuit. Floruerunt litterarum studia christianique Auctores ea quoque scripta reliquerunt, quae ad antiquitates referri debent cum ad sacras atque ecclesiasticas, tum ad profanas, quarum illae ex ipsis Patrum libris, hae autem ex monumentis superstitiosorum Auctorum intelligendae sunt. Inter veteres christianae Ecclesiae Doctores lucem hac in re inprimis praeferunt Scriptores apologetici, sive illi, qui antiquiores Christianos eorumque dogmata a calumniis atque iniuriis hostium defenderunt. In illis, iisque GRAECIS, locum obtinent: IUSTINUS *Mart.* duabus *Apologiis*, *Adhortatione ad Graecos*, *Dial. cum Tryphone Iudaeo* aliisque scriptis; TATIANUS in *Oratione ad Graecos;* ATHENAGORAS in *Apologia*, sive *Legatione pro Christianis;* THEOPHILUS *Antioch.* Libris tribus *ad Autolycum;* HERMIAS in *Irrisione gentilium;* CLEMENS *Alex.*, cuius προτρεπτικὸς λόγος huc spectat; ORIGENES libris *contra Celsum.* EX LATINORUM ordine accedunt: TERTULLIANUS in *Apologetico adv. gentes*, Libris *ad nationes*, *ad Scapulam*, *adv. Marcionem;* MINUCIUS FELIX in *Octavio;* CYPRIANUS Libris *ad Demetrianum*, *ad Quirinum adv. Iudaeos*, de *Idolorum vanitate* atque aliis; ARNOBIUS *adv. gentes;* LACTANTIUS Libris *Institutionum divinarum:* IULIUS FIRMICUS Libello de *Errore profanarum religionum.* Plura de scriptis his

*) Praeter alios, vid. LUDWIGII Dissert. de *Edicto Iuliani contra Philosophos christianos*, Hal. 1702. 4.

infra differendi, erit occaſio. Non mediocrem utilitatem illa afferre ad antiquitates eccleſiaſticas enarrandas, immo has ſine iſtis non ſemper accurate explanari poſſe, quisque, rei peritus, fatebitur. Monſtrat hoc: *Compendium antiquitatum eccleſiaſticarum, ex Scriptoribus apologeticis eorumdemque Commentatoribus compoſitum*, quod cura *Io. Ge. Walchii* in lucem prodiit, Lipſ. 1733. 8. Non ſolum tamen ex ſolis libris apologeticis notitia harum antiquitatum haurienda eſt, ſed etiam alii Patrum libri ſunt, qui viam ad veteres ritus cognoſcendos parant. Quorum nonnulla exempla ut afferamus, adduci poſſunt: Tertulliani Libri de *Corona militis;* de *Pallio;* de *Velandis virginibus;* item Theodoreti atque aliorum ſcripta.

Paganorum Scriptorum monumenta lecta fuiſſe litterarum cauſſa, ab hominibus chriſtianae profeſſionis patet. Sed Patres non omnes idem ſenſerunt de profanorum librorum lectione. Nonnulli probant, defendunt, commendant illam, e. g. Tertullianus, de *Idololatria* Cap. X.; Origenes, in *Philocal.*, Cap. XIII. add. Eusebius in *Hiſt. eccl.* VI, 18. 19.; Gregorius *Nazianz.*, in *Oration.* XX.; Hieronymus, in *Ep.* 84. *ad Magnum oratorem*, ac multi alii. Fuerunt, qui his repugnarent ac putarent, Chriſtianis a lectione librorum gentilium abſtinendum eſſe. In *Conſtitutionibus apoſtolicis* Lib. I. C. 6. diſerte ſancitum legimus: *Ab omnibus gentilium libris abſtine. Quid enim tibi cum alienis ſermonibus, vel legibus, vel falſis Prophetis, quae quidem et homines leves avertunt a fide? Quid etenim tibi deeſt in lege Dei, ut ad illas gentium fabulas appellas animum?* ad quam ſententiam itidem nonnulli veteris Eccleſiae Doctores acceſſerunt eamdemque probarunt. Exſtiterunt etiam, qui in mediam viam ingreſſi ſtatuerent, profanos Auctores legendos eſſe, ea ratione, ut debita cautio adhibeatur nos-

que quae ibi bona ſunt atque utilia, amplectamur, quae autem mala ac noxia, devitemus. Ita recte ſentit Clemens *Alex.*, *Stromat.* I. p. 377. V, 733. edit. *Potteri.* Plura hac de re diſſerunt ex Veteribus:

Basilius *M.* Diſſertatione πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων, *ad adolescentes de gentilium libris, cum fructu legendis*, quae ſaepius edita eſt. Vid. §. 21. p. 188.

Augustinus, qui Opere de *Doctrina chriſtiana* L. II. C. 40. multa hac de re recte atque egregie monet. Ex recentioribus adiungi poſſunt.

Chr. Kortholt in *Pagano obtrectatore* L. I. C. 11. p. 171., ubi plura Patrum loca affert;

Io. Bapt. Cotelerius *Notis ad Conſtitutiones apoſtolicas* Lib. I. Cap. 6. *Patr. apoſtolicor.* I, 206., quo loco Patrum ſententiae atque effata de profanorum Auctorum libris legendis deque ab iis exſpectanda utilitate diligenter enarrantur.

Io. Franc. Buddeus, qui *Exercitationem iuris naturalis de cultura ingenii* ſcripſit eaque idem argumentum copioſe explanavit, C. III. §. 8. Publice defenſa eſt Halae 1699. ac poſtea locum obtinuit in eiusdem *Selectis iuris naturae et gentium* p. 293.

§. 73.

De *Philoſophia Patrum Eccleſiae* ſi quaeramus, ſtudia eorum erga iſtam diverſa fuerunt, quum alii iſtam reiicerent ac vituperarent, alii autem laudarent atque approbarent. Philoſophandi ratio, quam ſequebantur, non tam ſectaria, quam *eclectica* erat, uti dicitur. Quamvis enim Platonis philoſophia apud multos in non mediocri honore eſſet, non omnes tamen ſectabantur Platonem, nec qui ei addicti erant, ab

aliorum Philoſophorum dogmatibus ac ſententiis plane abhorrebant.

Inter Eccleſiae Patres, Philoſophiae vituperatores, primus locus Tertulliano tribuitur. Habentur apud eum, quae acerbe in Philoſophiam dicta ſunt, notusque praecipue eſt locus, quo haereſes inter alia et hanc ob cauſſam reiicit, quod ſint fructus ac fetus ſecularis ſapientiae ac humanae Philoſophiae. Haereſes ſunt *doctrinae*, inquit, (*de Praeſcript. haeretic.* VII. p. 232.) *hominum et daemoniorum, prurientibus auribus natae de ingenio ſapientiae ſecularis, quam Dominus ſtultitiam vocans, ſtulta mundi in confuſionem etiam philoſophiae ipſius elegit. Ea eſt enim materia ſapientiae ſecularis, temeraria interpres divinae naturae et diſpoſitionis. Ipſae denique Haereſes a Philoſophia ſubornantur. Inde Aeones, et formae neſcio quae, et Trinitas hominis apud Valentinum. Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate a Stoicis venerat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis obſervatur. Et ut carnis reſtitutio negetur, de una omnium philoſophorum Schola ſumitur. Et ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus intervenit. Eadem materia apud Haereticos et Philoſophos volutatur, iidem retractatus implicantur. Unde malum, et quare? et unde homo et quomodo? et quod proxime Valentinus propoſuit, unde Deus? Scilicet de Enthymeſi, et Ectromate. Miſerum Ariſtotelem! qui illis dialecticam inſtituit, artificem ſtruendi et deſtruendi, verſipellem in ſententiis, coactam in coniecturis, duram in argumentis, operarium contentionum, moleſtam etiam ſibi ipſi, omnia retractantem, ne quid omnino tractaverit. Hinc illae Fabulae et Genealogiae interminabiles, et Quaeſtiones infructuoſae, et Sermones ſerpentes velut cancer, a quibus nos Apoſtolus refrenans, nominatim Philoſophiam conteſta-*

tur caveri oportere, ſcribens ad Coloſſenſes: Videte, ne quis vos circumveniat per Philoſophiam. Liber *Adverſus Hermogenem* C. 8. appellat Philoſophos *Haereticorum Patriarchas* *), ac plura generis huius effata apud eum ſunt, quibus ſe de Philoſophia haud benigne ſentire, ſignificat. **) Non conſenſio eſt inter eruditos Viros de mente Tertulliani, quidnam ille per Philoſophiam intellexerit; num Philoſophiam ipſam, in ſe ſpectatam, an illam tantum, quae Philoſophorum vitiis corrupta ac contaminata ſit, reprehenderit. Alii illud, alii hoc affirmant, aut ſuſpicantur; ac quamvis ſententiam eius certe aſſequi haud liceat, probabilius tamen eſſe exiſtimamus, quum Tertullianus memorata dicta conceperit atque expreſſerit, illum cogitaſſe de verbis Paulli: Coloſſ. II, 8. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. *Videte, ne quis ſit, qui vos Philoſophia fallaciaque vana praedetur,* nec a vera Apoſtoli ſententia disceſſiſſe; pravam autem philoſophandi rationem a Paullo indicari, ex adiecta κενῇ ἀπάτῃ ſatis apparet. Tertulliano alii tamquam hoſtes Philoſophiae adiunguntur: Hermias ob Διασυρμὸν τῶν ἔξω φιλοσόφων, *Irriſionem gentilium philoſophorum;* Tatianus ob *Orationem ad Graecos,* qua etiam Graecorum Philoſophiam prorſus contemnit atque explodit; etiam Hieronymus, quippe qui Tertulliani dictum: *Philoſophi Haereticorum Patriarchae* haud obſcure approbaverit, quando ſcribat *Epiſt.* 43 *ad Cteſiphontem*, Tom. IV. *Oper.* Part. 2. p. 474. edit. *Martianaei: Pulcre quidam noſtrorum ait: Philoſophi Patriarchae Haereticorum, Eccleſiae puritatem perverſa maculavere doctrina.*

---

*) In ſenſum huius dicti et veritatem inquirunt E. Sal. Cyprian et Ad. Rechenberg libellis p. 381 citatis.

**) Pamelius exhibet illa coniunctim *Annotat. ad Tertull. libr. de Praeſcript. haeretic.* Cap. VII. p. 285.

Fuerunt tamen inter veteres hos Doctores, qui de Philosophia aliter sentirent illamque non reiicerent, sed laudarent ac commendarent. Quae haec comprobant, testimonia in eorum monumentis conservata sunt. Iustinus *Martyr* his laudibus eam ornat, *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 102. edit. Maran.: Ἔστι γὰρ τῷ ὄντι φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα, καὶ τιμιώτατον Θεῷ, ᾧ τε προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνη. καὶ ὅσιοι ὡς ἀληθῶς οὗτοί εἰσιν, οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσεσχηκότες. *Est enim revera Philosophia maximum bonum et Deo gratissimum, quippe quae sola nos ad illum adducat eique commendet. Atque ii demum vere sunt felices, qui mentem Philosophia excolunt.* Inprimis Clemens *Alex.* studium in eo posuit, ut Philosophiam commendaret. *) Inter alia, hoc effatum scriptum reliquit, *Stromat.* Lib. IV. p. 592. edit. Potter: Φιλοσοφητέον οὖν καὶ ταῖς γυναιξὶν, ἐμφερῶς τοῖς ἀνδράσι, κἂν βελτίους οἱ ἄῤῥενες, τὰ πρῶτα ἐν πᾶσι φερόμενοι τυγχάνωσιν, ἐκτὸς εἰ μὴ καταμαλακισθεῖεν. *Est ergo philosophandum Mulieribus similiter ac Viris, etiamsi praestantiores masculi primas in omnibus partes ferant, nisi evaserint molles et effeminati.* Laudat deinde p. 594. verba Epicuri, ad Menoeceum scribentis: Μήτε νέος τις ὢν, μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων, κοπιάτω φιλοσοφῶν· οὔτε γάρ ἄωρος οὐδείς ἐστιν, οὔτε πάρωρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαίνειν. Ὁ δὲ λέγων, μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥραν, ἢ παρεληλυθέναι τὴν ὥραν, ὅμοιός ἐστι τῷ λέγοντι, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὥραν. Ὥστε φιλοσοφητέον, καὶ νεωτέρῳ, καὶ γέροντι· τῷ μέν, ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς, διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων· τῷ δὲ ὅπως νέος ἅμα καὶ παλαιὸς ᾖ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόντων. *Nec si sit aliquis iuvenis, differat philosophari, neque si sit senex, de-*

*) F. A. Eylert *Clemens v. Alex. als Philosoph u. Dichter* — Berl. 1832. 8. (9 Gr) Multus etiam est de Clementis Alex. philosophia Nourrius in *Apparatu* ap. Sprengerum in *Thesauro* III, 419.

fatigetur philosophando; nam nec est aliquis immaturus, neque nimis provectae et exhaustae aetatis, ad adipiscendam animi sanitatem. Qui autem dicit, nondum esse, vel praeteriisse tempus philosophandi, similis est ei, qui dicit, ad beatitudinem vel nondum adesse tempus, vel tempus praeteriisse. Quare et iuniori philosophandum est et seni: huic quidem, ut senescens iuvenescat bonis, per gratiam eorum, quae facta fuerint; illi autem, ut sit simul iuvenis et senex, per futurorum metus vacuitatem. Alia similia dicta apud eumdem CLEMENTEM habentur, quorum nonnulla ita pronuntiavit, ut videatur, plus quam decet Philosophiae tribuisse et una cum quibusdam aliis Philosophiam pro religione revelata, speciatim christiana, sumsisse. *) Quaecumque rei huius sit ratio, id satis patet, Patres hos nec perspicue, nec distincte explicare, quid per Philosophiam intelligant. Praeter iam memoratos, alii animos erga Philosophiam benigniores declararunt. AUGUSTINUS dicit de *Civ. Dei* Lib. II. Cap. 40.: *Doctrinae omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta gravesque sarcinas supervacanei laboris habent, quae unusquisque nostrum duce Christo de societate gentilium [illegible]iens debet abominari et vitare; sed etiam liberales disciplinas usu veritatis aptiores, et quaedam morum praecepta utilissima continent; deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tamquam aurum et argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, eruerunt, et quo perverse et iniuriose ad obsequia Daemonum abutuntur, cum ab eo-*

---

*) Vocabulum *Philosophiae* etiam de religione Christiana usurpatum fuisse, constat. Legantur: KORTHOLTUS de *Philosophia barbarica*; IONSIUS de *Scriptor. hist. philos.* p. 227.; SUICERUS *Thesaur. eccl.* II, 1437.; SALMASIUS ad *Tertullianum de Pallio* p. 66.

rum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus ad usum iustum praedicandi Evangelii. Minucius Felix scribit in *Octav.* Cap. XX. p. 183.: *Exposui opiniones omnium ferme Philosophorum, quibus illustrior gloria est, Deum unum multis licet designasse nominibus: ut quivis arbitretur, aut nunc Christianos Philosophos esse, aut Philosophos fuisse iam tunc Christianos.*

Ad philosophandi modum, quem Patres ecclesiastici sequuti sunt, animum advertere si velimus, plerique in ea versantur sententia, illos Platonem affectatos esse. Nec plane hoc negari potest. Multis sane, si non plerisque, Platonis Philosophia se commendavit. Certe id constat de *Iustino* Mart., *Clemente* Alex., *Origene*, *Augustino* atque aliis. Immo nonnulli horum asseclarum tanto studio Platonem prosequuti sunt, ut dicerent, *omnes Domini nostri J. Chr. sententias, quas mirari et praedicare cogebantur, de Platonis libris eum didicisse*, ut Augustinus loquitur, illosque simul confutat, Lib. II. de *Doctrina christian.* Cap. 28. Caussa, cur Patres Platoni eiusque honori faverent, in eo posita erat, quod sibi persuaderent, Platonem ea tradere, quae cum Mosis pariter ac christianae religionis scitis consentirent. Immo quum putarent, Platonem ea, quae Christianorum religioni consentanea docuerit, lumine naturae ac rationis haud cognoscere potuisse, in sententiam ingressi sunt, Platonem ab Ebraeis sua accepisse, aut omnino Mosis libros legisse. Qui ita statuunt, aberrant a veritate; nec hi solum, sed illi quoque, qui theologiae mysticae eiusque corruptae originem ex Philosophia Patrum Platonica derivant. Quamvis enim haud negandum sit, sententias quasdam ac loquendi formulas, ex Schola Platonis a Patribus acceptas nec caute usurpatas, corruptioni theologiae mysticae occasionem praebuisse, ipsa

tamen pravitas dictae theologiae istis haud tribuenda est.

Omnia haec, quae nunc dicta sunt, inprimis de Patrum amore erga Platonem eiusque Philosophiam, nondum probant, ecclesiasticos Patres in Philosophis sectariis, non eclecticis, quemadmodum appellantur, numerandos esse. Suppetunt potius rationes, ob quas Doctores illi maiori iure habendi sint Philosophi eclectici, quum isti nulli Philosophorum ita addicti fuerint, ut totum eius systema amplecterentur ceterosque omnes reiicerent. Sunt in illis, qui diserte profitentur, se eclecticam philosophandi rationem probare. Dignum est CLEMENTIS *Alex.* testimonium, *Stromat.* Lib. I. p. 338. edit. Potter, quod afferatur: Φιλοσοφίαν δὲ, οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε, καὶ Ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί. *Philosophiam autem, non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream et Aristotelicam; sed quaecunque ab his sectis recte dicta sunt, quae docent iustitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico Philosophiam.* *) Ex Latinis addo LACTANTIUM Lib. VII. *Institut. divinar.* Cap. 7. cuius verba sunt: *Facile est autem docere, pene universam veritatem per Philosophos et Sectas esse divisam. Non enim Philosophiam sic nos evertimus, ut Academici solent, quibus ad omnia respondere, propositum est, quod est potius calumniari et illudere: sed docemus, nullam Sectam fuisse tam deviam, nec Philosophorum quemquam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero.* Similia tradunt IUSTINUS

---

*) Cf. G. OLEARIUS *de Philos. eclectica*; ad STANLEII *Hist. philos.* p. 711. *Hist. critique de l'Eclecticisme, ou des nouveaux Platoniciens*, Par. 1766. II. 12.

Martyr, *Dialog. c. Tryphone* p. 102 ſq. qui dicit: Τί ποτε δέ ἐστι φιλοσοφία, καὶ οὗ χάριν κατεπέμφθη εἰς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς πόλλους λέληθεν. Οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοὶ, οὐδὲ Περιπατητικοὶ, οὐδὲ Θεωρητικοὶ, οὐδὲ Πυθαγορικοὶ, μιᾶς οὔσης ταύτης ἐπιστήμης. *Quid autem ſit Philoſophia, et quam ob cauſam ad homines demiſſa, plerosque latet. Nam nec Platonici eſſent, nec Stoici, nec Peripatetici, nec Theoretici, nec Pythagorici, cum una ſit haec ſcientia.* Gregorius *Thaumaturgus*, *Orat. Panegyr. in Origen.*, atque alii. Ad haec, eodem circiter tempore, quo Patres Philoſophiam cum religione chriſtiana coniungere coeperunt, eclectica philoſophandi ratio, auctore Potamone Alexandrino, orta eſt. Ita tamen Eclectici erant, ut alteram ſectam alteri praeferrent; maxime ab Ariſtotelica et Epicurea Philoſophia abhorrerent eamque deteſtabilium errorum accuſarent. Plerisque Plato praecipue placuit *), Ariſtoteles au-

---

*) Quamvis ex Platonis Philoſophia in theologiam chriſtianam nonnulla fluxiſſe multi ſtatuant, in definiendo tamen Patrum Platonismo magnopere inter ſe diverſi ſunt. Nunc enim ipſa Platonis dogmata Doctores illos in libris ſacris, quos humilibus imaginibus atque ſimilitudinibus ſumma myſteria occultare iudicaſſent, ſibi volunt viſos eſſe reperiſſe, hincque in chriſtianam doctrinam intuliſſe: nunc vero dicunt, eos Platonicos tantum notiones Scripturae notionibus miscuiſſe, et quae in illa non legerentur, ex ea deduxiſſe conſectariis ex Platone partem ſaltem derivatis; nunc denique eos in explicandis Chriſtianorum myſteriis phraſibus, methodo, ſimilitudinibus et praeceptis atque opinionibus quibusdam Platonicis uſos fuiſſe, atque Platonicis hypotheſibus et locutionibus ipſa dogmata quaedam chriſtiana attemperaſſe defendunt. Simili vero modo in eo etiam diſſentiunt, utrum illa Theologiae chriſtianae per Platonicas ſententias corruptio ex veteris Academiae genuina Platonis doctrina, an vero recentionum potius Platonicorum ſ. Eclecticorum philoſophia ſit repetenda. Illud quidem omnes olim, qui huic ſententiae ſe addixerunt, in animo videntur habuiſſe; hoc autem primus fere defendit *Moshemius*, Diſſertatione paulo poſt memorandae. Ita Keilius *de Doctorib. vet. Eccl.* etc. p. 8. Cf. C. F. Stäudlin Progr. *de Philoſophiae Platonicae cum doctrina religionis iudaica et chriſtiana cognatione*, Götting. 1819. 4.

tem displicuit *); hunc tamen Lactantius laudavit. Ex Philosophorum paganorum scriptis ea sumebant, quae vel refutanda, vel ut testimonia ad veritatem confirmandam illustrandamque advocanda esse, putabant.

Scripta philosophici argumenti ad nos pervenerunt, quae a Patribus atque Auctoribus ecclesiasticis composita sunt. Exstant:

Gregorii *Nyss.* Sermo de *Anima* c. notis *Federici Morelli.* Eum autem non Nysseni, sed Cap. II. et III. Nemesii de *Natura hominis* esse, eruditi Viri animadverterunt. Quodammodo et huc referri potest Nysseni Disputatio cum gentili Philosopho *contra Fatum*, quae adiunctam sibi habet *Zini* interpretationem.

Augustini *contra Academicos* Libri tres; de *Immortalitate animae* Liber, quo illam multis argumentis probat atque adversarios refellit; de *Quantitate animae* Liber, ubi duplex quantitatis genus esse tradit, alterum in mole ac loci spatio, alterum in potentia ac virtute positum, atque ostendit, non illam, sed hanc tantum animae, utpote quae omnis corporis expers sit, tribuendam esse; item *Categoriae decem, ex Aristotele decerptae.* Scripsit et alia, quae inprimis ad controversiam de origine animae, num creetur illa a Deo ex nihilo, spectant. Nostra aetate illius *Epistola secunda ad Optatum, Episc. Milevitanum, de Natura et Origine Animae*, ex Bibliotheca Abbatiae Gottwicensis nunc primum edita est, Vienn. 1723. fol. **)

Claudianus Mamertus, cuius Libri tres de *Statu animae* ad Sidonium Apollinarem, conservati

*) Vid. Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. Dogmengesch.* p. 262. Anm. ***.

**) Schoenemann *Biblioth.* II, 324.

et ad nos delati, magnam laudem ſibi acquiſiverunt. Lucem illi viderunt cum coniunctim in *Bibliothecis Patrum*, tum ſeparatim cum notis *Barthii*, Cygn. 1655. 8.

Aenaeae Gazaei et Zachariae *Mitylenaei* Libri de *Immortalitate animae et Mortalitate univerſi*, qui cum animadverſſ. *Caſp. Barthii* iunctim prodierunt Lipſ. 1653. 4., ſaepius autem ſeparatim in lucem emiſſi ſunt. Iam enarratis Scriptoribus iungendus eſſe videtur Iustinus *Martyr* ob Ἀνατροπὴν δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν, *Everſionem quorumdam dogmatum Ariſtotelicorum*, qui libellus ipſi, tamquam Auctori, a plerisque tribuitur. Non deſunt tamen, qui negant, vel certe dubitant, Iuſtinum *Everſionem* hanc ſcripſiſſe. Libellus ipſe non magnum momentum habet, nec eamdem cum reliquis Iuſtini monumentis dignitatem tuetur.

Quae iam dicta ſunt de Philoſophia Patrum Eccleſiae, ad ea illuſtranda atque uberius explananda VV. DD. in ſcriptis ſuis adiumenta praebent, quum vel ſingulari ſtudio, vel oblata occaſione de eodem argumento expoſuerunt. Ipſae Commentationes, quas conſcripſerunt, partim generatim de Patrum Philoſophia, partim ſpeciatim de eorum Philoſophia Platonica deque ſingulari antiquiori Doctore agunt. Quales illi ſint, monſtrat eorum, qui nunc narrari debent, tabula:

Paganini Gaudentii *Opuscula tria: De errore Sectariorum, huius temporis labyrintheo; Conatus in Geneſin divinam novus; de philoſophicis opinionibus veterum Eccleſiae Patrum*, Piſis 1644. 4. In ultimo Opusculo multae philoſophicae opiniones Patrum recenſentur adque ad varias quaeſtiones, quae huc pertinent, reſpondetur. Sunt in illis: Cur Tertullianus everterit Philoſophiam? Num ſuperſtitioſi Philoſophi quaedam a Moſe acceperint?

Quatenus Tertullianus dixerit, Omne, quod eſt, eſſe corpus? Quae fuerit ſententia Lactantii, aſſerentis, Deum ſe ipſum feciſſe? Cur veteres Patres parciſſime ſcripſerint de angelica natura? Cur Tertullianus putarit, Angelos eſſe corporeos? Quae diſſidia fuerint apud Patres de origine animae? Quatenus Origenes, quando agitur de mundo et anima, vel ſequatur, vel deſerat Stoicos et Platonem? ac plures aliae.

A. Faydit *Altération du Dogme théologique par la Philoſophie d'Ariſtotele*, Par. 1696. 8. cf. Mosheim ad Cudworthi *Syſtema intellectuale* p. 677.

I. W. Zierold *Einl. z. gründl. Kirchengeſch., mit d. hiſtor. philoſ. verknüpft*, Lipſ. 1700. 8.

Gfr. Olearii Diſſert. de *Philoſophia eccleſiaſtica*, quam adiunxit Stanleii *Hiſtoriae Philoſophiae*, ab ipſo ex anglico ſermone in latinum converſae ac Lipſ. 1711. 4. editae, p. 1205., cuius eam ob cauſſam mentio facienda, quia non ſolum monſtratur, Philoſophiam eclecticam eodem circiter tempore, quo Patres Philoſophiam cum religione chriſtiana coniungere coeperunt, auctore Potamone Alexandrino ortam eſſe; ſed etiam de Chriſtianis, eclecticam Philoſophiam ſequentibus, agitur ac poſtquam *Clemens* Alex. atque *Origenes* Eclecticis annumerati ſunt, haec adduntur: *Poſt Origenem non eius discipulos tantum, ſed plerosque Patres omnes eclecticam hancce philoſophandi rationem amplexos videas.*

Io. Franc. Buddei *Iſagoge hiſt. theol. ad Theologiam univerſam ſingulasque eius partes* Lib. II. C. 3. §. 5. p. 552., qui enarrat, quid Patres de Philoſophia cenſuerint, quam ſequuti ſint philoſophandi rationem.

C. F. Rössler D. *de opinionibus Philoſophiae eccleſiaſticae*, Tubing. 1781. 4., qua demonſtrare

ſibi ſumſit, id quod Platonismus Patrum dicatur, Accommodationem eſſe Patrum. "

Eiusd. D. *de commentitiis Philoſophiae Ammonianae fraudib. et noxis*, Tubing. 1786. 4.

Quae ad locum hunc referri poſſunt, alia ſcripta ſpeciatim ad Patrum philoſophiam Platonicam ſpectant. In illis ſunt:

Ehregott Dan. Colbergii *Platoniſch hermetiſch Chriſtenthum*, Lipſ. 1690. 1710. 8., qui liber teſtatur quidem de Auctoris eruditione ac diligentia, cum iudicio autem legendus eſt.. Eo enim, quod nimium eſt, peccat ac ſaepe a veritate diſcedit, quod omnes Fanaticorum errores ex Platone eiusque Philoſophia derivat ac ſpeciatim Patres Eccleſiae multorum Platonismorum ſine cauſſa accuſat: imo inter falſa Platonis dogmata refert, quae ex Scriptura S. probanda ſunt.

Chr. Fr. Bucheri *Menſes pietiſtici, die Tiefe des Satans in dem hermetiſch-zoroaſtriſch-pythagoriſch-cabbaliſtiſchen Chriſtenthum der Pietiſten vorſtellend*, Vitemb. 1705. 8., qui Colbergium ſequitur atque itidem de Platonicis dogmatibus, tamquam fonte fanaticarum opinionum, ſpeciatim Patrum Eccleſiae, differit.

Livii Galantis *Chriſtianae theologiae c. Platonica comparatio*, Libb. XX., Bonon. 1627. fol., cuius Operis liber primus complectitur Platonis vitam ac laudes, quibus praecipue veteris Eccleſiae Doctores eum ornarunt, una cum iis, quae iidem in ipſo damnarunt ac rationibus, quibus defenſio fieri poſſit. Hanc ob cauſſam librum hunc adduximus. Idem Argumentum de Platonis conſenſu cum Scriptura S. alii perſequuti ſunt, quos Io. Alb. Fabricius enumerat; in *Bibl. graec.* II, 39.

Le Platonisme devoilé, ou Eſſai touchant le verbe Platonicien, diviſé en deux Parties, Colon. ſ.

potius Amſtel. 1700. 8., anglice eod. anno 4., germanice autem interpr. *Iosia Fr. Chr. Loefflero*, Zullich. 1782. 8., et edit. 2. ibid. 1792. ſub tit.: *Verſuch üb. d. Platonismus d. Kirchenväter. Od. Unterſ. über d. Einfluſs d. Platon. Philoſophie auf die Dreieinigkeitslehre in den erſten Iahrhh. — mit e. Abhdl., welche e. kurze Darſtellung d. Entſtehungsart der Dreieinigkeitslehre enthält.* Auctor nomen ſuum omiſit; is autem Souverain eſſe dicitur, miniſter Eccleſiae Reformatorum, ſpeciatim Arminii doctrinae addictus. Is ſibi ſumſit probare, antiquioris Eccleſiae Doctores dogma de Trinitate ex Philoſophia Platonica accepiſſe atque ad Chriſtianos transtuliſſe. *)

Io. Clerici *Epiſtolae criticae et eccleſiaſticae*, quibus de Platone ac Trinitate disputat, ea ratione, ut haud obſcure ſignificet, ſe a Souverainio non longe diſſentire. **)

Baltus *Defenſe des SS. Pères, accuſéz de Platonisme*, Par. 1711. 4. Oppoſuit Auctor *Defenſionem* hanc Souverainio, praecipue autem Clerico. Affirmat, dogmata, religionis chriſtianae propria atque ex ſolo Codice ſacro intelligenda, uti eſt illud de Trinitate, Patres minus ex Philoſophia Platonica hauſiſſe. At vero quanto annititur, Patres ab omni

---

*) *Hiſt. des Ouvrages des Savans* a. 1700. p. 97. Bernard *Nouvell. de la Républ. des lettres* a. 1700. m. *Iul.* p. 99. *Unſchuld. Nachrr.* a. 1702. p. 78. *Nachr. v. d. Stolliſchen Büchern* XIII, 459. *Nachrr. v. ein. Hälliſchen Biblioth.* III, 533. *Einleit. in die Religionsſtreitigkk. auſser unſerer Kirche* IV, 308. Add. Lilienthal *Theol. Biblioth.* I, 398 ſq. Reimanni *Catalog. Biblioth. theol.* p. 669. Mylii *Bibl. Anonymor.* p. 624. et Vootii *Catalog. libror. rarior.* p. 537. Librum hunc confutarunt: Baltus in *Defenſe des SS. Peres, accuséz des Platonisme*, Pariſ. 1711. 4. Mayer Diſſert. de λόγῳ; Heumann de *Trinitate, Platonismi vere et falſo ſuspecta;* Siber in *Martyribus, divinitatis Chriſti teſtibus.*

**) Inprimis *Epiſt.* VII. et VIII. p. 177.

Platonismi accuſatione abſolvere, in defenſione hac modum neglexiſſe ac Patribus plus, quam decebat, tribuiſſe videtur. *)

Io. Laur. Moshemii Diſſert. de *turbata per recentiores Platonicos Eccleſia*, Helmſt. 1725. 4. et in Eiusd. *Diſſertt. ad hiſt. eccleſiaſt. pertinent* Vol. I. p. 85. ***)

Chr. Kortholt D. *de Philoſophia orientali primis p. Chr. n. Seculis Eccleſiam chriſt. turbante*, Lipſ. 1733. 4.

G. Wernsdorf *Exercit. hiſt. crit. de commercio Angelorum cum filiabus hominum ab Iudaeis et Patribus platonizantibus credito*, Vitc. 1742. 4. **)

Chph. Meiners *Beytr. z. Geſch. d. Denkart d. erſten Jahrhh. n. Chr. Geb., in einigen Betrr. üb. d. neuplaton. Philoſophie*, Lpz. 1782. 8.

C. A. G. Keil *Commentatt. XXII de Doctorib. vet. Eccl. culpa corruptae per Platonicas ſententias theologiae liberandis*, Lipſ. 1793 ſqq. 4. et in Eiusd. *Opuscc. acad. ad N. T. interpretat. grammat. hiſt. et theologiae chr. origines pertinentia*, quae collegit et edidit *I. Dav. Goldhorn*, Lipſ. 1821. 8., quibus docere ſibi propoſitum fuit, quae Doctores illi vulgo accuſantur ex Platonica philoſo-

---

*) *Mém. de Trevoux* a. 1711. *Apr.* p. 582. *Journ. des Savans* a. 1711. *Febr.* p. 191. *Mart.* p. 242.

**) Cf. Iac. Ode *Commentat. de Angelis* p. 315 et 319.

***) Faciunt cum Moshemio I. Andr. Cramer, in *Continuat. hiſt. Boſſueti* II, 268. Keil *de cauſis alieni recentior. Platonicor. a religione chriſt. animi*; in *Opuscc.* p. 391. Iac. Brucker in *Hiſt. crit. philoſ.* III, 387. VI. 534. et ex parte Io. Gr. Arn. Oelrichs in *Commentat. de vera et certa eorum, qui medio II et ineunte III Sec. floruerunt, Patrum de ratione ſ. relatione Filii ſ. Verbi cum Patre ſententia*, Götting. 1787. 4. p. 64 ſq. et in libello *de doctrina Platonis de Deo a Chriſtianis et recentior. Platonicis varie explicata et corrupta*, Marb. 1788. 8. Contra ea, quae de Patrum Philoſophia Bruckerus disputavit, lucem adſpexit *Hiſtoire critique de l'Eclecticisme, ou des nouveaux Platoniciens*, Avenione 1766. II. 8. Cf. Mosheim *de reb. Chriſtian.* p. 280. Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. Dogmengeſch.* p. 265.

phia petiisse, inque doctrinam religionis christianae non sine magno eius detrimento parum caute intulisse, ea non fuisse primum ab illis in eam translata, sed maximam potius partem a Iudaeis tanquam dogmata in ipsis eorum libris sacris tradita ad eos transmissa, hincque, aperto licet plerumque errore, bona tamen fide, pro parte religionis divinitus revelatae ab iis habita et, ut talia, aliis etiam proposita.

C. F. Stäudlin Pr. *de Philosophiae Platonis c. doctr. relig. iud. et christ. cognatione*, Gött. 1819. 4.

Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. Dogmengeschichte* p. 167. et A. N. Clausen §. 100. cit.

Speciatim de *Iustino* Mart., *Athenagora*, *Clemente* Alex. ac *Lactantio* addi possunt:

Ioach. Iust. Rau *Diatr. hist. philos. de Philosophia SS. Patrum, Iustini Martyris et Athenagorae*, Ien. 1733. 4.

Imm. E. Hahn *Disp. philos. de Platonismo theologiae veterum Eccl. Doctorum, nominatim Iustini Mart. et Clementis Alex. corruptae*, Witteb. 1733. 4.

Io. Tribbechovii Tres *Dissertt. de Clemente Alex.* et Petr. de Hofstede *Disp.*, p. 33. laudatae.

Nic. le Nourry *Dissertt. de Clementis Alex. Operibus*, Dissertt. II. Cap. 15., quo loco differit Auctor de Clementis Philosophia ac Quaestionem explanat: num Clemens Alex. primus Christianis Philosophiae studia commendaverit. *)

A. Ferd. Daehne *De Γνώσει Clementis Alex. et de vestigiis neoplaton. Philosophiae in ea obviis*, Lips. 1831. 8. (9 Gr.)

F. A. Eylert *Clemens v. Alex. als Philosoph u. Dichter*, Lips. 1832. 8. (9 Gr.)

Les Philosophes des trois premiers Siècles de l'Eglise, ou Portraits historiques des Philosophes payens qui, ayant embrassé le Christianisme, en sont

---

*) *Apparat. ad Biblioth. max. Patrum* I, 1104. et ap. Spriegerum *Thesaur. rei patrist.* III, 419.

devenus les défenseurs par leurs écrits. Par. M. l'Abbé Nonnote (ci-devant Iésuite), Par. 1789. 12. Philosophi de quibus agit sunt Iustinus Mart., Tatianus, Athenagoras, Theophilus Antioch., Clemens Alex., Hermias, Origenes, Minucius Felix, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius et Lactantius. Germanice liber hic prodiit, Aug. Vind. 1790. 8.

Ioach. Iust. Rau *Diatr. hist. philos. de Philosophia L. Caecilii Lactantii Firmiani*, Ien. 1733. 8., quo libello disputat Auctor cum generatim de Philosophia Lactantii ac probat, fuisse eum eclecticum, tum speciatim, de eius Philosophia rationali et morali, de illius physica, theologia naturali, iure naturae et gentium deque iis, quae ad historiam philosophicam pertinent. In Prolegomenis *Icon Lactantii* exhibetur, in fine autem addita est *Diatr. crit. theol., complectens historiam veterem et recentiorem vocis ecclesiasticae* ὁμοούσιος. *)

Paganini Gaudentii *Lib. de dogmatum Origenis c. dogmatis Platonis comparatione;* adiecta Eius *Salebris Tertullianeis*, Florent. 1639. 4.

Greg. G. Wernsdorf *Krit. Vers. üb. einige im Platon a. d. Eusebius* (Praeparat. evang.) *zu ergänzende Lücken*, Viteb. 1796. 8.

F. Adph. Boysen *Philosophumena Synesii Cyrenensis*, Hal. 1714. 4. Cf. I. G. Heineccius D. *de Philosophis semichristianis*, Hal. 1714. 4. §. 24. Paul. E. Iablonski *Opuscc.* III, 489. et Aem. Thd. Clausen *Commentat. de Synesio Philosopho, Libyae Pentapoleos Metropolita*, Hafn. 1831. 8. p. 51 sqq.

§. 74.

Quodsi ad Philosophiae partes, speciatim ad *Logicam* animum advertimus, Patres neque ex-

*) *Journ. des Savans* a. 1734. *Mai.* p. 40. *Samml. v. alten u. neuen theolog. Sachen* a. 1735. p. 231. Coleri *Auserlesene theolog. Biblioth.* VI, 646.

emplis, neque praeceptis probarunt, se arti huic multam operam dedisse eiusque omnino peritos se praebuisse. Nec in reliquis Philosophiae disciplinis, maxime in *Physica*, hi veterum Christianorum Doctores praeclara adiumenta nobis promittunt, utpote cui studia sua haud consecrarunt. Idem quodam modo dicendum est de *Philosophia morali*, cuius nullum saltem Compendium, aut Systema reliquerunt.

Memorantur Patres Ecclesiae, qui ingenia sua arte logica excoluerunt laudemque horum studiorum sibi compararant. De Origene Hieronymus *de Viris illustrib.* Cap. 54. haec scripta reliquit: *Dialecticam quoque et Geometriam et Arithmeticam, Musicam, Grammaticam et Rhetoricam omniumque Philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet.* Idem Hieronymus *Apolog. III adv. Rufinum*, Opp. IV, 2, 443. in litteris, de quarum scientia ipse gloriatur, Dialecticam quoque numerat dicitque: *Ego Philosophus, Rhetor, Grammaticus, Dialecticus, Ebraeus, Graecus, Latinus, Trilinguis.* Tradit is etiam, se vertisse latine Commentarios Alexandri *Aphrodisiensis* in Aristotelis scripta logica, cuius verba et affert Rufinus, contra Hieronymum disputans, hoc modo: *Frustra ergo Alexandri verti Commentarios, ne quidquam me doctus magister per εἰσαγωγὴν duxit in Logicam.* Laudatur praeterea, ut magnus Logicae magister a quibusdam *Augustinus*, nominatim inter recentiores a Barth. Keckermanno *Praecognit. logic. Tract.* II. C. 2. §. 24. his verbis: *Is ut omnium post Apostolorum tempora Theologorum praestantissimus habetur, ita Logicus etiam: nemo enim unquam magnus Theologus, cui Logica non est magna, fuit praestans profecto et excellens. Vix viginti annorum iuvenis Aristotelis Categorias exposuit publice; nec unquam tota sua Vita Logicam*

desiit magnifacere. Hinc passim multa logica praecepta inspergit, passim Logicam laudibus praedicat summis. At omnia haec non sufficiunt ad laudem tuendam, qua nonnulli memoratos Patres Ecclesiae, inprimis Augustinum, ornant. Repugnant scripta eorum, quae ad nos delata sunt. Monstrant illa haud obscure, Patres hos in arte cogitandi parum exercitatos fuisse, sive illi doceant, sive disputent atque adversarios confutent. Res, de quibus disserunt, non perspicue semper atque accurate explicant, non ordinate, non distincte disponunt. Si quid probandum est, negligunt non raro argumenta, quae sunt vera vimque omnino confirmandi habent. Adversus hostes infirmas, immo ieiunas ratiocinationes adhibent: argumenta afferunt, quae non Theologorum ac Philosophorum, sed Oratorum propria sunt, quae praeceptis Logicae artique rite concludendi, repugnant. Exempla nobis suppetunt, quae hoc illustrant confirmantque. Photius *Cod. CXX.* p. 302. notat hoc in Irenaeo. Quum enim dixisset, praeter *Libros* eius *quinque adversus haereses*, plura et varia scripta et Epistolas circumferri, illum spuriis rationibus uti, iudicat, quae verba ad mitiorem sententiam trahere atque Irenaeum defendere, saltem excusare Renatus Massuetus, in *Dissert. III. in Irenaeum* p. 106., annititur, minus autem bene feliciterque caussam Irenaei agit. Non infirma tantum argumenta, ut Massuetus aliis persuadere conatur, sed νόθους λογισμοὺς, *spurias rationes* Photius Irenaeo obiicit, qua de re plura disputant: Io. Franc. Buddeus in *Isagog. ad theol. univers.* Lib. II. Cap. 3. §. 6. p. 560. ac Dan. Maichelius, in *Introd. ad hist. litterar. de praecipuis Bibliothecis Paris.* II. p. 150. Vitiosae argumentationes et apud alios Ecclesiae Patres habentur. Probavit id de Iustino Mart. Nic. Hier. Gundling ac commentatus est de *Iustini Mart. naevis, in ratiocinando commis-*

ſis. Exſtat Commentatio haec in *Obſſ. ſelectt. ad rem litterar. ſpectant.* II, 89. Aperte quoque a recta argumentandi ratione discedit Epiphanius, qui quum monſtrare vult, Mariam poſt Mortalium Servatorem, Jeſum Chriſt., natum, non alios liberos peperiſſe, ita ratiocinatur: Quemadmodum Leaena unicum tantum parit catulum, ita Maria unicum tantum filium ac Servatorem in lucem edidit; quae argumentatio falſa ac prava eſt cum in ſuo principio, leaenam per omnem vitam unicum tantum catulum parere, tum in concluſione, quum illa a leaena ad virginem Mariam perperam inſtituitur. Legendus eſt Epiphanius ipſe in *Haereſ.* LXXVIII. p. 1044. Quando Lactantius Lib. II. *Inſtit. divin.* Cap. 2., contra ſimulacrorum cultum diſputat, ratiocinando argumenta affert, quae falſa, immo inepta ſunt.

Nec monumenta Patrum Eccleſiae ad nos delata ſunt, quibus vel de ipſa arte logica, vel de ſingularibus illius argumentis praeceperint ac quamvis nonnulla adduci ſoleant, id tamen non probant, quod probare debent. Provocant ad *Principia Dialectices*, quae Augustini nomen prae ſe ferunt; repugnarunt autem doctiſſimi Viri atque in his Monachi Benedictini, in *Appendice* Tom. I. *Operum.* Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius ſcripta quidem, ad disciplinam logicam ſpectantia, compoſuit ac commentatus eſt in *Ariſtotelis Categorias*, in librum eius de *Interpretatione*, in eiusdem *Analytica priora et poſteriora*, in Libros *Topicorum et Elenchorum ſophiſticorum.* Scripſit etiam *Introductionem ad categoricos Syllogismos;* Libros duos de *Syllogismo categorico;* Librum de *Diviſione;* de *Definitione*, quae coniunctim prodierunt Venet. 1559. fol. et Par. 1510. 11. fol. Sed quae ita memorantur de Boethio ac logicis eius libris, ad locum hunc haud pertinent, quum Boethius Patribus Eccleſiae, de quibus verba facimus, haud

annumerari potest. Nec advocare licet Io. Damasceni *Dialecticam*, quoniam satis constat, Damascenum hunc post Patres, nobis sic dictos, vixisse.

Reliquas Philosophiae disciplinas, speciatim *Physicam*, Patres Ecclesiae itidem neglexerunt, nec ea praestiterunt, quae utilia sunt atque ipsis laudem conciliant. Immo si dicendum', quod res est, antiquiores hi Doctores christiani a Physices studiis alieni fuerunt variaeque exstiterunt caussae, quae animos eorum ab istis averterent. In illis, ut videtur, princeps erat, quod veteres Philosophi graeci in eo operam ponebant, ut res naturales earumque rationem ac caussas indagarent atque explicarent; de Deo autem ac rebus divinis falsas impiasque sententias amplectebantur ac gravissimos errores disseminabant. Eam inprimis ob caussam existimabant, sapienter eos sibi consulere, qui a Physica abstinerent. Confirmat hoc Eusebius, qui quum in eo est, ut Libri XV *Praeparationis evangelicae*, quo praecipue physica Philosophorum dogmata attingit, argumentum indicet, *Speciosa illa*, inquit, *egregiae Graecorum Philosophiae mysteria in lucem etiamnum proferamus et quam nihil verae solidaeque eruditionis habeant, omnium in oculis desigamus.* Quibus dictis addit: *Quo in genere primum ac praecipuum hoc futurum est, ut quivis agnoscat, non ulla rerum, quas tantopere demirantur, ignoratione, sed inanis earum studii contemtu, omnem prope nos illarum curam exuisse, animis ad meliorum usum exercitationemque traductis.* Si et Patres in libris suis quaedam de rebus naturalibus afferunt, ea sane ita comparata sunt, ut non solum haud mediocrem horum doctorum ignorantiam prodant,*) sed etiam nullam nobis praebeant utilitatem. Testantur hanc in rem

*) Cuiusmodi est Gregorii M. deliratio, somniantis in Sicilia et vicinis insulis Aetnae et similium montium incendium infernalium ollas eructare.

interpretes hiſtoriae Moſaicae de opere Creationis, ſpatio ſex dierum peractae, Basilius, Ambrosius atque alii. Qualis ſit illorum eruditio phyſica, vel ex eo intelligitur, quod plurimi in eam ingreſſi ſint ſententiam, *Tenebras*, quarum *Geneſ.* I, 2. mentio fit, umbram fuiſſe, quam caelum terrae et aquis conciliaverit. Quando de aquis ſupracaeleſtibus disputant easque contra illos, qui iſtas impugnant, probare annituntur, inania atque inepta proferunt; ita autem ſe artis bene ac recte cogitandi imperitos fuiſſe oſtendunt. Cosmas, Monachus Aegyptius, cognomento *Indopleuſtes*, *Topographiam chriſtianam* ſ. *Chriſtianorum opinionem de Mundo* ſcripſit ac quum veteres Chriſtiani exiſtimarent, figuram orbis terrarum non ſphaericam, ſed planam eſſe, ſententiam hanc probavit atque ex hoc terrae ſitu eclipſes, ortusque et occaſus ſiderum explicare ſibi ſumſit, ita tamen, ut miras nugas ſtrueret. Opus hoc recenſuit Photius, *Cod.* XXX., ex quo ſummam Operis huius exhibet etiam Fabricius *Biblioth. gr.* Lib. III. Cap. 25.; in lucem autem emiſit Bern. de Montfaucon, in *Collect. nova Patrum et Scriptor. graecor.* II, 113. Exſtat quoque *Phyſiologus, qui de uniius cuiusque generis Ferarum ac Volucrum natura loquutus eſt.* Tributus eſt Libellus hic Epiphanio atque in eius *Opera* Tom. II. translatus, ubi locum habet cum notis et verſione *Conſali Ponce de Leon*, *Hispalenſis;* ſed non omni caret dubitatione, Epiphanium libelli iſtius auctorem eſſe. *) In *Epiſtola*, quae Barnabae nomen prae ſe habet, §. X: quaedam de natura animalium memorantur; vulgaria autem illa ſunt, nec magnum habent momentum. Legantur de Patrum Eccleſiae phyſica: Baltus, *Défenſe de SS. Pères accuſéz de Platonisme* IX, 49.; Io. Franc. Buddeus, in *Iſa-*

---

*) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 427.

gog. ad theol. univerſ. p. 562.; Iac. Brucker, in *Hiſt. crit. Philoſ.* III, 356.

De *doctrina morali* Patrum, quae huc ſpectant, multa haud commentari poſſumus. Quae ad mores hominum pertinent, ea Doctores iſti in ſcriptis ac ſermonibus ſuis diligenter praecipiunt: ſequuntur autem normam ſacrarum litterarum ac quae apud illos de vita ſanctiore legimus, ea ex fonte iſtarum hauſta ſunt. Ac quamvis nonnunquam ab illis dicantur, quae ratio recta omnes docet, propter haec tamen haud ſtatuendum eſt, Patres Eccleſiae Philoſophiam moralem ſcriptam reliquiſſe, ſive ethica, ſive ius naturae intelligatur. Quod inter lumen naturae ac gratiae, inter rationem ac Scripturam S. eſt, discrimen prorſus negligunt, nec in monumentis ſuis Compendium, aut Syſtema philoſophiae moralis nobis exhibent.

Litterarum disciplinis, quibus Eccleſiae Patres ingenia ſua haud excoluerunt atque in ignoratione earum verſati ſunt, *Ars* quoque *critica* annumeranda eſt. Uberiorem occaſionem habuiſſent, ſe in illa exercendi, nec mediocrem utilitatem exſpectandi, ſi illi ſe tradere voluiſſent. Fraudulenti erant homines ac mendaces, qui ſingebant ſcripta, falſas narrationes faciebant, fabulas ſpargebant, nec deerant, qui facile aſſenſionem ſuam praeberent. Fraudibus ac fallaciis his reſiſtere potuiſſent, ſi artis criticae periti, operam in eo poſuiſſent, ut ſcripta adulterina a germanis, res ſictae ac commentitiae a veris discernerentur.

Caput VIII.

DE PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA EXEGETICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 75.

Quam compararunt ſibi Patres ac Scriptores eccleſiaſtici cuiusve luculenta documenta in monumentis ſuis ſcripta reliquerunt, eruditio ſpectabat inprimis ad res ſacras earumque diverſas disciplinas, Theologiam nimirum exegeticam, dogmaticam, polemicam, ſymbolicam, catecheticam, moralem. Quid in ſingulis praeſtiterint, quae ſint de quavis merita eorum, quid ab iisdem nobis promittere debeamus, nunc diſpicere animus eſt.

§. 76.

Initium facimus a *Theologia exegetica*, ſive ea doctrina, cuius magiſtri docent, quomodo Scrip-

tura S. interpretanda eiusque verus ſenſus, in locis praeſertim obſcurioribus, inveſtigandus ſit. In illa veterum Chriſtianorum Doctores ingenia ſua varia ratione exercuerunt variique generis monumenta ab illis compoſita ſunt. Primum locum iis aſſignamus, qui praecepta de Scripturis divinis explicandis ſcripſerunt. Pauci eorum fuerunt; nec ea, quae commentati ſunt, magnum momentum habent.

Inter eos eſt Augustinus, qui Libros IV de *Doctrina chriſtiana* litteris conſignavit iisque velut Compendium Theologiae exhibuit. Quae tradidit, ea non ſummum quidem momentum habent, utilia tamen ſunt, nec contemni debent. Eodem tempore, quo Auguſtinus, Ticonius ſ. Tichonius Afer vixit, qui in quibusdam cum Donatiſtis fecit et a ſe diſſentientes acerrime impugnavit. Compoſuit *Regulas ſeptem ad inveſtigandam et inveniendam intelligentiam SS. Scripturarum.* Recenſet eas Auguſtinus ac ſignificat, quid de illis ſit ſtatuendum Lib. III. *de Doctrina chriſtian.* Cap. 30 ſqq. Codicis ſacri interpres non multum utilitatis ab iſtis exſpectare poteſt. Exſtat quoque Adriani, de cuius aetate Viri docti diſſentiunt, *Iſagoge in S. Scripturam*, graece c. ſcholiis et aliis huiusmodi Scriptoribus edita a *Dav. Hoeſchelio*, Aug. Vind. 1602. 4. et in *Criticorum ſacrorum* Tom. VI. p. 11. Seculo quinto Eucherius, Epiſc. Lugdun., floruit ac praeter alia ſcripta reliquit *Inſtructionum ad Salonium filium* Libros duos, quorum alter de difficilioribus Scripturae S. quaeſtionibus agit, alter interpretationem nominum Ebraeorum, ibi occurrentium, exhibet. *) Quae alii oblata occaſione ac veluti in tranſitu de Codicis S. interpretatione ſcripſerunt, ea non tan-

*) Libri hi prodierunt Baſil. 1530. ac Rom 1564. Exſtant illi etiam in *Biblioth. max. Patrum Lugd.* VI, 839.

tum momentum habent, nec tantam praebent utilitatem, ut ſingularis illorum fieri debeat commemoratio.

§. 77.

Alii curas ſuas ad id contulernnt, ut *Verſiones* SS. Litterarum vel colligerent ac conſervarent, vel ipſimet, quum illae antea non eſſent, elaborarent. Quam ita ſusceperunt, opera laudabilis erat; hanc autem ob rem dolendum eſt, multas huiusmodi interpretationes interiiſſe. Ex Verſionibus enim adiumenta interdum ſumi poſſe ad explicationem S. Scripturarum, conſtat.

Praeclare Origenes de Theologia exegetica meritus eſt Opere, quo diverſas interpretationes coniunctim exhibuit atque ita per columnas dispoſuit, ut omnes uno conſpectu oculis ſe ſubiicerent et eo facilius inter ſe comparandae eſſent ac verus ſenſus inveſtigari poſſet. Varia huiusmodi volumina compoſuit, quumque in alia pauciores, in alia plures interpretationes transferret, orta ſunt diverſa illorum nomina *Tetrapla*, *Hexapla*, *Octapla*. Inter illa *Tetrapla* ita dispoſita erant, ut prima columna exhiberet verſionem *Aquilae*, ſecunda *Symmachi*, tertia *Septuaginta interpretum* et quarta denique *Theodotionis*. In *Hexaplis* hae ipſae Verſiones eodem ordine erant collocatae; prima autem columna textum ebraicum, litteris ebraicis ſine punctis vocalibus, ac ſecunda eumdem textum ebraicum, litteris graecis deſcriptum, complecteretur. Addidit poſtea Origenes quintam et ſextam Verſionem, ſive editionem Hierichuntinam et Nicopolitanam, in iis libris, quorum hae Verſiones exſtabant, atque ita *Octapla* in lucem prodierunt. Conſilium Origenis in conficiendis Hexaplis non criticum, ſed mere

exegeticum fuisse, videtur Censori Chrestomathiae hexaplaris a I. G. Trendelenburgio, adornatae, et Lubecae 1794. 8. editae, in *Ien. Allg. Litterat. Zeit.* a. 1794. n. 267. p. 418. Sed omnino conferenda, quae hanc in rem monet Rosenmüllerus *Hist. interpret. librorum SS. in Eccl. chr.* III, 35 sqq. Periit opus hoc, nec quidquam conservatum atque ad nos delatum est, nisi fragmenta, ad quae colligenda atque ab interitu vindicanda doctissimi Viri operam contulerunt. Sunt illi:

Io. (Driessche) Drusius, a quo accepimus: *Veterum Interpretum graecorum in totum V. T. Fragmenta collecta, versa et notis illustrata*, Arnhem. 1622. 4. Ipse quidem Drusius antea vita decesserat, quam opus, quod diu molitus erat, ad finem perduxisset, Sixtinus tamen Amama praeceptori suo hoc praestitit pietatis officium, ut edendi illius curam gereret. Qui harum litterarum periti sunt, illi librum hunc magni faciunt, quum annotationes accesserint multum elegantes ac perutiles.

Flaminius Nobilius, aut, ut alii quidam volunt, Pet. Morinus, sub huius nomine latens, cuius *Notae in varias lectiones Versionis graecae LXX interpretum* eadem fragmenta, studiose conquisita, exhibent. Transtulit has notas Waltonus in *Polyglotta* Tom. VI. num. 9. easque Scholiis auxit, quae editioni Romanae Versionis LXX interpretum subiuncta sunt.

Bern. de Montfaucon, qui omnium exspectationem superavit, quum studio eius prodirent: *Hexaplorum Origenis quae supersunt, multis partibus auctiora, quam a Flaminio Nobilio et Io. Drusio edita fuerint*, Par. 1713. II. fol.*) Tacemus, Opere

*) *Acta Erudit.* a. 1714. p. 1. *Mém. de Trevoux* a. 1714. *Ian.* p. 107. *Journ. des Savans* a. 1713. *Nov.* p. 537. Clerici

hoc multa praeclara contineri, quae Flaminius Nobilius et Io. Drusius omiserunt: ubique interpretationes graecas cum sermone Ebraeo comparatas, varias lectiones ex monumentis Doctorum christianorum, qui graece loquuti erant, diligenter congestas esse; atque alia potius eius ornamenta commemoramus, quae doctis Viris multam afferunt utilitatem. Spectant huc *Praeliminaria* amplissima atque eruditissima de Tetraplis Hexaplisque Origenis; de Historia Versionum graecarum aliisque gravissimis argumentis conscripta; Anecdota nonnulla Origenis aliorumque; Lexica ebraeum ac graecum ad Hexapla. Montefalconii Opus in minorem formam redegit, notulis illustravit, atque lectiones Codd. Coisliniani et Lipsiensis ad loca sua revocavit C. Fr. Bahrdt, Lipf. et Lubec. 1769 sq. II. 8.*) Animadversiones criticas atque supplementa ad edit. Hexaplorum Origenis Montefalcon. conscripsit Io. Chph. Döderlein in Eichhornii *Repertor.* I, 217. VI, 195. **) Chr. F. Matthaei autem eod. Repertorio IV, 318. *Animadverss. ex Cod. B. S. S. Synodi Mosquensis Num. XXXI. fol. excerptae* dedit.

Io. Martianaeus, qui Hexaplorum Fragmenta, in Hieronymi monumentis dispersa, collegit atque edidit: *Origenis Hexaplorum partem non minimam gr. ac lat., e Tomo II. Operum S. Hieronymi collectam et adornatam*; in *Hieronymi Op.* II, 830. editionis, quam eidem *Martianaeo* debemus. De ipsis Versionibus his graecis videantur: *Waltherus Officin. Bibl.* p. 126.; *Calovius Cri-*

Biblioth. choisie XXVII, 324. *Deutsche Acta Erudit.* II, 1013. *Neuer Büchersaal d. gelehrt. Welt* III, 589. 665. *Nachr. v. ein. Hällischen Biblioth.* VII, 491.

*) Vid. I. F. Fischer *Prolusf. de Versionib. graecis Libror. V. T. literar. hebr. magistris*, Lipf. 1772. 8.

**) Plura de Origenis Hexaplis dabit Eichhorn *Einleit. ins A. T.* I, 447. Fabricius *Bibl. gr.* III, 708.

tico sacro p. 698.; *Fabricius Bibl. graec.* III, 658, *Carpzovius Critica sacra V. T.* p. 552.; *Montefalconius Praeliminar. ad Orig. Hexapla* Cap. V sqq. p. 46.; *Hottingerus Thesaur. philolog.* p. 376.; *Hodius* de *Bibliorum textibus original.* Lib. IV. Cap. 1. p. 573. Bertholdt *Hist. krit. Einl. in d. sämmtl. Schrr. des A. u. N. T.* §. 155 sqq. Eichhorn *Einl. in d. A. T.* §. 161 sqq. atque alii.

Ad ordinem hunc pertinet etiam Hieronymus ob Versionem latinam Codicis S., quae *Hieronymiana* appellatur, i. e. illa, quae ab Hieronymo nomen et ortum habet. Id enim satis constat, Hieronymum libros sacros utriusque foederis ex lingua ebraea ac graeca in sermonem latinum convertisse, multa harum interpretationum conservata esse atque inveniri cum in Bibliis vulgatis, tum in ipsius Hieronymi Commentariis, non omnem quidem Versionem editam, partes tamen eius Hieronymum habere auctorem. Interpretationes eius ex vetustissimis Codd. msptis Io. Martianaeus in T. I. *Operum* edidit, hac inscriptione: *Divina Bibliotheca, antehac inedita, complectens translationes latinas V. ac N. T., cum ex hebraeis, tum e graecis fontibus derivatas; innumera quoque Scholia marginalia antiquissimi hebraei cuiusdam Scriptoris anonymi, ebraeas voces pressius exprimentis,* ceter. *)

§. 78.

In eo inprimis operam collocarunt Patres ac Scriptores ecclesiastici, ut Codicem S. explicarent ac maxime locis, quae videbantur ipsis obscuriora, lucem afferrent. Multi munere hoc interpretandi perfuncti sunt, non solum inter

*) Vid. Schoenemann *Biblioth.* I, 516. Cf. Engelstoft *Hieronymus Stridon.* p. 108 sqq.

graecos, sed latinos quoque Doctores, ea diversitate, ut alii maiorem, alii minorem meritorum laudem de hac theologiae parte consequuti sint. Non omnia, multa tamen monumenta exegetica, quae reliquerunt, ad nos delata sunt ac pervenerunt.

Quas Expositiones nunc enumerare nobiscum quum constituimus, eam legem nobis praescripsimus, ut *Expositiones*, non homileticas, sed *exegeticas* s. Commentarios, non omnes, sed quosdam eosque praecipuos recenseamus. Sunt illi vel graecorum, vel latinorum Patrum monumenta. Ad ordinem GRAECORUM pertinent:

THEOPHILI *Antioch.* Libb. IV *Commentariorum s. Allegoriarum in SS. IV Evangelia*, quae adhuc exstant, sed latine tantum. Sunt illi non tam Commentarii, quam potius Scholia allegorica, non in integra Evangelia, sed in varia Evangelistarum loca, a longe iuniore aliquo Scriptore catholico post Hieronymum, et latine composita, in quibus illa quidem, quae a Theophilo Antiocheno Hieronymus, sed et multa alia, quae iisdem verbis latinis apud Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum leguntur. Sequitur Auctor allegoricam Scripturam S. interpretandi rationem. *)

ORIGENIS scripta exegetica. Varios modos, Scripturam S. explicandi, ille adhibuit, ac vel uberiores Commentarios, vel breviores Notas scripsit. Maxima pars harum Commentationum periit ac perpaucae veluti lacerae e naufragio tabulae ad nos transmissae sunt. Quidquid illarum graece reperiri potuit, id magna industria PET. DAN. HUETIUS collegit ac cum latina interpretatione, notisque ac libris tribus *Origenianorum*, quibus omnia, ad Ori-

*) FABRICIUS *Bibl. graec.* VII, 165.

genem, ſcripta eius ac dogmata ſpectantia, diligentiſſime ediſſeruit, ſub titulo: *Origenis in SS. Scripturas Commentaria* in lucem edidit, Rothom. 1668., Par. 1679., Colon. ſ. potius Frcf. 1685. II. fol. Poſtea eadem locum obtinuerunt in ORIGENIS *Operibus omnibus*, quae ſtudio *Car. Delarue* Par. 1723. prodire coeperunt. Exſtat etiam ORIGENIS *Philocalia de obſcuris S. Scripturae locis, a Baſilio M. et Gregorio Theologo ex variis Origenis Commentariis excerpta, gr. et lat.*, c. notis *Io. Tarini*, Par. 1629. 4., ac c. ORIGENIS *Libris contra Celſum*, a *Guil. Spencero* editis, Cantabr. 1658. 79. 4. Origenem in interpretationibus ſuis a recta via ſaepius aberraſſe, iam dudum VV. DD. notarunt. Quae ſenſum litteralem prae ſe habent, ea ſaepe allegorice explicavit et quod aliter fieri non potuit, veritatem rerum geſtarum labefactavit, uti hiſtoriae Creationis, quam in allegoriam convertit. Quae praeterea metaphorice capienda ſunt, ea nonnunquam proprie ſumit ac tradit ſenſum plane ineptum. *)

De EPHRAEMO SYRO teſtatur *Gregorius Nyſſ.* in eius vita edit. Pariſ. II, 1033., eum παλαιόν τε καὶ καινὴν ἐκμελετήσας γραφὴν —— ὅλην ἀκριβῶς πρὸς λέξιν ἡρ-

*) Inter praeſtantiſſimos Origenis locos, ex quibus perſpici licet, quod eius de Allegoriis S. S. iudicium fuerit, procul dubio hic eſt referendus *de Principiis* IV, 13. edit. de la Rue p. 170. Πνευματικὴ διήγησις τῷ δυναμένῳ ἀποδεῖξαι ποίων ἐπουρανίων ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ οἱ κατὰ σάρκα Ἰουδαῖοι ἐλάτρευον· καὶ τίνων μελλόντων ἀγαθῶν ὁ νόμος ἔχει σκιάν. Cf. Io. LAUR. MOSHEIM *de rebus Chriſtianor ante Conſtantinum M.* p. 630 ſqq. I. FRANC. BUDDEUS *de Allegoriis Origenis.* *Witteb.* 1689. 4. I. CHPH. KOSTER *de myſticar. interpretationum ſtudio ab Aegyptiis maxime Patribus repetendo.* Hal. 1760. 4. I. CHR. PFISTER *de origg. et principiis allegoricae ſacrar. literar interpretationis.* Tubing. 1795. 4. I. A. ERNESTI *Comment. de Origine interpretationis libror. SS. grammaticae auctore;* in EIUSD. *Opuscc philol. crit.* Ed. 2., Lugd. Bat. 1776. 8. p. 288. Io. GE. ROSENMÜLLER *Hiſt. interpretat libror. S. S.* III, 15 ſqq. C. ADPH. HAGENBACH *Obſſ. hiſt. hermeneut. circa Origenis Adamantini methodum interpretandae S. Scripturae*, Baſil. 1823. 8.

μήνευσεν, ἀπό τε τῆς κοσμογενείας καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῆς χάριτος βίβλου. Sed tantum Fragmenta Commentariorum, quos reliquit, superſunt, quorum ope Caesar a Lengerke non ſolum *Commentat. crit. de Ephraemo Syro S. S. interprete*, Hal. 1828. 8. ſed etiam *Lib. de Ephraemi Syri arte hermeneutica*, Regiom. 1831. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) elaboravit. *)

Eusebii Caeſareenſis *Commentarii in Pſalmos*, qui poſtquam per longius tempus in tenebris delituiſſent, eos in lucem protulit graece ac c. interpretatione latina iuris publici fecit Bern. de Montfaucon in Tom. I. *Collectionis novae Patrum et Scriptorum graecorum, Euſebii Caeſareenſis, Athanaſii et Cosmae Aegyptii*, edita Par. 1706. II. fol. Omnes quidem Pſalmos Euſebius Commentariis illuſtraverat; deſiderantur autem ea, quae in Pſalmos XXXI poſteriores conſcripſit. Utitur eo interpretandi genere, ut ſenſum quidem litteralem diligenter inveſtiget, myſticum autem atque allegoricum non negligat. Linguae ebraeae quum haud peritus fuerit, ex ignorantia hac natum eſt impedimentum, quo minus omnia recte atque accurate ſit aſſequutus. Idem Eusebius *Commentarios in Jeſaiam* compoſuit horumque magnam partem idem Bern. de Montfaucon dictae *Collectionis* T. II. p. 357. primus graece ac latine in conſpectum publicum produxit. Qualem *Commentariis in Pſalmos*, talem explicandi modum in his quoque adhibuit.

Athanasii *Expoſitiones in Pſalmos*, quarum reliquiae tantum nonnullae graece ac latine quum ad uſum publicum translatae fuiſſent, iſtae poſtea longe copioſiores, non plene tamen, aut integrae cura Monachorum Benedictinorum, nominatim *Iac.*

---

*) Cf. G. Lebr. Spohn *de ratione textus biblici in Ephraemi Syri Commentariis obvii eiusque uſu critico*, Lipſ. 1786. 4. et F. Go. Uhlemann *Ephraems d. Syrers Anſichten von d. Paradieſe u. d. Falle d. erſten Menſchen*; in Illgen *Zeitſchr. f. d. hiſtor. Theologie* 1, 1, 127—318.

Lopini ac *Bern. de Montfaucon* evulgatae ſunt, Athanasii *Operum*, Par. 1698. fol. a Benedictinis editorum, Tom. II. ſ. T. I. Part. 2. p. 1009. Dubitatur tamen, an hae Expoſitiones in Pſalmos ſint Athanaſii. Quaedam alia Athanasii monumenta exegetica, antea haud edita, idem Montfaucon in *Collectione nova Patrum et Scriptorum* publicae luci expoſuit, uti: *Argumentum in Pſalmos* Tom. II. p. 69. et *Supplementa Commentarii in Pſalmos; Fragmenta Commentariorum in Evangel. Matthaei*, ibid. p. 24. et in *Evangel. Lucae*, ibid. p. 42. *)

Gregorii *Nyſſ.* Ἀπολογητικὸς πρὸς τῆς ἑξαημέρου *Explicatio apologetica in Hexaëmeron*, quae appellatur *Apologetica*, quoniam ſimul continet defenſionem Moſis atque eorum, quae nonnulli in fratris Baſilii Hexaëmero vel reprehenderant, vel deſideraverant. Exſtant etiam eiusdem Tractatus duo εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν Ψαλμῶν de *Pſalmorum inſcriptionibus.*

Cyrilli *Alex.* Γλαφυρά, i. e. ſcita et elegantia *Commentaria in Pentateuchum* ſ. potius in ſelecta quaedam Pentateuchi loca; *Commentariorum in Ieſaiam* libri quinque; *Commentarius in XII minores Prophetas; Commentariorum in Ioannem* Libb. XII. Ea ratione Cyrillus Scripturam S. exponit, ut non tam ſenſum verborum eruat, quam dogmata theologica explicet eaque ſpeciatim in *Commentariis in Ioannem* adv. Haereticos, praeſertim Arianos, ſtabiliat. Maiori ſtudio interpretationem myſticam atque allegoricam, quam litteralem interdum ſectatur. Ignarus ſermonis ebraei, ſequitur verſiones, maxime LXX interpretum. In *Commentariis in Pentateuchum* collationem V. ac N. T. diligenter inſtituit ac fundamenti loco ponit, V. T. continere

*) Rosenmüller l. c. p. 204.

uram atque umbram illorum, quae in novo evere debuerunt.

Theodoreti *Quaestiones in Pentateuchum*; in libros *Iosuae*, *Iudicum*, *Ruth*, *Samuelis*, *Regum* t *Paralipomenon*, quibus ille monstravit quidem, e Scripturae S. ac Theologiae peritum esse, tradidit autem nonnulla inutila ac longius petita. Attulit nonnunquam allegoricas res, non tam textus explicandi, quam ornatus caussa. Praeter haec, alia ingenii monumenta reliquit. Pervenerunt ad nos illius *Interpretatio in CL Psalmos*, qua Theodoretus Chrysostomum diligenter imitatus est, in sententiis pariter ac verbis; *Explanatio in Canticum Canticorum*, quae inter eius scripta locum quidem obtinuit, rationes autem sunt non contemnendae, cur docti Viri dubitant, Theodoretum istius auctorem esse; *Commentariorum in Iesaiam Excerpta*; *Commentarius in Ieremiam*; *Commentarius in Baruch*, *in Threnos Ieremiae*, *Ezechielem*, *Danielem* et *XII Prophetas minores*. Accedunt *Commentarii in XIV Epistolas Paulli*, atque ita etiam in *Epistolam ad Ebraeos*, quibus ea, quae Chrysostomus verbosius scripserat, breviter exhibet ac paucis obscure dicta explanat*). More aliorum interpretum a textu digreditur et captat occasionem, dogmata exponendi atque Arianos refutandi; ea tamen ratione, ut iustum modum teneat.

Didymi *Alex. in Epp. S. Joannis et in Ep. Petri primam Enarratio* latina nunc primum c. fragmm. graeci exemplaris suis locis interposita edit. a Gfr. Chr. J. Lücke; in *Ejusd. Quaestionum ac Vindiciarum Didymian.* Partic. II. III.

Isidorus Pelusiota interpretis munus multis in Epistolis suscepit, cui quo modo satisfecerit, egregie demonstravit Herm. Agatho Niemeyei

---

*) Vid. I. F. Chphil. Richter *D. de Theodoreto Epp. Paullin interprete*, Lips. 1822. 8. (8 Gr.)

Comment. *de Isidori Pelusiotae Vita, Scriptis et Doctrina* p. 207.

Theodorus *Mopsuestenus*, qui omnes veteris Eccl. Doctores sacras literas interpretandi peritia longe superavit, et ab allegoriis alienior, in sensu grammatico et historico investigando studium omne et diligentiam collocavit, non amplius quam XX annos natus interpretationes in S. Scripturae libros scribere coepit. Laudantur eius *Commentarii in Hexaëmeron* s. ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, *in Psalmos, in Cantica Canticorum, in XII Prophetos* et *in omnes fere N. T. libros*, quorum tamen nonnisi aliquot fragmenta in Catenis Patrum graecorum et aliis locis occurrunt. *)

Procopii Gazaei *Commentaria* s. ἐξηγητικαὶ σχολαί *in Octateuchum* h. e. in priores VIII V. T. libros, quae latine tantum *Cunr. Clausero* et *Hartm. Hambergero* interpretibus, Tigur. 1555. fol. **) exstant; *Scholia in Libros IV Regum et II Paralipomenon*, quae gr. ac lat. edita sunt a *Io. Meursio*, Lugd. Bat. 1620. 4.; *Variorum in Iesaiam Prophetam Commentariorum Epitome*, quae etiam gr. ac lat. prodiit, Par. 1580. fol.

Scripta etiam exegetica s. interpretationes librorum sacrorum ab Ecclesiae latinae Patribus accepimus. Exstant:

Hilarii *Pictav. Commentarius in Psalmos*, non in omnes quidem, attamen multos. Exposuisse eum singulos Psalmos, probabile putant Monachi Benedictini, qui *Opera* illius ediderunt, Par. 1693. fol. Id quod ubi affirmamus, sequitur, ut ea, quae in Commentario hoc desunt, aut perierint, aut in loco

*) Rosenmüller l. c. p. 250.

**) Vid. I. Chr. G. Ernesti *Ep. de Procopii Gazaei Commentariis graecis in Heptateuchum et Canticum ineditis*, Lips. 1785. 4.

quodam delitescant. Eam explanandi rationem Hilarius sequitur, ut Origenem imitetur ac quamvis sensum litteralem haud negligat, in interpretatione tamen mystica interdum nimius esse videtur. Reliquit etiam *Commentarium in Evangelium Matthaei*, quo itidem ad sensum allegoricum investigandum maius studium, quam par est, adhibet. *) Hebraicae linguae eum rudem fuisse pluribus argumentis demonstrari potest, nec graecae linguae valde peritum.

HILARII *Diaconi Commentarius in Epistolas Paulli*, cui locus quidem inter AMBROSII *Opera* dari solet; non Ambrosium autem, sed Hilarium, Diaconum Rom., illius auctorem esse, nunc inter omnes constat. Omissa est in *Commentario* hoc *Epistola ad Ebraeos*, quoniam eo tempore nonnulli negabant, illam a Paullo exaratam fuisse. Laudantur expositiones eius ob verborum brevitatem ac sententiarum gravitatem. Interdum captat occasionem, dogmata fidei confirmandi et haereticos refellendi, a longioribus autem abstinet digressionibus. Scripsisse eum etiam *Quaestiones in V. et N. T.*, quae inter AUGUSTINI *Opera* leguntur, ita probatum est, ut res supra omnem dubitationem sit posita. **)

AMBROSII *in Hexaëmeron Libb. VI*, quorum maxima pars ex BASILII Opere eiusdem argumenti sumta est; *Commentariorum in Evangelium secundum Lucam Libb.* X, quibus diligenter ostendit, qualis verborum sit sensus litteralis simulque loca quaedam ceterorum Evangelistarum illustrat ac quae inter se pugnarè videntur, ea conciliat. Sunt tamen Commentarii hi mediocris dignitatis, nec magna ab iis exspectanda est utilitas. ***)

---

*) ROSENMÜLLER l. c. p. 301.

**) OUDINUS utrumque opus Hilario abiudicat.

***) ROSENMÜLLER l. c. p. 313.

Augustini de *Genesi ad literam Liber imperfectus*, quo primum *Geneseos* caput explicare coepit; non progressus autem est in suscepta scriptione, quum existimaret, se ad opus rite conficiendum minus valere; de *Genesi ad literam Libb. XII* ab eo conscripti, postquam ad pristinum laborem post aliquod temporis spatium eo consilio redierat, ut illum continuaret atque ad finem perduceret; *Loqutionum Libb. VII*, quibus nonnulli loquendi modi, in Scriptura S., speciatim libris *Mosis*, *Iosuae* et *Iudicum* usurpati, explicantur; *Quaestionum in Heptateuchum Libb. VII*, ubi Augustinus de variis rebus difficilibus ac dubiis dictorum septem librorum, *Mosis, Iosuae ac Iudicum*, disputat; *Annotationum in Iobum* liber, quarum magna est obscuritas. Quae scripta uti ad V. T. spectant, ita aliis, ab Augustino itidem compositis, libri N. T. illustrantur. Sunt illi: de *Consensu Evangelistarum Libb. IV*; de *Sermone Domini in monte Libb. II; Quaestionum evangelicarum XCVIII Libb. II; Quaestionum in Evangelium sec. Matthaeum Lib. I; in Ioannis Evangelium Tractatus CXXIV; in Epistolam Ioannis Tractatus X; Expositio quarumdam propositionum ex Ep. ad Romanos Lib. I; Epistolae ad Romanos inchoata Expositio* atque *Expositio Epistolae ad Galatas*. In iam enarratis Commentationibus Augustinus ostendit vim ingenii ac iudicii satisque probavit, se dotibus Scripturam S. interpretandi non destitutum fuisse. Multa dixit, quae Codici divino lucem praebent atque utilitatem afferunt, hanc autem ob caussam laudari debent. Nec tamen desunt vitia, cum aliis antiquioris Ecclesiae Doctoribus, graecis ac latinis, communia, quae merito vituperantur. Digreditur saepe a principali argumento, quod enarrandum est, ac de dogmatibus aliisque rebus differit. Pro ingenio suo subtili proponit quaestiones; nec ad omnes accurate respondet.

Quae ſenſum litteralem habent, ea dicta nonnumquam allegorice interpretatur. Exſtitit, uti alii, linguae ebraeae ac graecae ignarus. Quae Auguſtinus ad exegeſin Bibliorum SS. contulit collegit Dav. Lenfant in *Biblia Auguſtiniana*, Lutet. Par. 1670. II. fol. *)

Hieronymi Commentarii in *Eccleſiaſten*, in *Prophetas maiores* ac *minores*, quibus inter reliquas eius expoſitiones primum locum deberi, omnes harum rerum periti fatentur; porro in *Matthaeum*, in quem feſtinanter ſe commentatum eſſe, ipſe non diffitetur; in *Epiſtolas ad Galatas*, *ad Epheſios*, *ad Titum*, *ad Philemonem*. Praeter Commentarios hos Hieronymus alia ſcripſit, quae ad Theologiam exegeticam quodam modo pertinent, hucque referre poſſumus Librum de *interpretatione nominum ebraicorum;* de *locis ebraicis* ſ. de *ſitu et nominibus locorum ebraicorum;* Librum *quaeſtionum ebraicarum in Geneſin*, quo verſionem latinam cum textu ebraeo ac verſionibus graecis confèrt, una cum variis eius *Epiſtolis*, quae criticae ſ. exegeticae ſunt. Quemadmodum inter graecos ordinis ſacri Patres Origenes, ita inter latinos Hieronymus princeps fuit divinae Scripturae interpres. Quum enim linguarum ebraeae, chaldaeae, graecae ac latinae peritus eſſet, interpretationibus graecis, quae in Origenis *Hexaplis* erant, uteretur, eruditos Iudaeos conſuleret, graecorum latinorumque Scriptorum commentarios legeret, iis ſane ſubſidiis inſtructus erat, quae ad Codicem divinum rite explanandum neceſſaria ſunt. Multa ſunt in ſcriptis illius exegeticis laude digna, nec negari poteſt, ex Commentariis eius, inprimis in Prophetas V. T., in Iobum, in Mat-

*) Rosenmüller l. c. p. 398. H. Nic. Clausen *Aur. Auguſtinus Hipponenſis, S. Scripturae interpres.* P. I. Havn. 1822. 8. S. C. W. Bindesböll *Auguſtinus et Hieronymus de S. S. ex hebr. interpretanda disputantes.* Ibid. 1825. 8.

thaeum et quasdam Pauli Epiſtolas non pauca ad ſenſum variorum utriusque Teſtamenti locorum conſtituendum utilia cognosci posse. Nec obſervationes criticae et verſiones latinae, Pſalmorum nempe et quorumdam librorum N. T. ſua carent utilitate. Sed multo maiora praeſtare potuiſſet, niſi ingenio ſeculi ſui in myſtica interpretandi ratione nimium indulſiſſet, niſi multa effudiſſet potius, quam accurate ſcripſiſſet, nec ſuperſtitioſa traditionis et antiquitatis veneratione quo minus verum videret, ſaepe fuiſſet impeditus. *)

M. Aurelii Cassiodori Libb. II de *Inſtitutione divinarum litterarum*, quibus veluti Iſagogen ad theologiam exegeticam exhibet ac notitiam veterum interpretum ſuppeditat; *Commentarii in Pſalmos*, ex Auguſtino fere ſumti, uti ipſe fatetur; *Complexiones in Epiſtolas et Acta Apoſtolorum et Apocalypſin.*

Primasii *Commentaria in Epiſtolas Paulli*, quae ex Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini, etiam Pelagii Commentariis collecta ſunt, ac *Commentaria in Apocalypſin.*

Pauca quidem ſunt, quae Gregorius M. ad interpretationem N. T. contulit, digna tamen viſa, quae in unum corpus colligantur. Praeſtitit hoc Arnulphus *Tornacenſis* libro, cui titulus: *Gregoriana ſuper N. T., ex operib. b. Gregorii Papae Excerpta*, Par. 1616. 4.

Bernardi, Abb. Claraevallenſis, praeter *Sermones LXXXVI in Cantica Canticorum*, nullum quidem exſtat monumentum, quod ad theologiam exegeticam proprie ſpectet, multae tamen in eius Operibus S. S. inveniuntur interpretationes, quas in

*) Rosenmüller l. c. p. 398. (L. Engelstoft) *Hieronymus Stridon. interpres, criticus, exegeta etc.*, Havn. s. a. 8. Ios. Zwinger *Apologia D. Hieronymi adv. Io. Clericum*, Friburg. 1752. 8.

§. 80.

Praeter interpretationes SS. Scripturarum, quas Patres ac Scriptores ecclesiastici reliquerunt ac quarum antea fecimus commemorationem, ab iisdem alia monumenta accepimus, ita composita, ut quamvis non ipsas expositiones Codicis divini complectantur, subsidia tamen ad explanandam Scripturam S. praebeant atque utilitatem afferant, si illa rite adhibentur. Spectant huc inprimis nonnullorum libri *Geographiae* ac *Chronologiae* inprimis *sacrae*.

Referri huc potest Eusebii, qui inter Veteres Geographiae biblicae lucem attulit, liber περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θεία γραφῇ, *de nominibus locorum et urbium in S. Scriptura*, qui etiamnum interpretibus S. Codicis magno usui esse potest. Recensuit in isto nomina dictorum locorum ordine litterarum, eorumdem situm ac quomodo aetate eius appellarentur illa, explicuit. In indice hoc ab Eusebio alia omissa, alia, quum is linguae ebraeae ignarus esset ac versionem septuaginta interpretum sequeretur, vitiose posita sunt. Hieronymus librum hunc in sermonem latinum transtulit, ita tamen, ut multa detraheret, adderet, mutaret. Per longius tempus interpretatio haec sola lecta, nec liber prius graece lucem vidit, quam quum Iac. Bonfrerius ad istum graece emittendum manus admoveret ac laudabilem operam adhiberet. Emendavit Eusebium ex Hieronymo et hunc ex illo, faciliori ordine omnia digessit, novam composuit versionem, insignes annotationes, supplementa, tabulam chorographicam Palaestinae adiecit atque operi huic eam conciliavit dignitatem, ut inter volumina Geographiae sacrae princeps habeatur. Praemissum est Commentariis eius in *Iosuam*, *Iudices et Ruth*, Par. 1631. atque iterum 1659. fol. ac titulum praefert: *Onomasticon urbium et locorum S. Scripturae s. Lib. de*

locis ebraicis graece primum ab Eusebio Caesareensi, deinde latine scriptus ab Hieronymo, in commodiorem vero ordinem redactus, variis additamentis auctus notisque et tabula geographica Iudaeae illustratus. Post Bonfrerium de libro hoc bene meritus est Io. Martianaeus. Exhibuit enim istum graece, ad exemplum msptum denuo recensitum, cum Hieronymi latina interpretatione, ad Codices manu exaratos castigata, omissis tamen Bonfrerii notis, in Hieronymi *Operum* Tom. II. Paris. 1699., ab eo editorum. Denique Io. Clericus curavit, ut integrum opus, a Bonfrerio editum, accurate ac nitide litterarum formis iterum describeretur; nec solum animadversiones, sed etiam Brocardi, Monachi ex Ord. Praedicatorum, *Descriptionem terrae sanctae* addidit, Amstel. 1707. fol.*) Idem Eusebius *Chronicon*, παντοδαπὴ ἱστορία dictum, reliquit. Duae sunt illius partes, in quarum prima, cuius inscriptio est: χρονικοὶ κανόνες παντοδαπῆς ἱστορίας, hodie valde mutila, omnium pene gentium origines et res maxime memorabiles ab orbe condito prosequutus est; in secunda autem, quae κανὼν χρονικὸς appellatur, cuncta ad temporum ordinem disposuit. *Hieronymus* latine vertit *Chronicon* hoc, nimiam autem adhibuit libertatem. Graeca perierunt, praeter Fragmenta, quae Chronologi recentiores ab interitu vindicarunt, Syncellus inprimis, Cedrenus atque alii. Collegit ista Ios. Iust. Scaliger ac cum Hieronymi latina interpretatione suisque animadversionibus in *Thesauro temporum* edidit, Lugd. Bat. 1606. fol. et Amstel. 1658. fol., quae posterior editio Scaligeri Commentarios accuratiores et multo locupletiores exhibet. Iusta tamen est dubitandi ratio, omnia ab Eusebio profecta esse, quae ei in *Thesauro* hoc tribuuntur. Merito et eruditi Viri animadvertunt, Scaligerum non cuncta

*) Vid. Ebert *Bibliogr. Wörterb.* no. 7145.

Viri doctissimi abunde demonstrarunt. *) Illa etiam latine prodiit. **)

Ammonius *Alex.*, cui *Harmoniam*, a Victore *Capuano* latine conversam, docti Viri adscribunt ac simul pronuntiant, Ammonium hunc primum ad Harmoniam componendam se contulisse. Edidit illam Mich. Memler, sub titulo: *Quatuor Evangeliorum Consonantia*, Mogunt. 1524. Differt Harmonia haec ab ea, quam Ottom. Luscinius, iuris publici fecit quaeque et postea ex recognitione *Casp. Bruschii* in lucem exiit, Erfurt. 1544. 8. et in *Micropresbytico*, Basil. 1550. fol. Prae se habet ista Ammonii nomen: quem autem Ammonium Alexandrinum iuniorem, Sec. V Scriptorem, aut alium Eruditum auctorem esse, nonnulli suspicantur. ***) Tribuitur etiam Ammonio huic opus de *consensu Mosis et Iesu;* interiit autem illud.

Iulius *Africanus*, qui adducendus est ob *Epistolam ad Aristidem de dissensione, quae videtur esse inter Matthaeum et Lucam in Genealogia Christi enarranda*, ubi id agit, ut ex traditione quadam dissensum, qui inter Matthaeum ac Lucam esse videtur in Genealogia Christi, tollat. Partem Epistolae huius exhibet Eusebius Lib. I. *Hist. eccles.* Cap. 7. Est illa quoque apud Nicephorum Lib. I. Cap. 11.

Theophilus *Antioch.*, quem *Harmoniam Evangelistarum* composuisse, Hieronymus in *Epi-*

---

*) Leg.: Fabricius *Cod. apocryph. N. T.* p. 377. Ittig *Hist ecclesiast. Sec. II.* p. 17. ac *Dissert. de haeresiarchis* p. 200. Pagi *Critica in Annales Baronii* I, 167. Millius *Prolegg. N. T. graeci* p. 88. Valesius *Annotatt in Eusebii Hist. eccles.* Lib. IV. Cap. 20. Tentzel *Dissert. select.* Part. I. p. 224. Buddeus *Isagog. ad theolog. univers.* Lib. II. Cap. 8. p. 1588. Fabricius *Bibl. gr.* VII, 91.

**) Edita illa est latine non semel, sed iterum atque iterum in *Orthodoxographis* et in *Bibliothecis Patrum.*

***) Millii *Prolegg N. T. graeci* p. 162. Ittig *Praef. Tr. de Biblioth. et Catenis PP.* p. 500. Buddei *Isag. ad theolog. univers.* p. 1583. Fabricius *Bibl. gr.* IV, 880.

ſtola ſ. *Libro quaeſtionum ad Algaſiam*, Tom. IV. *Operum* I, 197. edit. Martianaei, auctor eſt, niſi ſuſpicari velimus, illum per *Harmoniam* Commentarios in Evangelia intelligere; ab hac autem coniectura quando abſtinemus ac *Harmoniam* de ſingulari libro ſumimus, periit illa, nec ad nos delata eſt.

Eusebius, qui ad locum hunc refertur ob *Canones evangelicos*, Harmoniae Evangeliſtarum inſervientes, quos Hieronymus de *Viris illuſtribus* Cap. LV. Ammonio Alexandrino adſcribit; recte autem DD. VV. animadvertunt, Hieronymum aut errare, aut non ſatis accurate loqui. Non ſolum Cassiodorus, in *Inſtitut. divinar. Scriptur.* Cap. VII. Canones illos Euſebio diſerte tribuit, ſed etiam Eusebius ipſe in *Epiſtola ad Carpianum*, *Canonibus* hisce praemiſſa, teſtatur, Ammonii Μονοτέσσαρον occaſionem ipſi dediſſe, Canones hosce excogitandi. Eam ob rem affirmant alii, illos non ad Ammonium, ſed ad Euſebium tamquam auctorem referendos eſſe. *) Alii arbitrantur, Canones hos ab Ammonio quidem excogitatos, ab Euſebio autem perpoſitos eſſe.

Ambrosius, ſub cuius nomine brevius ſcriptum exſtat de *Concordia Matthaei et Lucae in Genealogia Chriſti;* illud autem adulterinum eſſe, ſatis probatum eſt. **)

Augustinus, cuius de *Conſenſu Evangeliſtarum* Libb. IV ad nos pervenerunt. Sunt illi luculentum Harmoniae evangelicae monimentum, ab Auguſtino eo conſilio ſcriptum, ut veritas atque auctoritas Evangeliorum a calumniis hominum ſuperſtitioſorum defenderetur.

---

*) In illis eſt Simon *Hiſt. crit. Comment. N.-T.* Cap. VI. p. 90.

**) Exſtat illud in Ambrosii *Operum Appendice, Tom.* II. p. 609. edit. Benedict. Par. 1690.

§. 82.

Veterum Chriſtianorum Doctores, quos Patres appellamus, *nec recte*, *nec accurate* ſemper *Scripturam S. interpretatos* eſſe, ſatis conſtat. Quas reliquerunt Explicationes abunde probant, illos varia ratione a recta via aberraſſe nunc in interpretationibus myſticis atque allegoricis nimios fuiſſe, ſenſum autem litteralem ſine iuſta cauſa neglexiſſe; nunc digreſſiones feciſſe atque omiſſa verborum expoſitione, dogmata explanaſſe ac pertractaſſe controverſias; nunc vocum ſignificationes non debita indagaſſe induſtria. Non tamen propter naevos hos ſcripta iſtorum exegetica contemnenda, multo minus perſtringenda ſunt; ſed propter veritatem pariter ac amorem decet nos, merita Patrum in rebus exegeticis laudare ac minus probanda propter varias cauſſas excuſare.

Inter Patrum *Vitia exegetica* primum locum tenet *nimium ſtudium Interpretationis myſticae*, ſpeciatim allegoricae, cuius multa exempla illi nobis praebent, nominatim: THEOPHILUS *Antioch.*, HILARIUS, CYRILLUS *Alex.*, inprimis ORIGENES, qui diverſos quidem modos Scripturam S. explicandi adhibuit, maxime tamen allegoricam rationem ſectatus eſt atque ex ea cepit voluptatem. Ei multi addicti fuerunt *) atque in illis quoque libris, quibus ex

*) I. CHPH. COSTER (praef. *Semler*) *De myſticar. interpret. ſtudio ab Aegyptiis maxime PP. repetendo.* Hal. 1760. 4. Qui hanc PP. allegoricam S. S. interpretandi rationem excuſandi periculum fecerunt citat STEPH. WIEST *Inſtitutt. patrologiae* §. 234. L. ANT. MURATORIUS autem *de Locis theolog.* Tom. III. p. 612. edit. Inſulis Flandror. 1737. 8. hanc in rem haec ſcribit: *Quaecunque a Recentioribus tanto cum ſaſtu et discutiuntur et illuſtrantur in Scripturis, ea propemodum omnia nihil aliud quam Parerga ſunt: hoc eſt, ad Eccleſiae aedificationem minime neceſſaria, nihilque magni momenti per illa adiungitur ad illuſtrationem doctrinae ec*

instituto non exegetica, sed dogmatica ac polemica enarrant ac quum saepe ad Scripturam S. provocant, eam modo allegorico interpretantur. Exempla, quae hoc probant, IRENAEUS, TERTULLIANUS, CLEMENS *Alex.*, CYPRIANUS atque alii exhibent. Studium tamen interpretationis allegoricae tantum fuisse apud Patres hos, ut illi sensum litteralem plane negligerent, neque existimandum neque dicendum est. *) Exstiterunt omnino inter eos, qui indagarent, qualem sententiam verba per naturalem significandi vim suam prodant, id quod HIERONYMUS exemplo suo confirmat, una cum AUGUSTINO, eiusdem rei teste.

Nec plane approbandae sunt *Digressiones*, quas Patres non raro fecerunt atque a dicto sacro, in quo interpretando versantur, occasionem sumserunt, dogma religionis nostrae explanandi, vel adversariorum errores confutandi. Quamvis enim ab iis multa praeclare atque utiliter dicta sint, iustum tamen modum interdum negligunt atque in digressionibus longiores sunt, quam in re ipsa principali, sive expositione dicti, nunc instituenda. Qualem significandi vim voces habeant, sive simplices illae sint, sive coniunctae cum aliis, non diligenter indagarunt hocque non aliter fieri potuit Patres enim, si Origenem ac Hieronymum excipiamus, linguarum haud periti erant, id quod antea uberius edisseruimus. Omnia haec, quae iure in Patrum theologia exegetica reprehendi posse videntur, non impediunt, quo minus eos laudemus ac, quando haud recte Scripturas divinas interpretati sunt, excusemus. Repu-

---

religionis christianae. Utilia sunt, laudanda sunt, non nego; at nunquam eius necessitatis, quam sibi nonnulli somniant.

*) Vid. *De litterali et mystico sensu Scripturae S. ex mente Patrum Lib.*, Lutet. Paris. 1727. 8. cuius luculentam Epitomen dedit CAR. DE LA RUE *Praefat. ad Vol. II. edit. Opp. Origenis.*

tanda est ratio temporis, quo isti vixerunt, ac litterarum, quibus se consecrarunt. Sane si iis subsidiis, quibus nos uti possumus, instructi fuissent, ab eorum ingeniis atque industria eximia theologiae exegeticae documenta exspectari potuissent.

Lucem viderunt varia scripta, quae argumentum hoc illustrant hucque referri possunt:

Dan. Whitby *dissert. de SS. Scripturarum interpretatione secundum Patrum Commentarios*, Lond. 1714. 8. *) qui Patribus Ecclesiae, interpretibus SS. Scripturarum, minus, quam par est, tribuere videtur. In eo studia sua collocavit, ut probaret, Scripturam esse unicam fidei regulam, Patres idoneis interpretibus litterarum sacrarum haud annumerari posse; controversias de Trinitate non ex Patribus, Conciliis, aut Traditione vere catholica certo definiendas.

Chph. Wollii *Hermeneutica N. F. acroamatico-dogmatica*, ubi auctor praeter alia narrat, quid veterum Christianorum Doctores in theologia exegetica praestiterint.

Dav. Millii *Or. de fatis theologiae exegeticae*, Trai. ad Rh. 1729. 4.

I. Ge. Rosenmüller Historia interpretationis libror. sacror. in Ecclesia christ. P. I. II. Hildburgh. 1795. 98. P. III—V. Lips. 807—14. 8. (7 Rth. 20 gr.)

Io. Iust. Losii *Exercit. de defectu iudicii logici in Scriptoribus ecclesiasticis et haereticis veteris Ecclesiae*, quam Io. Diet. Wincklerus iuris publici fecit et in *Tempen, Anecdota sacra varia complexam* p. 409. transtulit.

*) Bernardi *Nouvelles de la républ. des lettres* a. 1717. *Mart, et April* p. 215. Clerici *Biblioth. ancien. et modern.* VI. p. 128. *Iourn. litéraire* VI, 75.

Alb. zum Felde *Decas Observationum sacrarum ex Patribus apostolicis*, Kilon. 1711. 4.

Sigism. Baschii Differt. de *interpretatione N. T. ex Patribus apostolicis*, Lipf. 1726. 4.

Erh. Andr. Frommann *Obss. ad interpret. N. T. ex Clemente Rom* Cob. 1768. 4.*) Dan. Fr. Zastrau *De Iustini Mart. biblicis studiis Commentatt. II.* Vratisl. 1831 sq. 8., quibus disquirit, quosnam et quatenus cognoverit libros V. et N. T., et quae utriusque Testamenti librorum fuerint Iustini studia.

Erh. Andr. Frommann *Interpretatt. N. T. ex Hippolyto collectae.* Cob. 1765. 4. Maximam harum interpretationum partem iam exhibuerunt interpretes.

Eiusd. Programm. II. *Interpretatt. N. T. ex Irenaeo.* Ibid. 1766. 4.

P. Mynster D. *de Dionysii Alex. circa Apocalypsin sententia, huiusque vi.* Havn. 1826. 8.

Io. Sal. Semleri Differt. de *antiquitatibus hermeneuticis ex Tertulliano, quibus N. T. loca quaedam illustrantur*, Hal. 1765. cui addi potest: Eiusdem supra citata *Differt hist. - theol. de mysticarum interpretationum studio ab Aegyptiis Patribus maxime repetendo, hodie parum utili*, ibid. 1760.

Io. Franc. Buddei *Exercit. hist. - philol. de Allegoriis Origenis*, Vitemb. 1689. est in eiusdem *Parergis historico - theologicis* p. 139. Ob nimium allegoriarum studium Origenes iam ab antiquis reprehensus est, ab Epiphanio, Hieronymo, Basilio, Chrysostomo, Augustino atque aliis. Legantur et:

*) De usu et momento *Epistolarum Ignatianarum* in interpretando N. T. quaedam allata sunt a Nic. Chr. Kistio *Ueb. d. Urspr. d. bischöfl. Gewalt in d. christl. Kirche etc.;* in Illgenii *Zeitschr. f. hist. Theol.* II.

Pet. Dan. Huetius, *Origenianor. Libr. II. Cap. 2. Quaest.* 13. p. 170., Car. de la Rue *Praef. ad Origenis Operum* Tom. II.

Io. Diet. Winckleri Praef. ad *Philologemata Lactantiana ſacra, variis locis tum ſacri Codicis illuſtrandis, tum Lactantii explicandis corrigendisque inſervientia*, qua de ſtudiis exegeticis Patrum Eccleſiae erudite diſputat.

Io. Clerici *Quaeſtiones Hieronymianae*, Amſtel. 1700. 8. quem librum eam ob rem memoramus, quoniam eo Clericus Hieronymi interpretationes ac commentarios nimis reprehendit. Qui ediderat Hieronymi *Opera*, Io. Martianaeus defendit ſe ab adverſario hoc, quod iam antea dictum eſt.

Locum hunc quodam modo aſſignare quoque poſſumus Tob. Pfanneri *Amoenitatibus S. Scripturae, a Patribus aliisque explicatae, vindicatae, illuſtratae*, Frcf. et Lipſ. 1698. 8. ubi praecipue Patrum ſcripta recenſentur, quibus divina dicta explicata atque illuſtrata exhibentur, neque autem iuſto delectu, neque debita induſtria. Multa ſine ordine narrata, multa omiſſa ſunt hocque nomine liber hic non magni momenti, non magnae utilitatis eſt.

Caput IX.

DE
PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA DOGMATICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Commemorantur Patres Ecclesiae, qui singularia fidei dogmata exposuerunt §. 83. 84.
Minus autem compendia scripserunt, nec methodo systematica usi sunt §. 85.
Qui testimonia veritatis evangelicae ediderunt, cum universe considerati §. 86. 87.
Tum singulares Patres, cum notitia auctorum, qui testimonia haec recensuerunt, illustrarunt, vindicarunt §. 88 — 95.

§. 83.

Postquam de Patrum theologia exegetica exposuimus atque narravimus, qualem Scripturas SS. interpretandi rationem illi sequuti sint, progredimur ab eorumdem *Theologiam dogmaticam*, eo consilio, ut non solum ipsa fidei dogmata recenseamus, quae ab illis tradita atque explanata sunt, sed etiam methodum docendi, a Patribus adhibitam, illustremus ac speciatim ostendamus, quid ad quaestionem respondendum sit: num antiquiores Christianorum Doctores compendia ac systemata theologiae dogmaticae scripserint atque alios instituendo, methodo illorum propria usi fuerint?

§. 84.

Dogmata fidei ipsa duplici modo in Patrum monimentis tradita ac conservata sunt. Alii enim ista oblata tantum occasione explicarunt, quando praecipue adversarii caelestis doctrinae profligandi atque errores eorum confutandi erant, alii autem studia sua ad fidei articulos enarrandos ita contulerunt, ut ex animi decreto atque ex instituto ad laborem hunc aggrederentur ac singularia de illis monimenta componerent atque ad posteros transmitterent. In his locum sibi fecerunt:

Athenagoras, qui reliquit libellum de *Resurrectione*, saepius editum graece ac latine.

Tertullianus, cuius duo scripta ad nos pervenerunt, loco hoc memoranda. Alterum est liber de *Baptismo*, cui occasionem praebuit Quintilla quaedam, quae Caianam haeresin professa, Baptismum impugnavit, ac plerosque Carthaginenses ad partes suas traxit; alterum est liber de *Resurrectione carnis*.

Hilarius *Pictav.*, cuius opus de *Trinitate* Libb. XII ab iniuria temporis se vindicavit et ad nos delatum est. Multum illud laudat Erasmus *Praefat. ad Hilarii Opera*, verbis his: *Videtur tota vi annisus, ut in hoc opere declararet atque exerceret, quidquid eloquentia, quidquid sacrarum litterarum cognitione posset*, qui et in libris his emendandis praecipue singularem operam posuit.

Basilius *Magnus*, huc referendus ob libros duos περὶ βαπτίσματος *de Baptismo*, speciatim de institutione eorum, qui salutari aqua abluendi sunt deque vita sanctiore, a baptizatis amplectenda. Addi potest Basilii huius liber περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος *de Spiritu S. ad Amphilochium*, Iconii in Lycaonia Episcopum, qui scriptus quidem est occasione Aetianorum, Spiritum S. rebus creatis prave

annumerantium; illi tamen et inter ſcripta dogmatica locum quodam modo aſſignare licet. Librum hunc germanum eſſe monimentum ac Baſilio recte tribui, Erasmus negavit, aut ſaltem dubitavit huncque alii ſequuti ſunt, inter eos Scultetus, qui *Medulla Patrum* p. 1055 magnam libri partem iudicat eſſe Baſilio ſuppoſitam. Fuerunt tamen, qui reſiſterent ac gravioribus argumentis probarent, Baſilium librum hunc omnino ſcripſiſſe. Inter defenſores hos princeps eſt Is. Casaubonus *Exercitation.* XVI, Cap. 43.

Gregorius *Nyſſ.*, qui ob varia ſcripta memorari poteſt. Exſtant eius liber περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου *de Opificio hominis*, ad Petrum fratrem, Sebaſtenum Epiſc.; τὰ Μακρίνια, περὶ ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως *Macrinia* ſ. *de Anima et Reſurrectione Dialogus* cum ſorore Macrina, quum Baſilium fratrem exſtinctum lugerent; *ad Euſtathium* (Sebaſtenum) περὶ τῆς ἁγίας τρίαδος καὶ κατὰ τῶν πνευματομάχων, ὅτι Θεὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον *de S. Trinitate et quod Spiritus S. ſit Deus;* περὶ τοῦ μὴ οἴεσθαι λέγειν τρεῖς Θεοὺς *de eo, quod non putandum ſit, tres dici Deos oportere;* περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως *de differentia eſſentiae et hypoſtaſeos*, quae tria monimenta, ad Trinitatem ſpectantia, etiam in ſcriptis polemicis numerari poſſunt.

Ambrosius, cuius adduci poſſunt: *de Fide*, vel ut Codices nonnulli habent, *de Fide et Trinitate ad Gratianum Aug. Libb. V; de Spiritu S. Libb. III*, ex Didymi ut plurimum, Baſilii aliorumque Graecorum ſcriptis collecti; *de Myſteriis*, ſ. *de iis, qui myſteriis initiantur Liber*, cuius tamen fides admodum eſt ſuſpecta. Nomen *Ambroſii* prae ſe quoque habent Libb. VI *de Sacramentis;* in utramque autem partem diſputatur, num Ambroſius eorum ſit auctor, nec ne? Certum quidem atque exploratum eſt, Ambroſium libros de *Sacramentis* ſcripſiſſe; non ſine

caussa autem plerique existimant, qui hodie exstant, eos ab Ambrosio non compositos, aut ita interpolatos fuisse, ut novam plane faciem induerint.

Chrysostomus *Libb. VI* περὶ ἱερωσύνης *de Sacerdotio;* Λόγος παραινετικὸς πρὸς Σταγείριον ἀσκήτην δαιμονῶντα, *de providentia Dei*, ad Stagirium Monachum Libb. III.

Cyrillus *Alex.*, auctor variorum scriptorum, quibus locus hic assignari potest. Sunt illa: Ἡ βίβλος τῶν Θησαυρῶν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίας Τριάδος *Thesaurus; s. de sancta et consubstantiali Trinitate; de sancta et consubstantiali Trinitate Dialogi VII* ad eundem Nemesinum, ad quem Thesaurorum librum misit, quibus subiungitur veluti compendium Dialogi septimi, *de Spiritu S.* inscripti, et potius argumentorum, in isto adductorum, epitome. *Dialogus de incarnatione unigeniti*, alter, *quod unus sit Christus;* liber περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως *de recta fide*, ad Theodosium Imp.

Theodoretus, cuius X *Orationes* περὶ προνοίας *de providentia*, Antiochiae habitae, conservatae atque ad nos delatae sunt. Exstat quoque eiusdem opus, inscriptum: Ἐρανιστὴς *Eranistes*, s. *Polymorphus*, quatuor libris, quorum tres priores Dialogi formam habent; quartus autem inscribitur: *Demonstratio per Syllogismos.* Exponitur praecipue de unione duarum naturarum in Christo.

Salvianus, *Massil.* qui ad posteros transmisit: Libb. VIII *de Providentia et gubernatione Dei et de iusto ac praesenti eius iudicio*, ad Salonium Episc., discipulum olim suum.

Fulgentius, cuius *de veritate Praedestinationis et Gratia* libros tres *Iac. Sirmondus* edidit Par. 1612. 8. A reliquis huiusmodi scriptis commemorandis abstinemus.

§. 85.

Non tamen existimandum est, Patres Ecclesiae, sive Doctores sex priorum seculorum christianos compendia exarasse ac methodum systematicam adhibuisse. Scripta, quibus hoc probare volunt, ea nihil monstrant ac praeferunt, quae ad systema eiusque methodum pertinent. Princeps enim rei huius ratio non in ipsis dogmatibus, quae explicantur, sed in ordine, quo ista inter se cohaerent, posita est.

Varii Patres ecclesiastici memorantur, qui in tradenda theologia dogmatica methodo systematica usi sint; ad quae autem tamquam exempla provocant, scripta eorum minus valent ad probationem. Adducuntur, quorum nunc mentionem faciemus ac monstrabimus, apud illos methodum systematicam non deprehendi. Sunt illi:

Theophilus *Antioch.*, cuius Libros tres *ad Autolycum* Compendium theologiae christianae exhibere, nonnulli sibi persuadent huicque sententiae favere videtur Codex regius Parisiensis, qui hanc inscriptionem prae se fert: περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, *de fide christiana*, una cum iis, quae Eusebius H. E. IV, 24. habet, quando libros hos τρία τὰ πρὸς Ἀυτόλυκον στοιχειώδη συγγράμματα appellat, h. e., interprete H. Valesio, *tres ad Autolycum libros, institutionem fidei continentes.* Sed qui ipsos libros hos attente perlegit, fatebitur, Theophilum in illis non Compendium doctrinae christianae exhibere; sed in conscribendis istis eum finem propositum sibi habuisse, ut eos confutaret, qui plura numina venerantur. *Primo* libro nonnulla differit de Deo, essentia eius atque attributis ac resurrectionem mortuorum exemplis, quae nec homines pagani negare audebant, comprobare annititur; *secundo* autem ex ipsis Scriptorum superstitiosorum monimentis osten-

dit, falſam, vanam, ridiculam eſſe illorum religionem; ac *tertio* denique id agit, ut probet, Scriptores ethnicos, poetas, hiſtoricos, philoſophos multa vana, falſa, inepta de Diis ac de moribus tradidiſſe; hiſtoriam contra Moſis omnium eſſe veriſſimam atque antiquiſſimam. Id quod ut probet, hiſtoriam chronologicam ab ortu mundi usque ad ſua tempora pertexuit. Ex his ſatis eſt manifeſtum, Theophilum non cogitaſſe de methodo ſyſtematica.

Clemens *Alex.*, de quo nonnulli affirmant, eum in libris ὑποτυπώσεων ſyſtema theologicum exhibuiſſe, immo primum fuiſſe, qui ad eiusmodi opus aggrederetur. Quando Andr. Hyperius de origine huiusmodi librorum loquitur, inter alia dicit: *de ratione ſtud. theol.* Libb. III. Cap. 1. p. 396. *Itaque primus fere aggreſſus eſt, id facere, circiter annum a Chriſto nato centeſimum octogeſimum, Clemens Alexandrinus, qui in celeberrima ſchola theologica Alexandrina edidit libros* στρωματέων *octo et totidem* ὑποτυπώσεων. *In quorum priori opere cum ſacris confert etiam philoſophica, ad docendos nimirum convincendosque gentiles; in poſteriori ex ſolis ſacris litteris depromit univerſa, referente Euſebio, Hiſtor. eccleſ. Lib. VI. Cap. II. Poſt quem Dionyſius quidam, incertum, Corinthiusne an Alexandrinus, ſimiliter* ὑποτυπώσεων *theologicarum emiſit volumen.* Verum apud Euſebium ea non ſunt, quae Hyperius ex iſto probare voluit. Clemens in libris his *Hypotypoſeon* ſ. *Inſtitutionum* utriusque Teſtamenti, veteris et novi, breviorem enarrationem inſtituit ac quae a magiſtro ſuo Pantaeno acceperat, a maioribus ipſi tradita, expoſuit. Temporis iniuria abſtulit nobis opus hoc, in quo *impios* et *fabuloſos ſermones*, immo *blaſphemiarum portenta* ineſſe, notavit Photius *Codic. CIX. CXI.* Attamen ſuſpicatur, haec ab aliena manu addita eſſe, non ſine probabilitate, ac ſimul animadvertit, multa in libris

his contineri, quae Clemens in ceteris ſuis ſcriptis oppugnet. Opus igitur *Hypotypoſeon* non ſyſtema theologicum nobis praebet ac qui hoc perſuadet ſibi, aperte errat.

Origenes, quem primum doctrinae chriſtianae compendium compoſuiſſe, itidem nonnulli putant. Ge. Calixtus ſcribit in *Apparat. theolog.* p. 122.: *Primus etiam Origenes ſummam doctrinae chriſtianae ſcripto et libris complecti atque exponere, conatus eſt, quos* περὶ ἀρχῶν, *quaſi religionis principia traderent, inſcripſit, etiamſi forte rem maiori induſtria et ſtudio, quam felicitate et ſucceſſu ſit exequutus. Interim tamen eam primus, quod equidem ſciam, aggreſſus eſt.* Ita etiam Lud. Ell. du Pin *Method. ſtud. theol* p. 17. ſentit dicitque: *Origenes primus eſt, qui theologiae ſyſtema quoddam in opere, cui titulum fecit;* περὶ ἀρχῶν, *ſeu de Principiis, primus aggreſſus eſt. Sed conatus hic novus felici caruit ſucceſſu. Auctor enim hic genio ſuo nimium indulgens, dum doctrinam chriſtianam principiis philoſophiae Platonicae accommodare ſatagit, pluribus ſeſe irretivit erroribus, qui poſtea memoriam et exiſtimationem nominis eius deturparunt.* Non negandum eſt, Origenem in libris περὶ ἀρχῶν, ſ. *de Principiis*, quos hodie latine tantum ex verſione Rufini exſtare conſtat, praecipua religionis chriſtianae capita attigiſſe, quod etiam Photius *Codic. VIII* oſtendit, quando ſummam operis huius enarrat. Agere Origenem dicit libro *primo* de Patre, Filio et Spiritu S.; *ſecundo* de mundo rebusque in eo conditis; de uno eodemque Deo legis et prophetarum; de uno Deo V. et N. T.; de Saluatoris incarnatione, eum ibi verba facere eumdemque Spiritum in Moſe et aliis Prophetis ſanctisque Apoſtolis fuiſſe; item de anima, de reſurrectione, de poena, de praemiis; libro *tertio* de arbitrii libertate; qua ratione Diabolus contrariaeque poteſtates, ſecundum

Scripturarum doctrinam, cum humano genere pugnent; de mundo, eum habere ortum et corruptioni obnoxium esse, ut qui a tempore initium sumserit: *quarto* denique de fine ultimo; de divinitate Scripturarum deque ratione, easdem legendi atque intelligendi. Cuncta haec si quis accurate considerare velit, facile videbit, Origenem in memoratis dogmatibus tradendis non talem servasse ordinem, qualem compendium s. systema doctrinae christianae requirit praetereaque de rebus divinis ita commentatum esse, ut magis Philosophiae, quam Scripturae S. normam sequeretur. Tacemus de erroribus non levioris momenti, quos in libris his inesse, iam Photius notavit quumque Rufini interpretatio istorum non debita accuratione composita est, nec certi quid de Origenis dogmatibus, ibi memoratis, pronunciare licet. Videantur: Pet. dan. Huetius *Origenian. Libr. III. Cap.* 3. *sect.* 2. p. 266. et Io. Franc. Buddeus *Isag. ad Theol. univers. Libr. II. Cap.* 1. §. 6. p. 347. Rössler *Bibl d. KVV.* II, 83.

Cyrillus *Hieros.*, qui reliquit Κατηχήσεις τῶν φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσαι εἰσαγωγικαὶ τοῖς τῷ βαπτίσματι προσελθοῦσι *Catecheses XVIII ad Competentes* s. ad eos, qui petebant, ut mysterio sacri lavacri initiarentur. In illis Cyrillus primum de Peccato, de Baptismo praecipuisque fidei capitibus exponit; deinde autem omnes articulos Symboli Hierosolymitani fuse explicat. Praeter has, eiusdem auctoris habentur Λόγοι μυσταγωγικοὶ ε̕ πρὸς τοὺς νεοφωτίστους *Catecheses* s. Catecheticae orationes *mystagogicae quinque, ad eos, qui recens sunt baptizati*, quibus praesertim de Baptismo ac S. Coena agit atque officia salutari aqua ablutorum percenset. Explicat ita quidem Cyrillus dogmata religionis christianae, non omnia, sed nonnulla: non ordine naturali inter se connexa, sed liberiori sermone. Quae quum ita sint, non accepimus ab eo compen-

dium ac ſyſtema theologiae chriſtianae. Deſunt in Catecheſibus his, quae ſyſtematis propria ſunt.

Athanasius, quem nonnulli huc referunt ob Σύνοψιν ἐπιτομῆς τῆς θείας γραφῆς, παλαίας καὶ νέας διαθήκης, *ſuccinctae divinae Scripturae V. et N. T. Synopſin.* Inter *Opera* eius locum illa obtinuit; aperte autem a vero aberrant, qui *Synopſin* hanc ſcriptis ſyſtematicis annumerant. Primum enim in illa non dogmata fidei proponuntur, ſed narratur, quid ſingulis Scripturae S. libris contineatur. Conſenſio nunc praeterea eſt inter eruditos Viros, librum hunc Athanaſio perperam tribui. Idem ſtatuendum eſt de Σύνταγμα διδασκαλίας πρὸς μονάζοντες καὶ πάντας χριστιανοὺς κληρικούς τε καὶ λαϊκούς *Syntagma doctrinae, ad homines ſolitarios omnesque chriſtianos, tam clericos, quam laicos,* qui libellus itidem Athanaſii nomen prae ſe habet atque a nonnullis inter ſcripta ſyſtematica numeratur. Sed in *Syntagmate* hoc non de dogmatibus fidei praecipitur, ſed vitae morumque regulae Monachis praeſertim, praeſcribuntur. Num et Athanaſius *Syntagma* hoc compoſuerit, nec ne? de eo diſputatur.

Lactantius, cuius Libri VII *Inſtitutionum divinarum* haud complectuntur ſyſtema doctrinae chriſtianae, quamvis id inſcriptio illarum indicare videatur. *) Quaedam tantum, non omnia dogmata religionis noſtrae, tradit Lactantius: de Chriſto copioſe exponit, reliqua autem capita fidei praetermittit. Immo animus ipſi fuit, dogmata non tam explicare ac confirmare; quam defendere atque errores hominum ſuperſtitioſorum refellere, id quod ſinguli libri oſtendunt. Eorum *primo* diſſerit de falſa ſapientia impugnatque homines, qui plura numina colunt: *ſecundo* in originem erroris de rebus divinis

---

*) H. I. Spyker *D. de pretio, Inſtitutionibus divin. Lactantii tribuendo.* Lugd. B. 1820. 8.

inquirit: *tertio* paganorum philosophiam explodit: *quarto* exponit de Christo speciatimque de quaestione, quomodo duae personae, Pater et Filius, sint unus Deus? *quinto* de iustitia, quae sit apud solos Christianos; de vero numinis cultu contra eosdem gentilium philosophos: *sexto* ac *septimo* de vita beata. Argumenta, quae ad rem probandam affert, non semper magnam vim confirmandi prae se habent; sed iis saepe similia sunt, quibus oratores utuntur. Recte dicit ABR. SCULTETUS *Medull. theolog. PP. Part. I. Libr.* 10. *Cap.* 11. p. 422. *Quoniam plus operae in falsis refutandis, quam in veris confirmandis posuit Lactantius, ideo pauca fidei nostrae capita plene ab eo sunt exposita: pleraque tantum attigit, plurima non intellexit.*

AUGUSTINUS, qui itidem nullum Systema theologicum scripsit, ac quamvis nonnulla reliquerit, quae libris systematicis annumeranda esse putari possent, hoc tamen iure haud fieri potest. Composuit *Enchiridion ad Laurentium de Fide, Spe et Caritate* cura *Ad. Rechenbergii* iterum editum, Lipſ. 1705. 12., brevior autem tantum summa doctrinae christianae eo exhibetur*). Libri eiusdem de *Doctrina christiana* non de dogmatibus, sed de ratione Scripturam S. interpretandi, praecipiunt hocque nomine locum hunc haud obtinere possunt, id quod etiam dicendum est de scriptis eius catecheticis. Sed tamen negari haud potest, Augustinum, quum ille de rebus divinis subtiliter disputaret atque ex principiis formaret conclusiones; ita autem systematicam docendi rationem quodam modo sectaretur,

---

*) Ipse AUGUSTINUS de hoc libro *Retractatt.* II, 63. „Scripsi etiam librum *de Fide, Spe et Charitate*, cum a me, ad quem scriptus est, postulasset, ut aliquod opusculum haberet meum de suis manibus non recessurum, quod genus Graeci *Enchiridion* vocant. Ubi satis diligenter mihi videor esse complexus, quomodo sit colendus Deus, quam sapientiam esse hominis utique veram divina Scriptura definit."

viam paraſſe ad docendi methodum, qua poſtea Scholaſtici uſi ſunt. Recte nonnulli pronuntiarunt, fontem praecipuum, ex quo Scholaſticorum theologia ſyſtematica in Eccleſia occidentali hauſta ſit, Auguſtinum fuiſſe. Late haec ediſſerit Lud. Ell. Dupin *) verbis his, latine tantum huc transferendis: *Uſitata eius methodus eſt, praeclara principia ponere, ex quibus innumeras elicit conſequentias, adeo, ut omnia doctrinae illius capita arctiſſimam inter ſe connexionem habeant. In plerisque myſteriis magis ratiocinatus eſt, quam ullus auctor ante illum: plures quaeſtiones, prius non motas, agitat harumque plures ſola acuminis ſui vi diremit. Longe ſaepius abiit ab eorum ſententia, qui ipſum praeceſſerunt, ut novam prorſus viam inſiſteret, ſive in Scripturarum explicatione, ſive in theologicis opinionibus. Circa res theologicas de eo dici poteſt, quod de ſe ipſo dicebat Cicero circa philoſophiam, quod fuerit magnus opinator, id eſt, quod plurimas opiniones, quae meram habeant probabilitatem, in medium protulerit. Sed id fecit Auguſtinus admodum modeſte ac prudenter, non ea mente, ut alios ad arbitrium ſuum, caecorum in morem, ſequendum adigeret. Contra vero, quum agitur de Eccleſiae doctrina, eam cum animi firmitate proponit ac tuetur, eamque oppugnantes fortiter adoritur. Multo minus eruditione, quam ingenii dotibus valebat. Nam neque linguas callebat, neque Veterum ſcripta evolverat. Multo facilius ac terſius, quam polite et eleganter ſcribebat. Quamvis rhetoricam docuiſſet, oratorum tamen eloquentiam non poſſidebat, aut illam ſaltem negligebat; immo nec ſemper in phraſibus ſuis caſtigatus eſt ſtilus eius, vocabulaque impropria atque barbara quandoque uſurpat, argutiis ſaepius vocumque alluſionibus utitur: res easdem frequenter repetit*

*) *Nouvelle Biblioth. des Auteurs eccléſiaſt.* III. p. 256.

eademque ratiocinia centies in scriptis suis inculcat. Eidem mentis conceptui diutius inhaeret, quem variis modis effatur, et in locos communes excurrere solet. Argumenta innumera ex aliquo principio edisseruit corpusque theologicum, ut ita loquar, latinorum Patrum, qui post ipsum vixerunt, efformavit. Hi siquidem ex illius libris non tantum hauserunt principia, quibus usi sunt, sed etiam frequenter eumdem mere transscripserunt.

GENNADIUS *Massil.*, quem si quis existimare velit, recte ad locum hunc referri ac Scriptoribus systematicis annumerari ob librum *de Dogmatibus ecclesiasticis*, sciat ille, se in perversa persuasione versari. Per *Dogmata ecclesiastica* intelligit ea, quae recepta sunt in Ecclesia ac contra haereticos quosvis stabilita. Recenset illa Gennadius breviter, sine iusto ac naturali ordine: nullum compendium, nullum systema nobis tradit. Non acquiescit in sola dogmatis explicatione, sed indicat quoque interdum, cui illud oppositum sit.

Maiori iure huc referendi sunt ISIDORUS *Hispalensis*, cuius *Sententiarum Libb. III* in Ecclesia occidentali, usque ad tempus Scholasticorum typus quasi et exemplum methodi dogmaticae fuerunt *), et IUNILIUS, Episc. Africanus, cum suis *Quaestionum et Responsionum de partibus divinae legis Libb. II ad Primasium*, quos Io. GASTIUS, Basil. 1546. 8. edidit, quibusque formulam quandam systematis dogmatici exposuit.

§. 86.

Quamvis Patres Ecclesiae nulla theologiae dogmaticae compendia, sive systemata conscri-

*) Vid. *Progrr. de Libb. III Sententiarum Isidori Hispalensis*, Regiom. 1826 sq. 4.

pſerunt, de ipſis tamen fidei noſtrae articulis ita praeceperunt, ut praeclara, maxime perſpicua teſtimonia veritatis dicerent, dogmata Eccleſiae noſtrae evangelicae confirmarent, Socinianis, Pontificiis, Reformatis atque aliis aperte repugnarent. Multi fuerunt, qui in teſtimoniis his colligendis, illuſtrandis, defendendis ſtudia ſua collocarent, eo diſcrimine, ut alii potiſſimum univerſa teſtimonia ipſa recenſerent, alii vero de ſingularibus Patribus eorum doctrina dogmatica et teſtimoniis pro veritate evangelica diſſererent.

§. 87.

Res poſtulat, ut Scriptores utriusque generis, iam memoratos, diſtincte recenſeamus atque initium faciamus ab iis, qui de capitibus doctrinae chriſtianae noſtrae univerſis teſtimonia veritatis reliquerunt: de Scriptura S., norma fidei ac vitae; de Trinitate; de Peccato originis; de Gratia: de Chriſto, divinitate eius et ſatisfactione; de Iuſtificatione; de Sacramentis, Baptismo et S. Coena; de Eccleſia.

I. De *Scriptura S.* multa variaque veritatis teſtimonia Patres dederunt. Tradunt illi, eſſe illam unicam fidei ac vitae regulam. Irenaeus adv. haereſ. III, 1. dicit: *Non per alios diſpoſitionem ſalutis noſtrae cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos: quod quidem tunc praeconiaverunt, poſtea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et columnam fidei noſtrae futurum;* Lib. IV. Cap. 69 autem Scripturam *Regulam veritatis* appellat. Polycarpus *Epiſt. ad Philipp.* Cap. 6. 7. vult, ut Philippenſes in cultu divino praecepta Chriſti, Apoſtolorum et Prophetarum ſequantur et quando eosdem hortatur, ut omnem vanitatem et falſa dogmata devitent, eos

ad verbum, ab initio Ecclesiae traditum, reverti (ἐπὶ τῆν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν) iubet. Hieronymus *adv. Heluidium Tom. IV. Oper. Part.* 2. p. 741. sacras litteras vocat *veritatis fontem.* Augustinus *Libr. II. contra Donatistas Cap.* 6. dicit: *Afferamus ad examen non stateras dolosas, ubi appendamus, quod volumus et quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes: hoc grave, hoc leve est; sed afferamus divinam stateram de Scripturis sanctis.* Ambrosius *Libr. I. de Officiis ministrorum C.* 23. *Quae in Scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum usurpare possumus?* Regulam fidei ac vitae esse Scripturam S., eam ob caussam affirmabant, quoniam illa divinam originem atque auctoritatem prae se habeat.*) Athenagoras *Apolog. pro Christian. C.* 7. scribit: Ἡμεῖς δὲ ὧν νοοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν ἔχομεν Προφήτας μάρτυρας, οἵ πνεύματι ἐνθέῳ ἐκπεφωνήκασι καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ, *nos eorum, quae sentimus et credimus, testes habemus Prophetas, qui Spiritu divinitatis pleno pronuntiarunt tum de Deo, tum de rebus divinis.* Quando Iustinus *Mart. Dialog. c. Tryphon. C.* 7. de Prophetis loquitur, dicit: Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι καὶ δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται Προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν. *Exstitere longe ab hoc tempore Viri quidam istis omnibus, qui Philosophi existimantur, antiquiores, beati et iusti et Deo cari, qui Spiritu sancto afflante loquuti sunt et futura vaticinati sunt, quae quidem nunc fiunt: Prophetae vocantur.* Idem et alii Patres confirmant. Cyprianus saepe tradit, auctores librorum sacrorum non sine instinctu atque afflatu

*) I. Schulthess ex supra cit. *Selectis PP. Eccl. Capitibus* argumentatur, Ecclesiae PP. antiquissimos libris N. T. et sacris et divina auctoritate praeditis nunquam usos esse.

divino scripsisse: *Loquitur*, inquit, Libro de *Opere et Eleemosynis* p. 237 et 240. edit. Baluzii, *in Scripturis divinis Spiritus S. et dicit: Eleemosynis et Fide delicta purgantur*, item: *Loquitur per Salomonem Spiritus S. et dicit* ceter. ac paucis interiectis appellat Paullum *beatum Apostolum, dominicae inspirationis gratia plenum*. Eiusdem Apostoli iterum Libro de *Bono patientiae* p. 247. hanc mentionem facit: *Beatus Apostolus Paullus, plenus Spiritu S. et vocandis formandisque gentibus missus contestatur*. Docuerunt praeterea, Codicem divinum non solum perfectum esse et omnia tradere, quae salutis sempiternae caussa sint credenda, sed etiam perspicuum, ut omnibus omnino integrum esset, istum legere. Irenaeus *adv. haereses* Libr. III. Cap. 2. dicit: *Quum enim ex Scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non recte habeant; neque sint ex auctoritate, et quia varie sint dictae, et quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant traditionem*, cuius sententiae inter veteris Ecclesiae Doctores etiam fuerunt: Ignatius, Polycarpus, Iustinus, Tertullianus ac plures alii. Nec praetermittendum, apud antiquiores Christianos non alia monumenta in dignitate atque honore librorum canonicorum fuisse, nisi ea, quae hodie recipimus, tamquam *Scripta canonica*, quod ex indice illorum patet, composito a *Melitone Sardensi* ap. Eusebium Libr. IV. *Histor. ecclesiastic.* Cap. 25., ex testimoniis *Athanasii*, *Cyrilli Hieros.*, *Gregorii Nazianz.*, *Epiphanii*, *Chrysostomi*, *Amphilochii*; e Latinis, *Hilarii*, *Hieronymi adv. Helvidium* Tom. IV. Oper. Part. 2. p. 141., *Rufini*, *Augustini* Libr. II. *contra Donatistas* Cap. 6. Tom. IX. Oper. p. 68. et aliorum. De lectione Scripturae S. omnibus concedenda, quae nunc sequuntur, testimonia ad nos delata sunt. Basilius *Magnus Homilia in Psalm. I.* Tom. I. Oper. p. 107. dicit: πᾶσα γραφὴ θεό-

πνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵν', ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ, πάντες ἄνθρωποι τὸ ἴαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἕκαστος ἐκλεγώμεθα. *Scriptura omnis divinitus inſpirata et utilis, hac una ratione a Spiritu Sancto conſcripta adſtruitur, ut ex ea haud ſecus atque e communi quapiam curandarum animarum officina, medelam ſuo quisque morbo ſalutarem et accommodam queat ſeligere.* Chrysostomus *Homil. IX. in Epiſt. ad Coloſ.* Μὴ περιμείνῃς ἕτερον διδάσκαλον· ἔχεις τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Ουδεὶς σε διδάσκει ὡς ἐκεῖνα· Οὗτος μὲν γὰρ πολλὰ καὶ διὰ κενοδοξίαν καὶ διὰ βασκανίαν ἐπικρύπτει πολλάκις. Ἀκούσατε, παρακαλῶ, πάντες οἱ βιωτικοὶ, καὶ κτᾶσθε βιβλία φάρμακα τῆς ψυχῆς. Ἐι μηδὲν ἕτερον βούλεσθε, τὴν γοῦν καινὴν κτήσασθε, τῶν Ἀποστόλων τὰς πράξεις, τὰ εὐαγγέλια διδασκάλους διηνεκεῖς: Ἂν λύπη συμβῇ, ὥσπερ εἰς ἀποθήκην φαρμάκων ἔγκυψον· λάβε παραμυθίαν ἐκεῖθεν τοῦ δεινοῦ, ἂν ζημία, ἂν θάνατος, ἂν ἀποβολὴ οἰκείων μᾶλλον δὲ μὴ ἔγκυπτε, ἀλλὰ ἀνάλαβε πάντα, ἔχε ἐπὶ τῆς διανοίας. Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἰδέναι τὰς γραφάς. *Audite quaeſo, vos omnes, quibus curae ſunt, quae ad hanc vitam pertinent, et parate vobis libros, medicamenta animae. Si nullos alios vultis, Novum quidem certe Teſtamentum vobis parate, Apoſtolorum Actus, Evangelia, magiſtros perpetuos. Si dolor acciderit, tanquam in medicamentorum apotheca adſpice, illinc mali accipe conſolationem; ſi damnum, ſi mors, ſi tuorum amiſſio: imo vero non adſpice, ſed omnia ſuscipe, et ea mente tene. Hoc eſt omnium malorum cauſa, nescire Scripturas.* Addit ac diſerte pronunciat: τὸ μὴ εἰδέναι τὰς γραφὰς, *neſcire Scripturas*, eſſe omnium malorum cauſſam.*) Hieronymus feminas chriſtianas, ad quas litteras dedit, diligenter ad Scripturae S. lectionem hortatus eſt. Ad Salvinam ſcripſit *Epiſt. LXXXV. Tom. IV. Oper. Part.* 2.

*) Cf. Neander *D. heil. Chryſoſtomus* I, 188 ſqq. 844 ſqq.

p. 668. edit. MARTIANAEI: *Semper in manibus tuis ſit divina lectio*, cuiusmodi teſtimonia plura ſuppetunt, quae Io. CASP. SUICERUS *Theſaur. eccleſiaſt. Tom. I.* p. 790. et DAN. CHAMIERUS *Panſtrat. catholic. Tom. I. Libr. IV. Cap.* 4. p. 181. recenſent.

II. De *Trinitate* Patres luculenta dederunt teſtimonia, quae conſervata ſunt et ad nos venerunt. Sunt illa in libris IUSTINI MART. *Apol.* I, 13. Ἄθεοι οὐκ ἐσμὲν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενον — τὸν διδάσκαλόν τε γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου — υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει. *Athei non ſumus, qui opificem huius univerſitatis colimus — et noſtrum harum rerum doctorem, natum ad hoc munus Ieſum Chriſtum, crucifixum ſub Pontio Pilato — veri Dei filium eſſe edocti, ipſumque ſecundo loco, Spiritum autem propheticum tertio habentes ordine.* THEOPHILI *Antioch. ad Autolyc.* II, 15. Αἱ τρεῖς ἡμέραι πρὸ τῶν φωστήρων γεγονυῖαι, τύποι εἰσὶν τῆς Τριάδος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς Σοφίας αὐτοῦ· Τετάρτῳ δὲ τόπῳ ἐστὶν ἄνθρωπος ὁ προσδεὴς τοῦ φωτὸς, ἵνα ᾖ Θεὸς, Λόγος, Σοφία, Ἄνθρωπος. *Tres illi dies, qui ante luminaria fuerunt, imago ſunt Trinitatis, Dei, eius Verbi, eiusque Sapientiae. Quarto autem loco eſt Homo, ut ſint Deus, Verbum, Sapientia, Homo.* TATIANI *Or. contra gentes* §. 5. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, τὴν δὲ ἀρχὴν Λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν. Ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων, αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ πάντος ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγεννημένην ποίησιν μόνος ἦν· καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα διὰ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ ὑπέστησε. Θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ Λόγος· ὁ δὲ Λόγος οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας, ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς [τοῦ πνεύματος] γίνεται. Τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. Γέγονε δὲ κατὰ μερισμὸν, οὐ κατὰ απο-

κοπήν. Τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν τοῦ πρώτου κεχώρισται· τὸ δὲ μερισθὲν οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προςλαβὸν οὐκ ἐνδεᾶ τὸν ὅθεν εἴληπται πεποίηκεν. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς δᾳδὸς ἀνάπτεται μὲν πυρὰ πολλὰ, τῆς δὲ πρώτης δᾳδὸς διὰ τὴν ἔξαψιν τῶν πολλῶν δᾴδων οὐκ ἐλαττοῦται τὸ φῶς· οὕτω καὶ ὁ Λόγος προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως, οὐκ ἄλογον πεποίηκε τὸν γεγεννηκότα. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ λαλῶ, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε, καί οὐ δήπου διὰ τῆς μεταβάσεως τοῦ λόγου κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγου γίνομαι· προβαλλόμενος δὲ τὴν ἐμαυτοῦ φωνὴν, διακοσμεῖν τὴν ἐν ὑμῖν ἀκόσμητον ὕλην προῄρημαι. Καὶ καθάπερ ὁ Λόγος ἐν ἀρχῇ γεννηθεὶς, ἀντεγέννησε τὴν καθ' ἡμᾶς ποίησιν, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ὕλην δημιουργήσας· οὕτω κἀγὼ κατὰ τὴν τοῦ Λόγου μίμησιν ἀναγεννηθεὶς, καὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατάληψιν πεποιημένος, μεταρυθμίζω τῆς συγγενοῦς ὕλης τὴν σύγχυσιν. Οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεὸς, οὐδὲ διὰ τὸ ἄναρχον καὶ αὐτὴ ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ ὑπό του ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιουργοῦ προβεβλημένη. *Deus erat in principio: principium autem Verbi potentiam esse accepimus. Universorum enim dominus, quatenus quidem mundus nondum erat creatus, solus erat; quatenus autem ipsa potentia omnis, et eorum quae videntur et non videntur hypostasis sive sustentatio erat; omnia cum eo per rationalem potentiam sustentabat ipsum etiam illud Verbum, quod erat in eo. Voluntate autem simplicitatis eius prosilit Verbum: Verbum autem, non in vacuum progressum, fit opus primogenitum Patris. Hoc scimus esse mundi principium. Natum est autem per communicationem, non per abscissionem. Nam quod abscissum est, a primo separatur. Quod autem per communicationem progreditur voluntariam administrationem suscipiens, id eum non imminuit ex quo desumtum est. Quemadmodum enim ex una face multi ignes accenduntur, nec tamen primae facis, ob plures accensas faces, lux imminuitur; sic Verbum ex Patris potentia progre-*

diens, genitorem Verbi expertem non fecit. Nam et ego loquor et vos auditis: nec propter transmiſſionem ſermonis ego, qui alloquor ſermone vacuus fio; ſed vocem meam proferens materiam in vobis inornatam ornare inſtituo. Et quemadmodum Verbum in principio genitum, viciſſim mundum noſtrum genuit, cum ipſum ſibi materiam produxiſſet; ſic ego quoque ad imitationem Verbi regeneratus, et veritatis illuſtratus cognitione, materiae mihi cognatae confuſionem emendo. Non enim caret initio materia, quemadmodum Deus; nec Deo, ut principii expers, parem habet poteſtatem; verum creata eſt, nec ab alio facta, ſed a ſolo univerſorum opifice producta. Irenaei *adv. haereſ.* Lib. III. Cap. 6. Lib. IV. Cap. 10. 11. 20.*) Tertulliani *adv. Praxeam* Cap. 2 ſqq. **) Cypriani *Ep.* 73 *ad Iubaianum* §.4. Lactantii *Inſtitutt. divin.* Lib. IV. Cap. 8. ac multorum aliorum. ***) Docent illi, tres Perſonas in eſſentia divina eſſe; Perſonas has vere inter ſe diſtinctas eſſe: habere eas unam et eamdem eſſentiam. Opinionem illorum reiiciunt, qui verum Perſonarum in eſſentia divina diſcrimen tollunt, quemadmodum Tertullianus ſingulari libro Praxeam confutavit. Satis monſtrant, ſe a doctrina, quae poſtea ab Ario nomen accepit, longe alienos eſſe. †) Qui

---

*) Quo modo Irenaeus Trinitatem in V. T. invenerit, demonſtrat interpretatio Ioſ. II, 1. Lib. IV. p. 336. „Suscepit autem, Raab ſc., tres ſpeculatores, qui ſpeculabantur univerſam terram, et apud ſe abſcondit, Patrem ſcilicet, et Filium et Spiritum Sanctum.“

**) Schroeckh *Chriſtl. Kirchengeſch.* III, 404. *Ueberhaupt lehrt wohl Tertullian in dieſem Buche einerlei Glauben mit dem ſpäter herrſchenden Lehrbegriff der Chriſten von den drei göttlichen Perſonen; aber es fehlt viel daran, daſs er auch durchgehends ſolche Erläuterungen, Beweiſe und Beſtimmungen, wie ſie, gebraucht haben ſollte.* Cf. Baumgarten-Crusius *Dogmengeſch.* p. 1006.

***) Vid. Dan. v. Coelln ad Münscheri *Lehrb. d. Dogmengeſch.* §. 65 ſqq.

†) Cf. §. 93. no. II.

Qui dicunt, Patres doctrinam de Trinitate excogitasse hancque primum in Concilio Nicaeno traditam, propositam atque approbatam esse, aperte a veritate aberrant. Luculenter hoc patet ex Hymnis, Doxologiis, Formula baptizandi, ubi Trinitatis fiebat professio; ex Symbolo Ecclesiae Alexandrinae, quod Arius, veram doctrinam simulando, Constantino obtulit, apud Socratem et Sozomenum; ex Christianorum orientalium Confessione, ab Eusebio Caesareensi in Concilio Nicaeno recitata et a Socrate, Athanasio, Theodoreto atque aliis litteris mandata, in qua illi Trinitatem profitentur et testimonium de hoc dogmate, ante Concilium Nicaenum cognito, exhibent. Accedit, quod quum in Synodo hac dogma de Trinitate ac speciatim de Divinitate Christi proponeretur, tot praesentes Episcopi de eo defendendo, Arii autem errore reiiciendo consenserint, id quod haud contigisset, ubi doctrina illa fuisset nova, antea haud tradita et probata. Ipse Arius quum coeperit, sacros coetus perturbare, non oppugnavit dogma de Trinitate, sed dissentiebat ab Alexandro, quoniam existimabat, sententiam illius a Sabellii errore non longe discedere. Imo doctrina de Trinitate tanta valebat auctoritate, ut pro Regula Fide haberetur; nec solum illi, qui tres Personas in divinitate profitebantur, in ordinem Christianorum recte sentientium adscriberentur, sed etiam per edicta Imperatorum haud liceret, de dogmate hoc contendere. Theophilum *Antioch.* primum fuisse, qui vocabulum *Trinitatis* usurpaverit, nonnulli animadvertunt haecque illius verba ex Lib. II. *ad Autolyc.* C. 15. ad rem probandam adducunt: Ὡσαύτως καὶ ἁι τρεῖς ἡμέραι τῶν φωστήρων γεγονυῖαι, τύποι εἰσιν τῆς Τριάδος, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς Σοφίας αὐτοῦ, *ita etiam tres dies, qui praecessere creationem duorum luminarium, Trinitatis*

myſterium ſacroſanctum repraeſentant, *videlicet Deum*, *Sermonem*, *Sapientiam*. *)

III. Doctrina de *Peccato originis* a Patribus diligenter tradita eſt illique maiori ſtudio, quam antea factum fuerat, in peccatum hoc inquiſiuerunt; nec ſolum monſtrarunt, omnes homines iſti obnoxios eſſe, ſed etiam naturam atque indolem eius explicarunt. **) Studii huius occaſionem dedit haereſis Pelagiana. Princeps inter Doctores hos exſtitit Augustinus ac multos libros Pelagianis oppoſuit iisque oſtendit, omnes homines vitio hoc infectos eſſe: grave eſſe illud malum. Primus fuit, qui definitionem peccati huius daret illudque pravam appellaret concupiſcentiam. Proximam cauſſam illius, quum per naturalem generationem propagatur, et hanc facit, quoniam poſt lapſum nemo ſine prava concupiſcentia in lucem prodiret. Per Baptismum reatum peccati tolli, ita tamen, ut ipſum maneat peccatum, ſaepe multumque diſputat. Reatum deſcribit per *obligationem ad hominis damnationem et ſeparationem a regno Dei*. Hunc per Baptismum aboleri, non autem tolli peccatum, diſerte teſtatur. ***) Praeter Auguſtinum, inter latinos Eccleſiae Doctores Hieronymus Pelagianis reſtitit atque itidem ea tradidit, quae ad doctrinam de peccato originis pertinent. Nec apud *Graecos* defuerunt. Quae id confirmant, teſtimonia in ſcriptis eorum conſervata ſunt, *Macarii* utriusque, *Athanaſii*, *Cy-*

---

*) Plura, eaque claſſica loca Patrum, huc pertinentia, qui cognoſcere cupit, adeat W. Münscheri *Lehrb. d. chriſtl. Dogmengeſch* Aufl. 3 *m. Belegen a. d. Quellenſchrr.* ed. v. *Dan. v. Cölln* I, 160 ſqq.

**) Cf Dan. v. Cölln ad Münscherum l. l. p. 343. Baumgarten-Crusius *Dogmengeſch.* §. 52. 53. Seiler *Theol. dogmat. polem.* p. 267.

***) Vid. I. Gr. Voigt *Commentat. de theoria Auguſtiniana, Pelagiana, Semipelagiana et Synergiſtica in doctrina de peccato originali, gratia et libero arbitrio*, Gött. 1829. 4.

rilli Hieroſol., *Baſilii*, *Gregorii Nazianz.* atque aliorum. Ac quamvis non accurate ſemper ſunt loquuti, inprimis quum ante certamina Pelagiana ſcriberent et Manichaeos tantum refutandos ſibi proponerent, hoc tamen ſenſerunt et docuerunt, Peccatum origenis et univerſale et graviſſimum malum eſſe; omnes malas et vitioſas actiones mortalium parere; ortum ſuum habere a lapſu Adami, qui omnibus imputetur. Quod non ſatis diligenter, nec pro illius dignitate, ipſam doctrinam hanc tradiderint, eius rei cauſſa eſt, quia illis non aeque ac latinis, adverſus Pelagium ac haereſin eius pugnandi, impoſita erat neceſſitas *).

IV. In doctrina de *Gratia* Patres Eccleſiae non ſolum profeſſi ſunt, gratiam divinam nos aptos efficere ad ſalutem aeternam impetrandam, ſed etiam diſerte declararunt, ad omnes homines iſtam ſpectare. Iustinus *Mart. Lib. de Reſurrect.* ap. Grabe *Spileg. PP. et Haeret.* Sec. II. Tom. I. p. 189. de Deo dicit: Ἀγαθός ἐστι, καὶ σώζεσθαι πάντας θέλει, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, *bonus eſt, et omnes vult ſaluos fieri, et per ſe et per Evangelii praeconium.* Quae Clemens *Alex. Libr. II. Stromat.* p. 363. contra fidem naturalem Baſilidianorum, quae Irenaeus *adv. haereſ. Lib. IV. Cap.* 72. p. 375. contra Valentinianorum ſententiam, natura quosdam bonos, alios autem malos eſſe, diſputat, ea itidem de gratia univerſali teſtantur. Cyprianus *Epiſt. LIX ad Fidum* p. 98. ſcribit: *Deus, ut perſonam non accipit, ſic nec aetatem, quum ſe omnibus ad caeleſtis gratiae conſequutionem, aequalitate librata, praebeat patrem* hancque ſententiam pronunciat, quum de infantibus baptizandis exponit. Alio loco,

---

*) Vid. Io. Horn *Commentat. de ſententiis eorum Patrum, quorum auctoritas ante Auguſtinum plurimum valuit de Peccato originali.* Götting. 1801. 4.

Epist. LXXVI ad Magnum p. 157. dicit: *Si Dies omnibus aequaliter nascitur et si Sol super omnes pari et aequali luce diffunditur, quando magis Christus Sol et Dies verus in Ecclesia sua lumen vitae aeternae pari aequalitate largitur?* ac paulo post addit: *Christi indulgentiam et coelestem gratiam omnibus diuidi sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personae, super omnem Dei populum spiritualis gratiae munus infundi*, quae et alia eius effata satis declarant, Gratiam Dei non particularem, sed universalem esse. Apud Basilium *Homil. in Psalm. XXVIII. Tom. I. Oper.* p. 164. haec leguntur: Τί οὖν φησιν, ὅτι ὅ μὲν θέλει ὁ Θεὸς, τοῦτό ἐστι, πάντας μετέχειν αὐτοῦ τῆς ζωῆς. *Quid ergo dicit? quod hoc vult Deus, hoc est, ut omnes eius vitae participes sint.* Hieronymus *Comment. in Ep. ad Ephes. I. Tom. IV. Oper.* p. 331. Deus *vult ea*, inquit, *quaecumque sunt plena rationis atque consilii: vult saluari omnes et in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absque propria voluntate saluatur, liberi enim arbitrii sumus, vult, nos bonum velle, ut quum voluerimus, velit in nobis et ipse suum implere consilium* *).

V. Quemadmodum dogma de Trinitate, ubi illud generatim consideramus, ab Ecclesiae Patribus conservatum ac propagatum est, ita speciatim quoque professi illi sunt *Divinitatem Christi.* Ex monimentis eorum videmus, illos admisisse προύπαρξιν Christi, τοῦ Λόγου ante Mariam et per consequens eum non habuisse pro nudo homine: etiam illorum sententiam reiecisse, qui verum Personarum in essentia divina discrimen tollunt. Quam in rem praeclara testimonia praebent nobis Tatianus, Athenagoras, Theophilus *Antioch.*, Irenaeus, Iu-

---

*) Cf Baumgarten - Crusius *Dogmengesch.* §. 55. v. Cölln l. l. p. 536.

stinus *Mart.* (Ph. Chph. Gratianus D. *de Memorabilibus Iuſtini Mart. hiſtoricis et dogmaticis* p. 38.) atque alii eiusdem aetatis. Tertullianus *Lib. adv. Praxeam* Cap. 13. *Scimus, Dei nomen et Domini, et Patri et Filio et Spiritui S. convenire.* *) Ac quis neſciat inſigne effatum Patrum Nicaenorum, quo Chriſtum appellant: τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ — Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα ὁμοούσιον τῳ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. *Filium Dei unigenitum et ex Patre natum: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero, genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt.* Quod SS. Patres in urbe Nicaena decreverunt, Chriſtianum quemque credere debere, et eorum fidei formulae neque addendum aliquid, neque detrahendum eſſe, communis Patrum inde ab Athanaſii temporibus ſententia eſt. Ita docuit Isidorus Pelusiota, tres eiusdem naturae Perſonas in uno extare Deo; atque hanc doctrinam et a Veteris et Novi Teſtamenti Scriptoribus iam prolatam eſſe contendit. Quare Ieſum Chriſtum Θεὸν, ἀληθῶς Θεὸν, γνήσιον καὶ φυσικὸν υἱὸν Θεοῦ Πατρὸς appellat, filioque omnia ea, quae Patris ſunt, tribuit. Itaque Chriſtus de Iſidori ſententia omnium rerum creator et imperator, eamdem habet atque Pater gloriam et maieſtatem, eiusdemque, quamvis a Patre diſtinctus, naturae eſt. **) De Chrysostomo conferendus eſt Ioach. Sam. Weickhmann Pr. quo *Chryſoſtomum teſtem ſummae Ieſu redeuntis in vitam Divinitatis locupletiſſimum producit.* Vitemb. 1771. 4.

*) Quae fuerit *Origenis* de divinitate Chriſti ſententia bene expoſuit F. W. Rettbero in D. *Doctrina Origenis de Λόγῳ divino ex diſciplina Neoplatonica illuſtrata;* in Illgen *Zeitſchr. für hiſt. Theol.* III, 1, 39 ſqq.

**) Herm. Agatho Niemeyer *de Iſidori Peluſiotae vita* etc. p. 166. Cf. v. Coelln l. l. p. 161. Baumgarten - Crusius *Dogmengeſch.* §. 57. 58.

VI. Multa quoque teſtimonia veritatis de *Satisfactione Chriſti*, a Patribus eccleſiaſticis nobis relicta, habemus. Tradiderunt illi, Ieſum Chriſtum pro peccatis noſtris iuſtitiae divinae per ſanguinem et mortem ſuam ita ſatisfeciſſe, ut priſtinam Dei gratiam, ad felicitatem ſempiternam conſequendam, nobis recuperaret. Ignatius quum cruciatuum, quibus adflictus fuerit Chriſtus, mentionem fecerit, addit: *Ep. ad Smyrnaeos* C. 11. ταῦτα πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν, *omnia haec paſſus propter nos, ut ſalutem conſequamur.* Polycarpus *Ep. ad Philipp.* C. 8. 9. ex Petr. II, 14. pronunciat, Ieſum Chriſtum *ſuſtuliſſe peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum* et adiungit, eum *pro nobis* mortuum eſſe. Eadem profeſſus eſt ac tradidit Iustinus *Mart.*, cuius *Apologiam primam*, *Dialogum c. Tryphone Iudaeo et Epiſtolam ad Diognetum* ubi evolvamus, in commentationibus illis videbimus, eum appellaſſe Ieſum filium Dei, προςφοράν, *oblationem*, λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, *pretium redemtionis pro nobis*, δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, *iuſtum pro iniuſtis*, et docuiſſe, nos liberari a morte et participes fieri coeleſtis gaudii διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, *per ſanguinem eius et per mortem eius.* Adde Irenaeum *adv. haereſes* Lib. III. Cap. 20. p. 248. Satisfactionem hanc eſſe univerſalem et Chriſtum pro omnibus hominibus eorumque peccatis mortem ſubiiſſe, iidem antiquiores Eccleſiae Doctores confeſſi ſunt. Polycarpus l. c. Cap. 5. Chriſtum *omnium miniſtrum* factum eſſe, ſcribit. Irenaeus *adv. haereſ.* L. I. Cap. 17. p. 425. dicit: *in noviſſimis temporibus in amicitiam reſtituit nos Dominus per ſuam incarnationem, mediator Dei et hominum factus, propitians quidem pro nobis Patrem, in quem peccaveramus, et noſtram inobedientiam per ſuam obedientiam conſolatus*, in quibus verbis quum affirmetur generatim, Chriſtum factum eſſe *Mediatorem hominum*, id

omnino ex ſententia Scripturae S. de omnibus hominibus intelligendum eſt. Nullus fuit inter Doctores hos, qui non profiteretur, Chriſti meritum ad omnes homines pertinere, Servatorem pro omnium mortalium peccatis iuſtitiae divinae ſatisfeciſſe ac λύτρον infiniti pretii per mortem ſuam ſolvendo, omnibus gratiam divinam reparaſſe. Plura veritatis huius teſtimonia habemus: Athanasii, Cyrilli *Hieroſ.*, Gregorii *Nazianz.*, Epiphanii, Chrysostomi, Ambrosii ac plurium aliorum. *)

VII. Doctrinam evangelicam de *Iuſtificatione*, fieri iſtam non propter bona opera noſtra, ſed per gratiam Dei, per Chriſti meritum ac per ſolam fidem, Patres Eccleſiae diligenter ac perſpicue tradiderunt ac confeſſi ſunt non ſolum, ſed etiam defenderunt. Quaedam tantum illorum teſtimonia memoraſſe ſufficiat. Ignatius *Ep. ad Magneſ.* C. 10. nos operibus noſtris haud quidquam mereri poſſe, pronuntiat: ἂν ἡμᾶς τιμήσεται, καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν, *ſi nos Deus aeſtimaverit ſecundum ea, quae facimus, iam periimus.* Uti autem Ignatius operibus nihil tribuit, ita fidem eamque vivam, quae fructus ſuos ferat, ad veram Chriſtiani hominis indolem conſtituendam requirit et ſaepe fidem caritatemque coniungit, ea ratione, ut fidem quaſi carnem et caritatem ſanguinem Chriſti eſſe, dicat. *Ep. ad Trallian.* Cap. 8. Ὑμεῖς οὖν πραϋπάθειαν ἀναλάβοντες ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, ὅ ἐστιν σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ,

---

*) v. Cölln l. l. p. 418. Baumgarten-Crusius §. 60. „Quam plurima Patrum teſtimonia ad calcem libelli, quem Hugo Grotius pro defenſione fidei catholicae *de Satisfactione Chriſti* adv. Fauſtum Socinum ſcripſit (Lugd. Bat. 1617. 8. et cur. Ioach. Langii, Hal. 1730. 4.) adiecta ſunt; e quorum vero numero pauca ſunt, ſi curatius examinentur, quae cum noſtra hanc doctrinam componendi ratione ita concinunt, ut ea iis tamquam certis documentis hiſtoricis noſtra melior doctrina, prout in theologorum ſcholis, contra Socinianos potiſſimum, traditur, ſolide probari poſſit." Ita Griesbachius *Not. 75. ad Locc. theoll. ex Leone M. collectos.*

ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Vos itaque mansuctudinem assumentes, recreate vosmet ipsos in fide, quod est caro Domini, et in caritate, quod est sanguis Iesu Christi.* Eiusdem veritatis locuples testis est Polycarpus *Ep. ad Philipp.* Cap. 1., qui cum Paullo adserit, *nos gratia salvos fieri, non ex operibus, sed in voluntate Dei, per Iesum Christum*, cuiusmodi luculentum atque insigne effatum etiam Iustinus *Mart.* dedit. Dicit enim *Epist. ad Diognetum* Cap. 8. 9.: μόνῃ τῇ πίστει, Θεὸν ἰδεῖν, συγκεχώρηται, *soli fidei Deum videre concessum est*, ex quibus verbis colligendum est, nobis vitio verti non posse, quod vocem *sola* hac in re adhibeamus. Paullo post addit: Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ; *Quid enim aliud peccata nostra potuit tegere, quam eius iustitia? in quo alio nos iniqui et impii pro iustis haberi possumus, quam in solo Dei filio?* Nec minus praeclara sunt, quae Iustinus *Dialog. c. Tryphone* C. 52. 119. hanc in rem edisserit. Testibus his addo Irenaeum, qui haec scripta reliquit *adv. haereses III.* C. 20. p. 248. *Quemadmodum per inobedientiam unius hominis peccatores facti sunt multi et amiserunt vitam; ita oportuit et per obedientiam unius hominis, qui primus ex virgine natus est, iustificari multos et percipere salutem.* Nec omittendus est Basilius, qui expresse *Homil.* 22. *de humilitate* dicit, nos sola fide iustificari. Quum enim verba Apostoli: Ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω, *qui gloriatur, in Domino glorietur*, adduxisset, addit: αὕτη γὰρ ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καύχησις ἐν Θεῷ, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τις ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔγνω μὲν ἐνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς, πίστει δὲ μόνῃ τῇ εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένον. *Nam ea demum perfecta et omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque propter suam ipsius quis iustitiam extollitur, sed agnoscit,*

ſe quidem vera deſtitui iuſtitia, verum ſola in Chriſtum fide iuſtificatum eſſe. Paucis rem ita exprimit Gregorius *Nazianz. Orat. XXVI.* Opp. I, 458.: δικαιοσύνη μὲν γὰρ, καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον, *etenim iuſtitia quidem eſt, vel ſolum credere.* Adiungendus eſt Chrysotomus, qui dicit Serm. περὶ πίστεως, καὶ εἰς τὸν περὶ φύσεως νόμον, Opp. edit. Frcf. VI, 152. Δεῖ μὲν (ἡ ψυχὴ) τοῖς ἔργοις τρέφεσθαι, δεῖ δὲ πρὸ τῶν ἔργων τὴν πίστιν ἐνδύεσθαι· ἄνευ πίστεως τὸν ἐργαζόμενον ἔργα δικαιοσύνης οὐ δύνῃ παραστῆσαι ζήσαντα, ἄνευ δὲ ἔργων τὸν πιστὸν δύναμαι δεῖξαι καὶ ζήσαντα καὶ βασιλείας ἀξιωθέντα. *Opus quidem habet anima ut operibus alatur: ante opera autem fides primum induenda eſt. Eum, qui operatur opera iuſtitiae ſine fide, non potes probare, vivum fuiſſe, fidelem autem absque operibus poſſum monſtrare et vixiſſe et regnum coelorum aſſecutum;* ac paucis interiectis, adſeverat, ὅτι ἡ πίστις καθ' ἑαυτὴν ἔσωσεν, *quod ſola fides per ſe ſalvum faciat.*

VIII. Quae fuerit ſententia, quae doctrina Patrum Eccleſiae de *Baptismo*, itidem ex illorum monumentis, ad nos delatis, videndum eſt. Divinam illius vim ac virtutem commendat Tertullianus *Lib. de Baptismo* C. 1. verbis his: *Felix Sacramentum aquae noſtrae, qua, ablutis delictis priſtinae caecitatis, in vitam aeternam liberamur.* Irenaus *adv. haereſ.* I, 18. III, 19. Baptismo tribuit regenerationem; Theophilus autem ſcribit *Lib. II ad Autolycum* C. 16.: Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων ἐγεννήθη ζῶα· δι' ὧν καὶ ἐν τούτοις δείκνυται ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ δύναιτ' ἂν τὴν ἐν αὐτοῖς πληθὺν καὶ γονὴν παμποίκιλον ἐξαριθμῆσαι; Ἔτι μὲν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας πάντας τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. *Die autem quinto generata ex aquis animalia prodire,*

ex quibus multiplex Dei in his quoque rebus sapientia perspicitur. Quis enim possit eorum multitudinem et generum varietatem enumerare? Praeterea benedixit Deus iis, quae ex aquis nata sunt, ut id quoque signum esset, homines poenitentiam et remissionem peccatorum per aquam et lavacrum regenerationis accepturos, quotquot ad veritatem accedunt et regenerantur et benedictionem a Deo accipiunt. Iustinus *Martyr.* fatetur *Apologia* I. n. 61, nos in *Aqua*, i. e. Baptismo ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν *veniam peccatorum, quae prius commisimus* consequi. Cyprianus *Epist. LXXVI.* p. 155. dicit: *In Baptismo unicuique peccata sua remittuntur*, et sub finem Libri de *Habitu Virginum* p. 180. *omnes quidem, qui ad divinum lavacrum Baptismi sanctificatione perveniunt, hominem illic veterem gratia lavacri salutaris exponunt, et innovati Spiritu S. a sordibus contagionis antiquae, iterata nativitate, purgantur.* Non solum adultos, sed etiam infantes baptizandos esse, veteres hi Doctores itidem perspicue testantur. Origenes *Commentar. in Levitic.* Homil. VIII. Cap. 3. tradit, infantes sacro fonte purgandos esse, ac cur id fieri debeat, rationem addit dum dicit: *Addi etiam et illud potest, ut requiratur, quid caussae sit, cum Baptisma Ecclesiae pro remissione peccatorum detur, secundum Ecclesiae observantiam etiam parvulis Baptismum dari? cum utique, si nihil esset in parvulis, quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia Baptismi superflua videretur.**) Adiungendus quoque est Cyprianus, ut perspicuus ac locuples testis. Disputavit iste cum Fido Episc., quando ac quo die recens nati infantes sint baptizandi? ac quum hic existimaret, diem octavum, circumcisioni a Deo

*) Aliis quoque locis Origenes idem tradit, *Homil. XIV in Lucam* et *Libr. V. Explanat. Ep. ad Roman.* Cap. 6.

praescriptum, et Baptismo destinandum esse, Cyprianus ad illum *Epistolam* scribit *) atque argumenta, quibus Fidus sententiam suam firmare voluit, refellit, illis alia opponit et hanc ipsius Epistolae clausulam addit: *Et idcirco, Frater carissime, haec fuit in Concilio nostra sententia, a Baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod quum circa universos observandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos et recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus merentur, quod in primo statim nativitatis suae ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt, quam deprecantur.* Id quod egregium testimonium est, Sec. post n. Chr. III. infantes baptismo initiatos ac veram de isto doctrinam conservatam fuisse. Luculenter id quoque patet ex *Canone* 2. Concilii Carthaginiensis, a. 253. celebrati, in quo de Paedobaptismo ita sancitum est: *Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur, anathema sit.*

IX. Dogma de *S. Coena* ab Ecclesiae Patribus etiam conservatum ac propagatum est. Vid. *Sententiae SS. Patrum de Coena Domini, bona fide recitatae a* Phil. Melanchthone. Witeb. 1530 et rec. 1573. 8. Quam nos confitemur de mysterio hoc, veritatis testimonia egregia ab iis habemus iisque contra aliter sentientes uti possumus. Ignatius *Epist. ad Philadelph.* Cap. IV. p. 66. scribit: σπουδάζετε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γὰρ σάρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ. *Operam igitur detis, ut una Eucharistia utamini. Una*

---

*) Epistola haec est inter reliquas LIX. p. 97. *Oper.* edit. Baluzii.

enim est caro Domini nostri Iesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius. Praeter eum copiosum effatum hac de re dedit Iustinus *Martyr. Apologia I. pro Christian.* §. 86. p. 128. edit. Grabii et confessus est, alimentum, quod in S. Coena accipiamus, *Iesu et carnem et sanguinem esse*, his usus verbis: Οὐχ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Neque ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus, sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Iesus Christus Salvator noster et carnem et sanguinem habuit nostrae salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratiae actae sunt, alimoniam, ex qua sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, incarnati illius Iesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus.* Inprimis Irenaeus luculenter, nec semel ea de sacramento hoc docuit, quae ipsae sacrae litterae nobis de isto tradunt. Inter alia dicit *Libr. IV adv. Haeres.* Cap. 34. p. 327. edit. Grabii: Εὐχαριστία ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκῦια, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου, *Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena et caelesti,* quibus verbis doctrina Transsubstantiationis aperte refellitur et quae Evangelicorum est doctrina confirmatur. Per rem *terrenam* enim Panem Vinumque; per *caelestem* autem Corpus Sanguinemque Christi intelligit atque ita utriusque praesentiam indicat. Cf. Lib. V. C. 4. 5. Similia testimonia nobis praebent et alii antiquioris Ecclesiae Doctores. Quae Tertulliani de S. Coena fuerit sententia, ex eius libris non satis liquido constat. *) Orige-

*) Vid. A. Neander *Tertullianus* p. 517.

panis non una panea natura constat, sed et divina. Aliam hac de re sententiam profert I. A. Ernesti in *Antimuratorio s. Confutatione Muratorianae disputationis de rebus liturgicis*, Lips. 1755. 8., recus. in Eiusdem *Opusc. theol.* Lips. 1773. 8. p. 1—134., demonstrans, neminem Veterum praeter Iustinum Martyrem, Facundum et Chrysostomum in uno Epistolae ad Caesarium loco, Lutheranis, caeteros vero vel Reformatis vel Romano - Catholicis assentire. Tertullianus certe in ea est sententia, Panem et Vinum esse *figuram* corporis et sanguinis Christi, ut locus *Lib. IV. adv. Marcionem* Cap. 40. satis declarat. Cf. F. K. Meieri Vers. e. Gesch. d. Transsubstantiationslehre p. 4 sqq.

X. Multa praeterea sunt in Patrum Ecclesiae libris, quae ad veram doctrinam de *Ecclesia* illustrandam confirmandamque pertinent. Primum ex illis apparet, vocabulum *Ecclesiae* proprie usurpatum fuisse de coetu hominum, vera in Christum fide praeditorum, qui hac de caussa oculis haud adspici potest. Saepe hoc inculcat Augustinus idemque et alii docent. Quando porro de *Ecclesia catholica* loquuntur, per istam minime solam Romanam intelligunt, sed *catholica* appellatur ab illis Ecclesia, quae nulli loco, nulli genti adstricta, sed per universum orbem diffusa est, qua veram et a Christo eiusque *Apostolis* traditam doctrinam profitetur et ad quam omnibus mortalibus, cuiuscumque sint conditionis, aetatis, sexus, accessus patet. Diversas has rationes, *Ecclesiam* vocandi *catholicam*, enarrat Cyrillus *Hieros. Cateches. XVIII.* p. 270. Καθολικὴ μὲν καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περί τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων· καὶ διὰ τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων εἰς εὐσέβειαν ὑποτάσσειν, ἀρχόν-

των τε καὶ ἀρχομένων, λογίων τε καὶ ἰδιωτῶν· καὶ διὰ τὸ καθολικῶς ἰατρεύειν μὲν καὶ θεραπεύειν ἅπαν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν εἶδος, τῶν διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιτελουμένων, κεκτῆσθαι ἐν αὐτῇ πᾶσαν ἰδέαν ὀνομαζομένης ἀρετῆς, ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις, καὶ πνευματικοῖς παντοίοις χαρίσμασιν. *Catholica vocatur* (Ecclesia) *quia per universum sit orbem terrarum diffusa, a finibus terrae usque ad extrema; et quia docet catholice h. e. universaliter, et sine ullo defectu vel differentia omnia dogmata, quae deberent venire in cognitionem, de rebus visibilibus et invisibilibus, coelestibus et terrestribus; et quod omne genus hominum pie subiugat, principes et privatos; et quia in universum curat omne genus peccatorum, et quae per animam et quae per corpus patrantur, habeturque in illa omne genus, quocunque nomine vocetur, virtutis, in factis et dictis, et spiritualibus charismatibus omnigenis.* Rem autem ipsam Optatus *Milevitanus* atque alii confirmant, ita ut perspicue satis tradant, veram tantum esse Ecclesiam, quae iure dici queat *catholica.* Ac sicubi Romana appellatur *catholica*, etiam eodem nomine venit Alexandrina, ut ex hac Epistolae inscriptione Athanas. *Tom. I. Oper.* p. 779.: Κωνσταντῖνος μέγιστος, σεβαστὸς τῷ λαῷ τῷ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας, *Constantinus maximus, Augustus populo catholicae per Alexandriam Ecclesiae* videmus.

§. 88.

Ita specimen theologiae dogmaticae, a Patribus sacri ordinis ea ratione explanatae, ut illi universa testimonia veritatis de fidei capitibus scripta relinquerent, exhibere voluimus. Ad testimonia haec multi industriam suam adhibuerunt ac studia in eo collocarunt, ut ista non solum diligenter colligerent ac recenserent, sed etiam, ubi res hoc postulabat atque utile vide-

haec autem non accurate ſemper, nec diligenter recenſuit. Vid. REIMANNI *Catalog. Bibliothec. theolog.* p. 361.

IO. FORBESII A CORSE *Inſtructiones hiſt. theol. de doctrina chriſt. et vario rerum ſtatu ortisque erroribus et controverſiis, iam inde a temporibus apoſtolicis ad tempora usque Sec. XVII priora*, Amſtel. 1645. Genevae 1680. 1699. fol. Exſtant quoque in FORBESII *Operibus*, Amſtel. 1703. fol. cura *Gürtleri* editis, eorumque *Parte II.* Compendium harum Forbeſii Inſtructionum hiſt. theolog. prodiit, Amſtel. 1708. 8. ſub titulo *Forbeſius contractus* auctore *Arnoldo Montano.* Conſtituit Auctor, ut ipſe in *Praefatione* ſcribit, Pontificiis repugnare, qui *apud imperitos ſuum cum catholica antiquitate unanimem conſenſum iactabant, et ab eodem doctrinam reformatarum Eccleſiarum dicebant prorſus diſcrepare, atque adeo ipſis etiam repugnare divinis Scripturis, ſi ſecundum mentem orthodoxorum Patrum accipiantur atque explicentur.* Eam in rem de variis religionis noſtrae capitibus diſſerit, de myſterio incarnationis, de ſacramentis generatim, baptismo, euchariſtia, poenitentia, purgatorio, eccleſia atque oſtendit, Pontificios a Patribus Eccleſiae longe discesſiſſe; ſimul autem monſtrare annititur, conſenſionem doctrinae eſſe inter Patres ac Reformatos. *)

H. ALTINGII *Theologia hiſtorica ſ. Syſtematis hiſtorici loca quatuor*, Amſtel. 1664. 4. quae quatuor capita, libro hoc hiſtorice explanata, ſunt: de natura theologiae, de verbo Dei ſ. S. Scriptura, de Deo, eſſentia uno, trino perſonis ac decretis Dei in genere deque praedeſtinatione divina in ſpecie: **)

DIONYSII PETAVII *Dogmata theologica*, quorum tres priores tomi lucem adſpexerunt, Par. 1644.

*) FABRICII *Hiſtor. Bibliothec. Part. II.* p. 206. REIMANNI *Catalog. Bibliothec. theolog.* p. 6.
**) REIMANNI *Catalog. Bibliothec. theolog.* p. 20.

fol. quartus autem, in duas partes divisus, ibid. 1650. fol. Editione hac prima melior ac praestantior est secunda, quae Amstel. 1700. VI. fol. non solum praefatione *Theophili Alethini* (*I. Clerici*) eiusdemque brevioribus notis ornata, sed etiam locupletata Petavii libro de *Tridentini Concilii interpretatione*; libris II. *Dissertationum ecclesiasticarum*; Diatriba de *potestate consecrandi*: libris VIII. de *Poenitentia publica*. Ipsa haec editio litteris iterum descripta est Florent. 1722. VI. fol. Non omnia, sed quaedam tantum dogmata Petavius pertractavit: *primo* nimirum tomo de Deo uno eiusque proprietatibus: *secundo* de sanctissima Trinitate: *tertio* de angelis ac mundi opificio: *quarto* de hierarchia ecclesiastica, de potestate consecrandi deque poenitentia publica et praeparatione ad communionem: *quinto* ac *sexto* de incarnatione Verbi. Ita, quod susceperat, opus haud ad finem perduxit. Partes illius, quae in lucem exierunt, singularem eruditionem, antiquitatum praesertim notitiam atque industriam monstrant ac praeclarum rerum perutilium apparatum exhibent. Quidquid in monumentis Patrum, Scriptorum ecclesiasticorum, Scholasticorum, dignum, quod notetur, de dogmatibus theologicis scriptum relictum est, id Petavius magno studio collegit, apte disposuit atque illustravit, elegantiori vsus stilo. Fuerunt, qui eum plagii accusarent; *) aut de *dogmatibus his theologicis*, tamquam opere, minus accurate composito, male sentirent, **) imo obiicerent Petavio, illum Patrum, qui ante Concilium Nicaenum vixerunt, effata de Trinitate ita in-

*) Vid. Martene et Durandi *Voyage littéraire* p. 177. Defendit Petavium Oudinus in *Observat. de Tractatibus theologicis Card. Augustini Oregii, in qua inquiritur, an Dionysius Petavius dogmatum suorum libros ex iisdem hausisse censendus sit*, quae est in *Actis Eruditor.* a. 1718. p. 491.

**) Cf. Patini *Nouvelles lettres a Charl. Spon* I, 243. Huetii *Commentar. de rebus, ad eum pertinentibus*, Libr. I. p. 69.

coniungantur, non eo consilio, ut debeant illa probare dogmata, quod per ea, tamquam effata humana, haud fieri potest, sed ut ex illis videamus, Deum veram doctrinam conservasse ac propagasse. Quae hoc monstrant, non desunt exempla. Praebent ista:

Mart. Chemnitii scripta, maxime *Loci* eius *theologici et Examen Concilii Tridentini.* Scripsit quoque *Orationem de lectione Patrum, s. Doctorum ecclesiasticorum* ac de vero rectoque usu scriptorum Patrum, qualis ille esse debeat disseruit. Praemissa illa est *Locis* eiusdem *theologicis* ac postea Ad. Rechenbergii *Summario historiae ecclesiast.* annexa. *)

Io. Gerhardi *Loci theologici*, qui praecipue ad locum hunc pertinent, quum Gerhardus in illis testimonia Patrum omni fide ac cum iudicio diligenter adduxit, eo animo, ut quae ex Scriptura S. tradiderat, ea confirmaret ac praecipue ostenderet, Ecclesiae nostrae doctrinam non esse novam. Ipse in lectione Patrum probe versatus fuit hocque et aliis scriptis satis comprobavit. **)

Io. Franc. Buddei *Institutiones theologiae dogmaticae*, quae ita compositae sunt, ut locum hunc omni iure obtineant. Quum enim auctor ex historiarum monumentis praeter alia enarrat, quae ad verae doctrinae propagationem ac conservationem pertinent, ad hanc probandam, Patrum dicta ac testimonia magno studio collegit ac recensuit. ***)

Ge. F. Seiler *Theologia dogmatico-polemica c. compendio historiae dogmatum.* Ed. 3. Erlang. (1774) 1789. 8. (1 Rth. 16 gr.)

---

*) Io. Ge. Walch *Bibl. theol.* I, 53. II, 269.

**) Walch l. l. I, 55. Denuo hos locos theolog. edidit variis observatt. adauxit I. F. Cotta. Tubing. 1762—89. XXII. 4. (28 Rth. 8 gr)

***) Walch l. c. I, 63.

I. F. Gruner *Inſtitutionum theologiae dogmat. Libb. III*, Hal. 1777. 8. (1 Rth. 8 gr.)

I. Chph. Doederlein *Inſtitutio theologi chriſt. in capitibus religionis theoreticis.* Ed. 6. novis curis emend. et aucta a *Chr. Gfr. Iunge.* Norimb. (1780) 1797. II. 8. (4 Rth.)

C. F. Stäudlin *Lehrb. d. Dogmatik u. Dogmengeſch.* Ed. 4. Gött. (1800) 1822. (2 Rth.)

Chr. Dan. Beck *Commentarii hiſtor. decretorum religionis chriſt. et formulae Lutheriae.* Lipſ. 1801. 8. (3 Rth.)

Iac. Chph. Rdf. Eckermann *Hdb. für d. ſyſtemat. Studium d. Glaubenslehre.* Alton. 1801 ſq. IV. 8. (10 Rth.)

C. G. Bretschneider *Handb. d. Dogmatik d. evangel. luther. Kirche.* Ed. 2. Lipſ. (1814) 1822. II. 8. (6 Rth.)

I. A. L. Wegscheider *Inſtitutt. theologiae chriſt. dogmaticae, addita ſingulorum dogmatum hiſtoria et cenſura.* Ed. 7. Hal. (1815) 1832. 8. (2 Rth. 18 gr.)

Reformati quoque in ſcriptis ſuis dogmaticis eamdem induſtriam monſtrarunt. Sufficiat, ad Bened. Picteti *Theologiam chriſtianam*, quae latine, gallice, germanice prodiit,*) et ad Thom. Stackhouse *A complete body of divinity.* Lond. 1709. 4. provocaſſe. Idem conſtat de Pontificiis, inter quos Io. Laur. Berti *Theologia hiſtorico-dogmatico-ſcholaſtica*, Rom. 1739—47. X. fol. **) Io. Andr. Klüpfelii *Inſtitutt. theologiae dogmaticae*, edit. 3. Vindob. (1788) 1807. II. 8. (4 Rth.) et Steph. Wiestii *Inſtitutt. theologiae dogmaticae*, Ingolſt. 1782—88. IV. 8. prae caeteris nominari debent.

*) Walch l. c. I, 228.

**) Walch l. c. I, 156.

§. 91.

In *tertia* Classe locum assignamus libris *Historiae ecclesiasticae Novi Testamenti.* Quando enim res, in civitate christiana gestae, enarrandae sunt, ad illas etiam doctrina pertinet et memorari omnino debet, quae illius ratio fuerit singulis seculis. Distincte tamen scripta haec historiae ecclesiasticae legenda sunt, quum illa auctores diversarum religionum composuerunt, hanc autem ob rem dogmata Patrum non una eademque ratione recensent atque explicant. Consuli possunt:

Centuriae Magdeburgenses, quarum quaevis Centuria singulare caput, idque quartum, complectitur de doctrina Ecclesiae, fatis eius per singulos locos theologicos. In opere hoc quae de Patribus eorumque dogmatibus habentur, ea non omnia tuto sequi possumus, quum varia scripta, quae adulterina sunt, veris ac germanis monumentis Patrum annumerantur.

Balth. Bebellii *Antiquitates Ecclesiae in tribus prioribus p. nat. Chr. Seculis, evangelicae et hodiernae* ὁμοψήφου, *quibusvis heterodoxis, modernis praesertim, oppositae*, Argent. 1669. 4. *Antiquitates Ecclesiae in quarto p. n. Chr. Sec.*, Argent. 1679 sq. II. 4., opus longe praestantissimum, quod magnam utilitatem antiquioris historiae ecclesiasticae studiosis affert.

Natal. Alexandri *Hist. ecclesiast.* Par. 1676 — 86. XXVI. 8. et Venet. 1778. IX. fol.

Iac. Basnagii *Histoire de l'Eglise depuis I. Chr. iusqu' à présent*, Roterod. 1699. II. fol.*) Opus hoc est praeclarum ac merito princeps inter ingenii monu-

---

*) *Acta Erudit.* a. 1699. p. 402. 433. 481. Neocori et Sikii *Biblioth. libr. novor.* IV, 24 et 215. *Hist. des Ouvrages des Savans* a. 1698. p. 278. 382. *History of the works of the learned* 1710. p. 203. *Nachr. von d. Büchern in der Stollischen Bibliothec* I, 92.

menta, quibus dogmatum hiſtoria illuſtratur. Abſolvitur id quatuor partibus, quarum ſecunda auctor de Canone Scripturae S., de Traditionibus, de octo Conciliis oecumenicis, de Iuſtificatione, de Gratia et Euchariſtia; tertia autem de Adoratione ſacramenti Euchariſtiae, de Cultu Angelorum, b. Virginis Mariae, Sanctorum, Reliquiarum et Imaginum exponit ac quae ad hiſtoriam horum doctrinae vitaeque capitum pertinent, ea diligenter ediſſerit. Occaſionem libri huius conſcribendi auctori praebuerunt Iac. Benigni Bossveti *Hiſtoire des Variations des Egliſes proteſtantes*, ſpeciatim ea, quae ibi de Albingenſibus ſ. Waldenſibus ſcripta erant. Quae quum refellere Basnagius inſtitueret, rei ſuae ſe conſulere poſſe exiſtimavit, ſi Eccleſiae ac verae illius doctrinae ſucceſſionem, a prima origine usque ad Albingenſes demonſtraret. Edidit Bossvetus, pro cauſſa ſua: *Déſenſe des Variations contre la réponſe de Mr. Basnage*, Par. 1701. 12. Basnagius autem ei non reſpondit.

Thom. Ittigii *Selecta H. E. Capita*, Sec. I. ac II., qui in doctrina Patrum dictorum Seculorum accurate enarranda ſingularem induſtriam poſuit ac quae de ea affert, ea omnino ſelecta ſunt ac prorſus exquiſita. Quibus recentiori memoria prae caeteris annumerari merentur:

Herm. Venemae *Inſtitutiones Hiſt. eccleſiaſt.* Lugd. B. et Leovard. 1777 ſq. VII. 4.

Io. Matthiae Schroeckhii *Chriſtl. Kirchengeſch.* (Lipſ. (1768.) 1772—1803. XXXV. 8.) Vol. I—XVIII. (46 Rth. 12 gr.)

I. E. Chr. Schmidt *Handb. d. chriſtl. Kirchengeſch.* Gieſſ. (1801 f.) 1825—27. I—IV. V. VI. 1813. 1820. 8. (8 Rth. 16 gr.)

A. Neander *Allgem. Geſch. d. chriſtl. Relig. u. Kirche.* Hamb. 1825 ſqq. I, 1—3. II, 1—3. 8. (12 Rth. u. 6 Rth. 12 gr.)

I. C. L. Gieseler *Lehrb. d. Kirchengesch.* Bonn. 1827 sqq. I, 1. 2. II, 1—3. 8. (8 Rth. 8 gr.)

I. G. V. Engelhardt *Handb. d. Kirchengesch.* Erlang. 1833. II. 8. I, 177 sqq. 376 sqq.

Adiungi possunt ii, qui speciatim de ipsis Patribus Ecclesiae commentati sunt ac libros eorundem ita commemorarunt, ut monstrarent, quae sint illorum argumenta. Adduxisse sufficiat: Abr. Sculteti *Medulla theologiae Patrum;* Nic. le Nourry *Apparatus ad Bibliothecam maximam veterum Patrum,* maximam partem in Plac. Sprengeri *Thesaurum patristicum* translatum; Chr. F. Rössler *Bibliothek d. Kirchenväter;* Gfr. Lumper *Hist. theol. crit. de Vita, Scriptis ac Doctrina PP.;* Io. Ge. Arn. Oelrichs *Commentarii de Scriptorib. Eccl. lat.;* de quibus iam ante disseruimus, et Dan. Schrammii *Analysis Operum SS. PP.*, Aug. Vind. 1780 sqq. XV. 8., Pollicitus est Schrammius, se allaturum esse argumentum et scopum uniuscuiusque Operis et occasionem, qua et contra quos scriptum sit etc., et propositurum se argumentum, eo ordine, quo apud Scriptorem exstant, iisdem Scriptoris verbis etc. Hausit sua potissimum ex novissimarum PP. editionum praefationibus, dissertationibus, notaminibus, variantibus lectionibus, locorum obscurorum explicationibus et textorum ipsorum correctionibus.

§. 92.

Addimus *quartam* Classem ac referimus ad illam scripta varii generis, praecipue de *ipsa theologia ac studio illius*, recte sapienterque instituendo, ita composita, vt ex Patrum monumentis praecepta ac sententiae diligenter recenseantur atque in nonnullis ipsa Patrum scripta, ad rem hanc spectantia, exhibeantur, cum multis utilibus regulis, quae praescribuntur atque ad eruditionem pariter ac pietatem pertinent.

In Claſſe hac primum locum tenent: *Inſtitutiones theologicae antiquorum PP., quae aperto ſermone exponunt breviter theologiam, ſ. theoreticam, ſ. practicam.* Romae ex typogr. Congreg. de propaganda fide 1709—12. III. 8. Opus hoc collegit et ad publicum uſum transtulit Ios. Maria Tomasius, Rom. Eccl. Cardinalis, cuius nomen autem omiſſum eſt. In volumine *primo* poſt praemiſſas *Leonis, Innocentii* III. et *Gregorii M. Epiſtolas*, quibus ſtudium, ſcripta Patrum Eccleſiae diligenter legendi, multum commendatur, locum obtinuerunt: Tertulliani Lib. de *Praeſcriptionibus adv. haereticos*, ex recenſ. Iac. Pamelii; Gregorii *Nazianz. Oratio XXVI.* de *moderatione in diſputationibus theologicis* ſervanda, interprete Iac. Billio; Eiusdem *Oratio XXXIII.* ſ. prima de *theologia*, itidem ex Iac. Billii verſione ac denique Vincentii *Lerinenſis Commonitorium.* Volumen *ſecundum* complectitur: Cypriani *Teſtimoniorum ad Quirinum librum tertium;* Basilii *M. Aſcetica;* Eiusdem librum de *iudicio Dei;* de *vera ac pia fide;* nec non eius *Moralia*, gr. ac lat. Volumen denique *tertium* exhibet ſequentes Epiphanii libros: *Ancoratum*, quo univerſa fere fidei doctrina exponitur; *Brevis expoſitio fidei* catholicae et apoſtolicae Eccleſiae atque *Anacephalaeoſin* ſ. eorum, quae in *Panario* adverſus haereſes dicta ſunt, Epitomen, gr. ac lat. In volumine hoc ſunt nonnulla, ob quae illud duobus prioribus voluminibus iure praefertur. In margine exhibentur plurimae partim emendationes firmiores, partim coniecturae criticae, quibus Petavii editio erudite caſtigatur. Ibidem quoque diligenter adſcripta eſt ſynopſis paragraphorum, quae lectionem libri expeditiorem reddit ac ſi Epiphanius ſingulare quid habet, illud itidem notatur. Decreverat quidem Tomaſius, plura volumina harum *Inſtitutionum* in lucem emittere, uti ex catalogo, volumini ſecundo

praemiſſo, videmus; minus autem propoſitum ſuſceptumque conſilium exſequutus eſt. *) Alia ſcripta quodam modo ad locum hunc referri poſſunt, in quibus ſunt:

Oth. Brunfelsii *Confutatio Sophiſtices et Quaeſtionum curioſarum ex Origine, Cypriano, Nazianzeno, Cyrillo, Chryſoſtomo, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Athanaſio, Lactantio,* Seleſtad. 1520. 4.

Iac. Mariae Gravinae *Synopſis theologiae veterum Patrum, ad mentem venerabilis Ioſephi Cardinalis Tomaſii, quae tractatus ſaniores ſcholaſticos, fidei dogmata ſacramque hiſtoriam criticam complectitur,* Panormi 1732. fol. Cardinalis, *Ioſ. Maria Tomaſius* ediderat breviorem indicem inſtitutionum theologicarum veterum Patrum, Rom. 1701. denuo Panormi 1723. 1731. 8. ac regulas praeſcripſerat, quas ſequi debeamus, ſi ſcripta Patrum prudenter atque utiliter legere velimus, libros Tertulliani, Cypriani, Baſilii, Gregorii Nazianz., Epiphanii, Auguſtini, Vincentii Lerin., Theodoreti, Gennadii, Fulgentii, Iſidori, Ioannis Damaſceni. Provinciam poſtea Gravinae dedit, quae Patres in libris ſuis de rebus fidei habebant, ea colligendi, in ordinem redigendi ac ſynopſin theologiae Patrum exhibendi, quod opus ſuſcepit ac primam eius partem, edidit. Ex ſententia VV. DD. liber hic non ea ratione ſcriptus eſt, quam vera ac bene diſpoſita Patrum theologia requirit. **)

Io. Chph. Harenbergii *Theologia primorum Chriſtianorum dogmatica, ex monumentis Patrum eccleſiaſticis collecta,* Brunſu. 1746. 4. In

*) Fabricii *Biblioth. graec.* edit. vet. XIII, 749. Niceronii *Mémoires* III, 278. *Acta Eruditor.* a. 1710. p. 336. 1711. p. 536. 1714. p. 123.

**) *Acta Erudit.* a. 1735. p. 533.

opuſculo hoc auctor commentatur de *Libris canonicis ſacris, quot et quales in Eccleſia prima exſtiterint; de ſtudio, quo olim Apoſtoli ſcripta ſua contra omnem fraudem praemuniverint; qua fide coetus ſacri authenticas Apoſtolorum litteras cuſtodiverint et qua diligentia veteres Chriſtiani omnia ad regulam Codicis S. exegerint.* Recenſet Patres trium priorum ſeculorum, quorum adhuc exſtant monumenta, enarrat eorum ſententias de Deo uno et trino, de utraque Chriſti natura, de humanitatis Chriſti ſtatu utroque, de eius deſcenſu ad inferos, de divinitate Spiritus S., de gratiae Dei ac redemtionis Chriſti univerſalitate, de inaudita olim inter latriam, duliam et hyperduliam diſtinctione. Oſtendit praeterea, antiquiores Chriſtianos alienos fuiſſe a cultu imaginum; crucis ſignum iam ſeculo quidem ſecundo adhibitum eſſe, ſine omni autem cultu adorationis, vel honoris; Mariam deiparam ad finem usque ſeculi duodecimi creditam fuiſſe, in peccati inſiti labe et conceptam et natam; veteres Chriſtianos neque Angelis, neque Martyrum reliquiis cultum religioſum detuliſſe. Diſſerit quoque auctor de peccato originis, de baptismo infantum et adultorum, de confirmatione baptismali, de S. Coena, de figura panis conſecrandi et calicis, de unico Chriſti ſacrificio, de arca eleemoſynaria, de oblatione corporis Chriſti repraeſentativa, de invocatione Spiritus S. euchariſtica, de conventibus Chriſtianorum, de euchariſtia parvulorum, de templis, de eccleſia ex mente primorum Chriſtianorum. *)

Io. Alph. Turretini Oratio de *variis chriſtianae doctrinae fatis*, de variis illius aetatibus: aurea ſub Chriſto atque Apoſtolis; argentea per tria prima chriſtiana ſecula usque ad Conſtantinum M.;

---

*) *Acta Erudit.* a. 1746. p. 681.

inde aerea; tum a decimo ſeculo ferrea atque iterum argentea a temporibus repurgatorum ſacrorum, ex quo iam indicato argumento orationis huius haud difficulter colligendum eſt, eam non ſine iure ad locum hanc referri.

Pet. Zornii *Delineatio theologiae patriſticae, ſecundum ordinem locorum theologicorum adornata.* In Prolegomenis tria capita pertractata ſunt atque exponitur de Scriptoribus in genere, qui ad lectionem Patrum ducunt; de regulis generalibus, in lectione Patrum obſervandis ac de theologicis Patrum ſyſtematibus. Ipſa delineatio tribus partibus conſtat. Prima auctor diſſerit de theologia Patrum dogmatica, ſpeciatim de Scriptura S., de Deo, de creatione ac providentia, de angelis et ſtatu integritatis primi hominis, de libero arbitrio et peccato, de incarnatione filii Dei, de converſione et poenitentia, de iuſtificatione et ſanctificatione, de praedeſtinatione, de baptiſmo, de S. Euchariſtia, de oratione, de coniugio, de magiſtratu politico, de miniſterio eccleſiaſtico, de libertate chriſtiana, de morte et ſtatu animae poſt mortem, de iudicio extremo, de reſurrectione et vita aeterna. Parte ſecunda continetur expoſitio de Patrum oratoria ſacra ac tertia de theologia Patrum morali, quae duae poſteriores partes prima longe breviores ſunt. Ipſa delineatio monſtrat auctoris eruditionem ac laudabilem induſtriam hancque ob rem non ſine utilitate legenda eſt. Alia tamen reliquit, quae emendationem poſtulant. Quae apud Patres ſunt dogmata, ſpeciatim teſtimonia veritatis non diſtincte atque expreſſe affert, nec ſemper debitam probat accurationem. Commentationem hanc, quum illa manuſcripta tantum exſtiterit, iuris publici fecit Io. Diet. Winckler in *Tempe, anecdota ſacra varia complexa* p. 263.

§. 93.

Venimus ad *quintam* Claſſem eamque ultimam atque in illa locum aſſignamus Scriptoribus, qui *hiſtoriam ſingularis dogmatis chriſtiani* ita illuſtrarunt, ut non ſolum enarrarent, quae recentiore aetate de iſto ſint tradita, diſputata, controverſa, ſed etiam commemorarent, quae antiquiori tempore fata eiusdem fuerint ac per conſequentiam quae et Patres ordinis ſacri de capitibus fidei docuerint. Varia ſcripta prodierunt, quae huc pertinent. Exſtant:

I. De *Scriptura S.:* Iac. Usserii *Hiſt. dogmatica Controverſiae inter Orthodoxos et Pontificios de Scripturis et Sacris vernaculis.* Prodiit illa cura *H. Whartoni,* una c. eiusdem notis atque auctario, Lond. 1690. 4. Diligenter Patrum graecorum ac latinorum teſtimonia a Chr. n. ad a. 600. contra Pontificios eorumque errores de Scripturis SS. enarrantur, quae et ab aliis, ſupra a nobis commemoratis, oblata occaſione adducta ſunt. Chr. W. Franc. Walch *Krit. Unterſ. v. d. Gebrauche d. heil. Schrift unter d. Chriſten d. erſten 4 Jahrh.* Lipſ. 1779. 8. Tob. Gfr. Hegelmaier *Geſch. d. Bibelverbots.* Ulm. 1783. 8. Ad. Jos. Onymus *Entw. zu e. Geſch. d. Bibelleſens.* Wirceb. 1786. 8. Ph. H. Schuler *Geſch. d. populären Schrifterklärung*, Tub. 1787. 8. p. 21 ſqq. Leand. van Ess *Auszüge üb. d. nothwend. u. nützl. Bibelleſen a. d. heil. Kirchenvätern u. andern kathol. Schriftſtellern.* N. A. S. l. 1816. 8. C. Ios. Estlander D. *de uſu Scripturae S. in Eccleſia catholica duobus primis p. Chr. n. Seculis.* Helſingforſ. 1829. 4. — Scriptorum eccleſiaſticorum ante Iuſtinum Mart. de N. T. librorum inſpiratione ſententias collegit et commentatus eſt C. A. Credner D. *de librorum N. T. inſpiratione, quid ſtatuerint Chriſtiani ante Sec. III medium.* Ien.

1828. 8. Pro parte etiam huc pertinet Gust. F. Nic. Sonntag *Comment. Doctrina inſpirationis eiusque ratio, hiſtoria et uſus popularis.* Heidelb. 1810. 8. (20 gr.)

II. de *Trinitate*, maxime de *Divinitate Chriſti*, quo ſpectant inprimis ſcripta Ge. Bulli eaque: *Defenſio fidei Nicaenae de aeterna divinitate Filii Dei, ex ſcriptis SS. Patrum, qui intra tria prima Eccleſiae chriſt. ſecula floruerunt,* Oxon. 1685. 4. Amſtel. 1688. 4. Eiusdem *Iudicium Eccleſiae cathol. III priorum Secc. de neceſſitate credendi, quod Dominus noſter I. Chr. ſit verus Deus, adſertum contra Simonem Episcopium aliosque,* Oxon. 1684. 8. Amſt. 1697. 8. ac *Primitiva et apoſtolica traditio dogmatis, in Eccleſia cathol. recepti de Ieſu Chriſti Servatoris noſtri divinitate, adſerta atque evidenter demonſtrata contra Dan. Zuickerum Boruſſum eiusque nuperos in Anglia ſectatores,* quod ſcriptum primam lucem vidit in Bulli *Operibus*, Lond. 1703. fol. a *I. E. Grabio* editis cura et c. annott. *Io. E. Grabii* Cf. Dan. Whitby *Disquiſitt. modeſtae in Bulli defenſionem fidei Nicaenae.* Ed. 2. Lond. 1720. 8. et Luc. Mellier (Sam. Crell) *Fides primor. Chriſtianor. ex Barnaba, Herma et Clemente Rom. demonſtrata, defenſioni fidei Nicaenae Ge. Bulli oppoſita.* Lond. 1697. 8. Addi poſſunt, quae recentiore aetate contra Arianos, Tritheitas atque alios Trinitatis hoſtes pro Concilio Nicaeno eiusque doctrina diſputata hacque occaſione de Patribus Eccleſiae eorumque ſententia de Trinitate copioſe dicta ſunt. Inter alia dimicavit hac de re Pet. Faydit cum P. Hugone atque edidit: *Apologie du Syſtême des SS. Pères ſur la Trinité,* Nanceii 1702. 12.*) Addi debent: I. F. Cotta *Hiſt. dogmatis de S. S. Trini-*

*) *Iourn. des Savans* a. 1702. *Sept.* p. 991. a. 1704. *Ian.* p. 50. adde: Dupin *Nouvell. Biblioth. des Auteurs eccleſiaſt.* XIX, 306.

tate; in Gerhardi *Locc. theol.* III, 324 ſqq. Iosias Fr. Chr. Löffler *Kurze Darſtellung d. Entſtehungsart d. Dreyeinigkeitslehre, v. Ieſu bis auf d. nicen. KVerſamml.;* in (Souverain) *Verſ. üb. d. Platonismus d. KVäter a. d. Franz. überſ.* Aufl. 2. p. 375 ſqq. I. Ge. Arn. Oelrichs *Comment. de vera et certa eorum, qui Sec. II. et ineunte III. floruerunt Patrum de ratione ſ. relatione Filii ſ. Verbi cum Patre ſententia.* Goett. 1787. 8. I. F. Burscher *Eccleſiae chriſt. poſt Apoſtolos Scriptorum antiquiſſ. doctrina publ. de Deo trinuno et de I. Chr. perſona, ex ſcriptis duntaxat optimorum omnium Criticorum confeſſione genuinis, ipſarumque verbis propoſita.* Lipſ. 1780. 8. germanice: *Der älteſt. chriſtl. Kirchenſcribenten Lehre v. d. dreyeinigen Gott u: d. Perſon I. Chr.* Lipſ. 1781. 8. I. E. Chr. Schmidt *Einige Bemerkk. z. älteſt. Geſch. d. Dogma v. d. Trinität;* in Eiusd. *Biblioth. f. Kritik u. Exegeſe.* Vol. II. Fasc. 2. Quae a nobis credenda ſunt de *Proceſſione Spiritus S.*, ea huc quoque pertinent. Dogma hoc ſingulari ſtudio explanaverunt et Patrum quoque Eccleſiae dicta ac ſententias recenſuerunt: I. Ge. Walch *Commentat. Hiſtoria Controverſiae Graecorum Latinorumque de Proceſſione Spiritus S.*, Ien. 1751. 8. Chph. Matth. Pfaff *Hiſt. ſuccincta Controverſiae de Proceſſione Sp. S.* Tubing. 1749. 4. Thph. Procopowitz *Hiſt. de Proceſſione Sp. S.* Goth. 1772. 8. Wern. C. L. Ziegler *Geſchichtsentwickelung d. Dogma v. heil. Geiſte, von den früheſten Zeiten d. Kirche an bis auf d. Florentin. Concil. im 15 Iahrh.;* in Eiusd. *Theolog. Abhdll.* P. I. N. 2.

III. de *Peccato originis*, de quo commentatus eſt I. Ge. Walch *Hiſt. doctrinae de Peccato originis*, Ien. 1738. 4. *) Addi poſſunt, quae in lite

*) Translata in Eiusd. *Miſcellanea ſacra* p. 173. et conferenda c. Eiusd. D. *de Pelagianismo ante Pelagium*: in *Miscell. ſacris* p. 575.

Dan. Whitby de imputatione peccati Adami dicta atque expoſita ſunt. Quum enim ille evulgaſſet *Tractatum de imputatione divina peccati Adami poſteris eius univerſis in reatum*, Lond. 1711. 8. (recenſ. notasque adi. I. Sal. Semler. Hal. 1775. 8.) eoque imputationem hanc negaſſet, non defuerunt, qui adverſus eum pugnarent, hacque occaſione illuſtrata quoque ſunt teſtimonia, quae Patres Eccleſiae de Peccato originis ſcripta reliquerunt. Inter adverſarios eius locum ſibi fecit Ionath. Edward eique oppoſuit *Defenſionem doctrinae de Peccato originali*, lingua gallicana, Oxon. 1711. 8. hocque libro dogma de Peccato originis ex Scriptura S. et monumentis Patrum Eccleſiae, qui ante Auguſtinum vixerunt, tradidit ac probandi periculum fecit.*) Praeter hos in hiſtoria huius dogmatis illuſtranda ſtudium ſuum poſuerunt: I. Andr. Cramer *Schickſale u. Lehren v. d. Erbſünde, d. freyen Willen, d. Gnade u. d. Erwählung d. Menſchen;* in Iac. Benign. Bossuet *Einl. in d. Geſch. d. Welt III*, 519. Io. Horn *Commentat. de ſententiis eorum Patrum, quorum auctoritas ante Auguſtinum plurimum valuit, de peccato originali.* Götting 1801. 4. Gust. Fr. Wiggers *Verſ. e. pragmat. Darſtellung d. Auguſtinismus u. Pelagianismus v. d. Anfange d. pelagian. Streitigkk. bis zur dritten öcumen. Synode.* Berl. 1821. 8. (2 Rth. 6 gr.) et I. Geffken *Hiſt. Semipelagianismi antiquiſſimi.* Götting. 1826. 4. (12 gr.) Cf. Gust. F. Wiggers *de Io. Caſſiano, Maſſilienſi, qui Semipelagianismi auctor vulgo perhibetur,* Commentatt. III. Roſtoch. 1825. 4. (1 Rth.)

IV. de *Gratia et Praedeſtinatione*, de qua legi poſſunt: Chph. Matth. Pfaffii *Spec. hiſtoriae*

*) De controverſia hac pluribus expoſuit I. Ge. Walch in *Einleit. in die Religionsſtreitigkeiten auſſer der evangeliſch-lutheriſch. Kirche* III, 991. adde: Clerici *Biblioth. ancienne et moderne* IX, 320. Niceron *Memoires* XXI, 249.

dogmaticae in articulo de Gratia et Praedeſtinatione, Tubing. 1717. 4.; in Eius *Primit. Tubing. I*, 87. ac germanice in Eiusdem *Geſamml. Schriften, ſo zur Vereinigung der proteſtirenden Kirchen abzielen I*, 118. Io. Iac. Hottingeri *Fata doctrinae de Praedeſtinatione et Gratia Dei ſalutari ſecunda et adverſa, inde a b. Apoſtolorum exceſſu ad haec usque tempora, in annales digeſta*, Tigur. 1727. 4. quibus et alii adiungi poſſunt. Sunt in numero eorum: Isaac. Habert., cuius *Theologiae graecorum Patrum vindicatae circa univerſam materiam Gratiae libri III* in lucem prodierunt, Par. 1646. fol. Io. Bapt. du Chesne, libro inſcripto: *Prédeſtinatianisme, ou les Héréſies ſur la Prédeſtination et la Réprobation, traité hiſtorique et théologique*, Par. 1724. 4.*) (Scip. Maffei) *Iſtoria teologica delle dottrine et delle opinioni corſe ne cinque primi ſecoli della chieſa, in propoſito della divina grazia, del libero arbitrio e della predeſtinazione.* Trento 1742. fol. et lat. p. *Fr. Reiſſenberg.* Frcf. 1756. fol. Cf. *Animadverſſ. in hiſtor. theol. dogmatum et opinionum de divina gratia a cl. Viro Scip. Maffeio elaboratam.* Frcf. 1749. 4. Wundemann *Geſch. d. chriſtl. Glaubenslehren II*, 88—246. Chph. Matth. Pfaff *Disq. theol. de diſtinctione Auguſtini inter Adiutorium ſine quo non et quo orthodoxa an erronea?* Tubing. 1727. 4.

V. de *Chriſto*, de cuius *divinitate* dogma ex Patrum monumentis enarratum eſt in Ge. Bulli variis ſcriptis, antea memoratis, maxime in *Defenſione fidei Nicaenae de aeterna divinitate Filii Dei.* Add. Chph. Dav. Ant. Martini *Verſ. e. pragmat. Geſch. d. Dogma v. d. Gottheit Chr. in d. 4 erſten Iahrhh. n. Chr. Geb.* Thl. I. Roſt. 1800. 8. Eiusd. *de Sententia Euſebii Caeſar. de divinitate Chr.* Com-

*) *Mémoires de Trevoux* a. 1725. *Mai.* p. 873.

mentat. P. I. Ibid. 1795. 4. I. Ritter *Eusebii Caesar. de divinitate Chr. placita.* Bonnae 1823. 4. Go. Sgm. Donner *Sententiarum de Miraculis I. Chr. recensus ex Patribus VI priorum Saeculorum.* Lipſ. 1810. 4., qui Cap. III ea PP. ecclesiasticorum loca collegit, ex quibus apparet, PP. credidisse, miracula Christi vera atque divina, non artibus magicis vel praestigiis facta esse. G. Iac. Planck *Obss. quaedam in primam doctrinae de naturis Chr. historiam.* Gött. 1787. 89. 4. recuſ. in Velthusen et al. *Commentt. theolog.* I, 141 ſqq. I. E. Chr. Schmidt *Einige Gedanken üb. d. Ausbildung d. Dogma v. d. Gottheit Chr.*, in Eiusd. *Allg. Bibl. d. theol. u. paedagog. Literatur VI,* 280. De *Satisfactione Christi* eaque universa veterum Doctorum Ecclesiae testimonia a variis Viris collecta sunt ac praeter alios, legi possunt: Ger. Io. Vossius *Histor. Pelagian. Libr. VII. Part.* 1., Hugo Grotius *Defens. fidei cathol. de Satisfact. Christ. Cap.* 10. Erasm. Möller *De praecipuis mutationib., quas subiit quaestio de necessitate Satisfactionis.* Havn. 1790. 4. Wern. C. L. Ziegler *Hist. dogmatis de redemtione inde ab Eccl. primordiis, usque ad nostra tempora.* Gött. 1791. 4. et in Velthusen al. *Commentatt. theol.* V, 257. et (Beni. Gubalke) *Hist., philos. u. exeget. Darstellung d. versch. Gesichtspuncte, aus welchen d. Tod Iesu betrachtet werden kann.* Vratisl. 1803. 8. (1 Rth. 8 gr.) Cf. Dan. v. Cölln ad Münscheri *Lehrb. d. Dogmengesch.* I, 410. Ad dogma de *Descensu Christi ad inferos* pertinet: Io. August. Dietelmaieri *Hist. dogmatis de Descensu Christi ad inferos litteraria.* Norib. 1741. 8. Ed. 2. Altorf. 1762. 8. c. *Io. Balth. Bernholdi* praefatione; Io. Sal. Semler Progr. *de vario et impari Veterum studio in recolenda historia Descensus Chr. ad inferos.* Hal. 1775. 4.; Io. Clausen *Dogmatis de Descensu Chr. ad inferos historia biblica atque ecclesiast.* variis

obss. crit. philol. illustr. Hafn. 1801. 8.; ad doctrinam de *Resurrectione Christi:* H. A. Niemeyer Prol. *de Evangelistarum in narrando I. Chr. in vitam reditu dissensione, variisque vett. Doctorum Eccl. in ea diiudicanda et componenda studiis.* Hal. 1824. 4.; ad doctrinam de *Accommodatione Christi:* F. A. Carus D. *Historia antiquior sententiarum Ecclesiae graecae de Accommodatione Christo inprimis et Apostolis tributa.* Lips. 1793. 4.

VI. de *Iustificatione* non singularem quidem librum memorare possumus, qui dogma de illa, ex Patrum scriptis illustratum ac confirmatum, complectatur; satis tamen firmum atque evidens est, Doctores illos praeclara testimonia de iustificatione, non per opera, sed per solam fidem impetranda, in monumentis suis reliquisse. Praeter alios recensent illa: Dan. Chamier *Panstrat. catholic. T. III. Libr.* 22. *Cap.* 5., Io. Forbesius *Instruct. hist. - theol. Libr. VIII. Cap.* 24. p. 424. *Centuriatores Magdeburgenses Cap. IV.* p. 36., Balth. Bebel *Antiquit. eccles. Sec. III.* p. 770. et *Sec. IV.* p. 370., Io. Franc. Buddeus *Institutt. theol. dogmat. Libr. IV. Cap.* 4. §. 17. p. 1367. Cf. H. L. Heubner *Hist. antiquior dogmatis de modo salutis tenendae et iustificationis s. veniae peccatorum a Deo impetrandae instrumentis.* Viteb. 1805. 4.

VII. de *Sacramentis:* Chardoni *Histoire des Sacramens.* Par. 1745. VI. 12., Sacramentorum, Baptismi non solum ac S. Coenae, sed eorum quoque, quae praeter illa apud Pontificios in numero Sacramentorum sunt.*) Franç. Brenner *Geschichtl. Darstellung der Verrichtung u. Ausspendung d. Sacramente v. Chr. bis auf unsere Zeiten.* Bamb. et Wirceb. 1818—24. III. 8.

---

*) *Mém. de Trevoux* a. 1745. *Iun.* p. 959. *Aug.* p. 1364. *Oct.* p. 1721. *Dec.* p. 2169.

VIII. de *Baptismo:* Chr. Schottani *Exercit. hist. theol. de Baptismo.* Frcf. 1669. 4. Ger. Io. Vossii *Disputatt. XX de Baptismo.* Amstel. 1648. 4. denuo litteris descriptae in Eiusd. *Operibus* horumque *tomo*, qui *Tractatus theologicos* continet p. 241. I. A. Stark *Gesch. d. Taufe u. Taufgesinnten.* Lips. 1789. 8. Alex. Pirie *A Dissertation on Baptism, intended to illustrate the origin, history, design, mode and subiects of that sacred Institut.* Lond. 1799. 8. Rob. Robinson *History of Baptism.* Lond. 1790. 4. Conr. Steph. Matthies *Baptismatis expositio bibl., histor., dogmatica.* Berol. 1831. 8. Speciatim de Baptismo infantum W. Wall *History of infant baptism,* exiit Lond. 1705.*) edit. 4. 1731. 8. Ex anglico sermone illum in latinum convertit, nonnullis etiam observationibus et vindiciis locupletavit *Io. Lud. Schlosser.* Brem. 1748-53. II. 4. (3 Rth.)**) Historia haec Auctoris singularem eruditionem atque industriam commendat atque ad dogma de infantum Baptismo illustrandum ac confirmandum multa praebet adiumenta. E. S. Cyprian *Hist. Paedobaptismi.* Goth. 1705. 4. Dav. Rees *Infant Baptism no institution of Christ, and the reiection of it iustified from scripture and antiquity.* Lond. 1734. 8. I. Ge. Walch *Hist. Paedobaptismi IV priorum Secc.* Ien. 1739. 4. recus. in Eiusd. *Miscell. sacr.* p. 487. W. Mart. Lebr. de Wette *Zur Gesch. d. Kindertaufe;* in *Theol. Stud. u. Kritiken* a. 1830. III, 669. F. E. Boysen *Acta inter S. Cyprianum et Stephanum in disceptatione de haereticis baptizandis.* Lips. et Quedlinb. 1763. 4.

IX. de *S. Coena*, de qua duo tantum scripta commemorasse sufficiat. Alterum est: Phil. Mor-

*) Bernardi *Nouvelles de la republ. des lettres* a. 1708. *Oct.* p. 363. *Nov.* p. 563.

**) *Acta Erudit.* a. 1749. p. 164. a. 1756. p. 152.

EI *de l'institution, usage et doctrine de l'Eucharistie l'Eglise ancienne, ensemble quand comment et quels degréz la Messe s'est introduite en la place*, ell. 1598. 4. Ib. 1599. 8. Salmurii 1604. 4., e ultima editio ab Auctore emendata atque a Geensibus Doctoribus approbata est; latine autem is hoc, ab ipso Mornaeo conversum, prodiit f. et Hanov. 1605. fol. et 8. Mornaeus repugnat resistit contra Pontificios eosque ex antiquitate lesiastica ac Patrum testimoniis refellit.*) Altera scriptum, iam adducendum, est MATTHAEI RROQUANI *Histoire mémorable et intéressant de charistie*, Amstel. 1660. 4. sine Auctoris noic atque iterum 1677. 8., quae editio scriptorem e se fert. Edit. 4. prodiit 1737. Translatus est r hic in linguam anglicam. Inter Pontificiorum ores praecipue locum habet *Transsubstantiatio*, e a multis profligata est etiam ex monumentis Pam. Legantur: Io. COSINI *Historia Transsubtiationis papalis*, Lond. 1675. 8. et Bremae 8. 8., ubi Auctor non solum originem ac proessionem Transsubstantiationis enarrat, sed etiam tra illius dogma disputat, ita tamen, vt angliae faveat Ecclesiae; Io. RDPH. KIESLINGII *Hist. certationis Graecorum Latinorumque de Transstantiatione in S. Eucharistiae Sacramento*, Lips. 4. 8.**); Dissertatio, a I. GE. WALCHIO conpta, de *Historia Transsubstantiationis pontificiae*, e prodiit Ienae 1738. 4.***) et F. K. MEIERI *Vers. esch. d. Transsubstantiationslehre. Nebst e. Abhdl. KIl. Paulus üb. d. Frage: Was lehrt d. Dogmench. üb. d. Mystische in d. Abendmahlslehre?* Hei. 1832. 8. (14 gr.) Referri et huc possunt scri-

*) *Unschuld Nachrichten* 1711. p. 279.
**) *Acta Erudítor.* a. 1754. p. 164. KRAFT *Theol. Biblioth. X*, 418.
***) Et locum obtinuit in EIUSD. *Miscellaneis sacris* p. 205.

pta controversiae Pontificiorum ac Reformatorum, quae nata est ex opere, cuius titulus est: *La perpetuité de l'Eglise catholique touchant l'Eucharistie.* Par. 1670 — 1713. V. 8. et cuius tria priora Volumina elaborarunt ANT. ARNAUD et PET. NICOLE, quartum et quintum autem auctorem agnoscunt EUSEB. RENAUDOT. Utrique caussae suae praesidium in antiquitate ecclesiastica inveniri, putarunt idque aliis persuadere voluerunt. Hanc in rem multa Patrum testimonia collecta sunt, cum a Pontificiis, eo consilio, ut illis dogma suum de Transsubstantiatione confirmarent, tum a Reformatis, ea mente, ut probarent, ab antiquioribus Christianis haud creditam fuisse veram praesentiam Corporis ac Sanguinis Christi in S. Coena. Magnus est numerus scriptorum, quibus bellum hoc coeptum ac productum est. Notitiam eorum I. GE. WALCH *Biblioth. theolog. II*, 231. suppeditavit. Recensent ista LUD. ELL. DUPIN *Biblioth. des Auteurs ecclésiast. XVIII*, 110. CHPH. MATTH. PFAFF *Dissert. anti-Rogerian.* p. 8. atque alii. Nostris temporibus huc referendi: I. ANDR. CRAMER *Ueb. d. Schicksale d. Lehre v. d. Abendmahle d. Herrn;* in IAC. BENING. BOSSUET *Einleit.* V, 1, 139—299. *Versuch e. Gesch. d. Dogma v. d. Opfer d. Abendmahls v. ersten Iahrh. bis an das Ende des sechsten;* in SCHLEUSNER u. STÄUDLIN *Götting. Bibl.* II, 159—199. 317—356. (GE. CONR. HORST) *Das h. Abendmahl, e. dogmat. histor. Untersuchung.* Gies. 1815. 8. (14 gr.) PH. MARHEINECKE *Patrum de praesentia Chr. in Coena domin. sententia triplex.* Heidelb. 1814. 4. (18 gr.) I. I. DÖLLINGER *D. Lehre v. d. Eucharistie in d. ersten 3 Iahrhh.* Mogunt. 1826. 4. (21 gr.) *D. alte Abendmahlslehre durch kathol. u. nichtkathol. Zeugnisse alter u. neuer Zeit beleuchtet.* Bipont 1827. 8. (1 Rth. 8 gr.) DAV. SCHULZ *Gesch. d. Lehre v. Abendmahl;* quae adhaeret. EIUSD. *Christl. Lehre v. heil. Abendmahl.* Ed. 2. Lips. 1831. 8. (1 Rth. 15 gr.)

X. de *Poenitentia:* PET. MOLINAEI ſcriptum de *Poenitentia et Clavibus.* Sedani 1652. 8. *) IO. IAC. HOTTINGERI *Biga Exercitationum hiſt. theolog. de poenitentia*, cum antiquioris, tum Romanae Eccleſiae, Tiguri 1766. 4. ANT. ARNALDI *Tradition de l'égliſe ſur le ſuiet de la Pénitence et de la Communion*, Par. 1644. 4. **)

XI. de *Eccleſia eiusque Miniſtris*: IO. WOLFG. IÄGER *Tr. de Eccleſia praecipuisque circa hunc locum Controverſiis.* Tubing. 1711. 4. H. PH. CONR. HENKE *Hiſt. antiq. dogmatis de unitate Eccleſiae.* Helmſt. 1787. 4. et in EIUSD. *Opuscc. acad.* Helmſt. 1802. 8. p. 1. FRUCTUOS. FREHER *Utrum Cyprianus Carthag. Episc., ſit auctor doctrinae de unica Chr. religione ac Eccleſia ſalvifica.* Erford. 1792. 4. ad refutandum libellum: *Weder d. chriſtl. Relig., noch d. röm. kathol. Kirche iſt die alleinſeligmachende.* Frcf. et Lipſ. 1791. 8. I. A. MÖHLER *Die Einheit d. Kirche, od. das Princip d. Katholicismus, dargeſtellt im Geiſte d. Kirchenväter d. 3 erſten Iahrhh.* Erlang. 1825. 8. (1 Rth. 8 gr.) BERN. RAUPACH *Comment. de officio Miniſtri Eccleſiae ex mente et exemplo Patrum apoſtolicorum*, Kilon. 1714. 8. ***) Quae auctor de Miniſtris Eccleſiae, eorum officiis virtutibusque copioſe diſſerit, ea ex ſcriptis Clementis Rom., Ignatii ac Polycarpi illuſtrat ac teſtimonia illorum diligenter adducit.

XII. de *rebus ultimis et poſt mortem ſuturis: Examen des ſentimens des Pères ſur la durée des Siecles*, Par. 1739. 12. †) Exponit auctor de quaeſtione: num univerſum hoc ad ſex millia annorum, quae perantiqua ac ſatis nota, maxime Iudaeorum,

*) *Unſchuld. Nachr.* 1706. p. 798.
**) *Samml. von alten u. neuen theol. Sachen* 1746. p. 182.
***) *Acta Eruditor.* a. 1715. p. 580.
†) *Fortgeſetzte Samml. von alten u. neuen theol. Sachen* 1741. p. 110.

opinio est, duraturum sit; nec ne? atque inter alia sententias Patrum hac de re recenset atque animadvertit, illos non omnes persuasionem de mundo, ad sex millia annorum duraturo, approbasse, imo fuisse, qui eam reiicerent. I. A. Ernesti *de vett. Patrum opinione de statu medio animor. a corpore seiunctorum;* in Eiusd. *Lectt. acad. in Ep. ad Hebraeos* p. 338. Sgm. Iac. Baumgarten *Hist. doctrinae de statu animor. separatorum.* Hal. 1754. 4. Dav. Blondel *Tr. de la créance des Pères touchant l'état des ames après cette vie.* Carenton. 1651. 4. W. Abr. Teller *Fides dogmatis de resurrectione carnis per 4 priora Secc.* Hal. et Helmst. 1766. 8. cf. Iustini Mart. Ἀπόδειξις *resurrectionis carnis.* Fragm. editum c. obss. hist. crit. a *W. Abr. Teller.* Helmst. 1766. 4. I. F. Cotta *Hist. succincta dogm. de poenar. infernal. duratione.* Tubing. 1774. 4. I. W. Baier *D. de Purgatorio Pontificiorum, utrum claris testimoniis S. Augustini solide probari possit?* Ien. 1679. 4. I. G. Chr. Hoepfner *D. de origine dogmatis rom. pontif. de Purgatorio.* Hal. 1792. 8. I. A. Dietelmaier *Commenti fanatici* ἀποκαταστάσεως πάντων *historia antiquior.* Altorf. 1769. 4. (H. Olshausen) *Pr. pasch. Antiquissimorum Eccl. graecae Patrum de immortalitate animae sententiae.* Regiom. 1827. 4.

§. 94.

Testimoniorum de conditione et veritate doctrinae, in scriptis Patrum occurrentium, duo ordines supra constituti sunt, quum alia a Patribus, universe ac generatim sumtis, edita sunt, alia autem in testimoniis singularibus numerari debent, ea nimirum, quae a singulari Patre accepimus. De illis, quae prioris ordinis sunt, satis copiose disseruimus. Igitur accedimus ad or-

dinem secundum, testimoniorum singularium. Fuerunt inter Patres, qui prae aliis illustria ac memorabilia documenta de fidei christianae placitis ac dogmatibus relinquerent. Quo maiorem existimationem isti sibi compararunt, eo maiorem auctoritatem dogmata atque effata illorum prae se habent. Eminet inter omnes, quorum testimonia diligenter collecta ac defensa sunt *Augustinus.* Comprobant hoc varia singularia de eo scripta, cuius generis et alia de reliquis Patribus, veritatis testibus, prodierunt, nunc enumeranda. Exstant:

de Herma: Otto M. Torelli *Diss. hist. Placita quaedam Hermae, Viri, ut habetur, apostolici, exhibens.* Lond. Goth. 1825. 4. conspectum argumenti Pastoris brevem et mancam et sine crisi sistens. Theologia Hermae habetur ap. Ittigium in *Select. H. E. Sec. I. Capp.* p. 155.

de Clemente *Rom.:* E. Sal. Cypriani Dissert. de *Clementis Rom., Ignatii, Polycarpi et Iustini Mart. doctrina evangelica,* Cob. 1701. in Eiusdem *Dissertt. varii argumenti* p. 22. Iac. H. Balthasaris *Demonstratio veritatis et divinae originis librorum N. T. ex Clementis Rom. testimoniis de Apostolis I. Chr.,* Gryph. 1724. addita illius *Doctrinae Polycarpi de praecipuis christianae fidei capitibus,* postea sigillatim recensendae. Chr. Eberh. Weismanni Dissert. de *Clementis Rom. de iustificatione per fidem absque operibus sanctitatis insigni sententia,* contra Bullum et Clericum, Tubing. 1732. 4. Io. Franc. Buddei *Dissert. hist. theol., qua evincitur, Clementem Rom. atque Irenaeum non favere Missae pontificiae,* in Eius *Syntagm. Dissertt. theolog.* p. 1. Iac. W. Feuerlin *Philosophemata potiora Recognitionum Clementi Rom. falso attributarum.* Altorf. 1723. 4. Conr. Eberth *Ep. I. S.*

Clementis, Episc. Rom., ad Corinthios. Fuld. 1780. 8. ubi Cap. III. loci communes huius Epiſtolae afferuntur, inprimis ad ſtabiliendam doctrinam de primatu Episcopi Rom., de hierarchia, de fide et operibus etc. Cf. LUMPER l. l. I, 56.

de IGNATIO: CHPH. BEYERI Diſſert. de *Ignatio veritatis confeſſore et martyre.* Lipſ. 1722. 4. Io. GE. IOCHII Diſput., qua oſtenditur, *Patres primitivae Eccleſiae et ſpeciatim Ignatium non favere merito bonorum operum.* Tremon. 1716. 4. Cf. ITTIG l. c. p. 92. LUMPER I, 305.

de POLYCARPO: *Doctrina Polycarpi,* ſtud. IAC. H. BALTHASARIS conſcripta. Expoſuerat BALTHASAR Polycarpi dogmata de Scriptura S., de Deo trinuno, de filio Dei atque Eccleſia, IV Diſſertt., Gryphiswaldiae ab a. 1731. ſeparatim editis, ea ratione, ut oſtenderet, Polycarpum nobiscum conſentire, Pontificiis autem adverſari. *) Diſputationes has coniunctim poſtea publicae luci expoſuit, ſub titulo: *Doctrina Polycarpi de praecipuis chriſtianae fidei capitibus. Accedit demonſtratio veritatis et divinae orig. libror. N. T. ex Clementis Rom. teſtimoniis de Apoſtolis I. Chr.* Ien. 1738. 8. Cf. LUMPER I, 351.

de IUSTINO MARTYRE: CHR. NIFANII *Iuſtinus Philoſ. chriſt. et Mart., exhibitus veritatis evangelicae teſtis et confeſſor* adv. Sandium. Frcf. 1688. 8. **) F. IAC. REUCHLIN *Diſſertt. III de doctrina Iuſtini Mart.* Argent. 1747. 4. PH. CHPH. GRATIANUS D. *de memorabilibus Iuſtini Mart. hiſtor. et dogmat.* Tub. 1766. 4. GE. F. SEILER *Chriſtologia Iuſtini M.* Erlang. 1775. 4. *Darſtellung d. älteſten Chriſtenthums a. d. Schriften des h. Iuſtinus d. Märtyrers; in Beytrr. z. Beförderung d. älteſten Chriſtenth. u. d.*

---

*) *Acta Eruditor.* a. 1732. p. 387.

**) BAYLI *Nouvell. de la republ. des lettres* a. 1688. Iun. p. 675. *Samml. v. alten u. neuen theol. Sachen* a. 1729. p. 756.

neuesten Philosophie. Ulm. 1792. Fasc. XII. n. 2. 3. Prudent. Maranus *Praefat. ad edit. Iustini Opp. P. II.*, in qua Capp. XIII. multa expenduntur ad Iustini doctrinam spectantia. Cf. Lumper II, 130.

de Athenagorae Christologia scripsit Ge. F. Seiler in *Christologia Tatiani, Athenagorae et Theophili Antioch.* Erlang. 1775. 4. Franc. Oberthür vero *Disp. exposuit quorundam ex Patribus graecis Apologetarum Iustini, Tatiani, Athenagorae, Theophili Antioch. et Herniae de praecipuis relig. christ. dogmatis sententiam.* Wirceb. 1778. 8.

de Origine: Paganini Gaudentii *Dogmatum Origenis cum philosophia Platonis comparatio.* Florent. 1639. 4. I. Ph. F. Dettmers Commentatt. V. *de Theologia Origenis.* Traj. ad Viadr. 1786 sqq. 4.

de Eusebio Caesareensi eiusque de divinitate Christi sententia habemus Chph. Dan. Ant. Martini Diss. sub titulo: *Eusebii Caesar. de divinitate Chr. sententia, eiusque tum cum placitis Arianis tum c. fide Nicaeno - Athanasiana comparatio.* P. I. Rost. 1795. 4. et I. Ritter *Eusebii Caesar. de divinitate Chr. placita.* Bonn. 1823. 4. jam supra laudatam.

de Irenaeo, de quo quum Renatus Massuetus aliis persuadere vellet, eum omnia fere dogmata Romanae Ecclesiae auctoritate sua confirmare, restitit illi Sal. Deyling ac monstravit, doctorem hunc antiquioris Ecclesiae testimonia veritatis evangelicae scripta reliquisse, in *Vindiciis Irenaei s. Irenaeo, evangelicae veritatis confessore ac teste, a Renati Massueti pravis explicationibus vindicato.* Lips. 1717. 4. et edit. 2. auct. 1721. 4. in Eiusd. *Obss. sacr. et miscell.* P. IV. p. 3—116. Referri et huc potest Dissert. Buddei, *qua evincitur, Clementem Rom. atque Irenaeum non favere Missae pontificiae.* Cf. Le Nourry *Apparat.* p. 271.

de Tertulliano: Commentatio E. Sal. Cypriani de *doctrina Tertulliani evangelica*, Coburg.

1701. et in eius *Differtt. varii argum.* p. 1. C. Chr. Birch *Differt. quosdam ex Q. S. F. Tertulliano collectos atque illuftratos locos theologicos fiftens.* Hann. 1790. 4., opiniones Tertulliani de V. et N. T. eorumque libris atque horum authentia, de infpiratione, de traditionibus, de homine innocenti et peccatore, de fatisfactione vicaria, de S. Coena et Noviffimis fiftens.

de Tertulliano ac Cypriano coniunctim, quorum effata collecta ac per locos theologicos difpofita funt in Herm. Rathmanni *Theofophia prifcorum Patrum, Tertulliani et Cypriani, fidei antiquae et vitae vere chrift. certa et falutaria tradens documenta, e monumentis eorum propriis reddita et recitata verbis,* 1620. 4. Liber hic, praefatione ac carmine Meisneri omiffis, variis novis titulis ornatus, ipfe autem litteris non iterum defcriptus eft. Poft primam editionem prodiit ifte infcriptus: *Theologia fpeculativa et practica, ex Patribus ab infigni quodam Theologo collecta et publici iuris facta.* Vitemb. 1636. fine nomine auctoris; poftea hoc titulo: *Medulla Patrum, h. e. Confenfus harmoniacus Patrum fidei antiquae et vitae vere chrift., certis per locos theologicos porismatibus confignatus, certa et falutaria contra adverfarios quosvis tradens documenta. In fine additur Theologia practica e Tertulliani et Cypriani propriis verbis concinnatus et luci expofitus a M. Herm. Rathmanno.* Vitemb. 1655., qui titulus ut vitiofus eft, ita nec apte ad fucum faciendum excogitatus. Venit praeterea liber hic in confpectum Eruditorum fub hac infcriptione: *Aurifodina Patrum theologica, tum fpeculativa, tum practica, certis per locos theologicos porismatibus confignata; certa ac falutaria contra adverfarios quosvis tradens documenta, a multis iam dudum defiderata. Iam nunc vero ab infigniori quodam et de Ecclefia Chrifti quam meritiffimo Theologo publici*

iuris facta. Vitemb. 1664. 4. Cur in quibusdam horum titulorum nomen auctoris haud appositum sit, caussam fuisse controversiam Rathmannianam, suspicari licet. Quos recensui, tituli posteriorum editionum ipsi libro non congruunt. THD. PETREII *Confessio Tertull. et Cyprianiana IV Libb.* Par. 1603. 8. partium studio admodum laborans.

de CLEMENTE *Alex.* eiusque doctrina dogmatica egerunt: GFR. BUCHNER *Christianus antiquus penicillo Clementis Alex. Paedagog. I,* 6. *delineatus.* Vitemb. 1687. 4. NIC. LE NOURRY *Dissertt. III de omnibus Clementis Alex. Operibus,* in *Apparat. ad Bibl. PP. I,* 622. et ap. SPRENGERUM *Thesaur. rei patrist. II,* 420. *III,* 1, 695, quae non solum ad Clementis scripta, sed etiam ad dogmata eius pertinent. THIENEMANN *Ueb. d. Theologie d. Clemens v. Alex.;* in SCHUDEROFF *N. Iahrbb.* L, 2, 175. 4.

de CYPRIANI dogmatibus legendus RETTBERG *Thasc. Caecil. Cyprianus* p. 299. FRUCT. FREHER *Num Cyprianus — sit auctor doctrinae de unica christ. relig. et Ecclesia salvifica.* Erf. 1792. 4. et ap. LUMPERUM XII, 685. Cf. H. E. SCHMIEDER *Ueber Cyprians Schrift v. d. Einheit d. Kirche;* in STÄUDLIN u. TZSCHIRNER *Archiv f. Kirchengesch.* V, 417. et separatim Lips. 1823. 8. (5 gr.) C. E. WEILLER *Aphorismen üb. Cyprians Schr. v. d. Einheit d. Kirche;* in ILLGEN *Histor. theol. Abhandll.* Lips. 1824. 8. p. 111.

de LACTANTIO prodierunt III Dissertt. Io. GE. GERETI ad doctrinam eius spectantes: 1) *Exercit. anti-Lactantiana de mendosa Eucharistiae Platonicae interpretatione,* praes. I. W. Bergero defensa. Vitemb. 1722. 4. 2) *Exercit. hist. litter., qua Variorum de Lactantio eiusque theologia iudicia,* exhibentur ib. eod.; 3) *Spec. Examinis theologiae Lactantianae in Articulo de Deo,* ibid. 1723. 4. Porro huc pertinent: *Anthologia Lactantii Firmiani, elegantissimas*

ſententias easque tam pietate, quam doctrina illuſtres complectens, quam TH. BECONUS. Lugd. 1558. 8. iuris publici fecit, cuiusque ea eſt ratio, ut quae Lactantius de Deo rebusque divinis, nec non de Chriſtianorum moribus ſcripſit, iſta ad certa capita revocata ſint; F. W. PH. AMMON *D. L. Coel. Lactantii Firmiani Opiniones de relig. in ſyſtema redigens.* Erlang. 1820. 8. et NIC. LE NOURRY *Diſſert. in Lactantium*, in *Apparat. ad Bibl. max. PP.* II, 571., qua Auctor fuſe exponit non ſolum de Lactantii ſcriptis, eorum argumentis, manu exaratis Codicibus, Editionibus, Commentariis in illa, ſed etiam de eiusdem *Dogmatibus*, Erroribus, maxime de ratione, qua pro veritate religionis chriſtianae contra gentes ſuperſtitioſas disputavit.

de DIDYMO *Alexandr.* FR. LÜCKE Progrr. *Quaeſtiones et vindiciae Didymianae.* Gött. 1829 ſqq. 4.

de ATHANASIO: ED. HARWOOD *Ueb. d. Athanaſian. Lehre;* in EIUSD. *Vier Abhdll. A. d. Engl.* Berl. 1774. 8. p. 3—80.

de GREGORIO NAZIANZENO multus eſt in explicanda eius doctrina dogmatica C. ULLMANN in *Gregorius v. Nazianz d. Theologe* p. 301—505.

de CYRILLO *Hieroſ.*, teſte veritatis defenſo, legenda eſt SAL. DEYLINGII Diſſert., qua exhibetur *Cyrillus Hieroſ., a corruptelis pontificiis, quas recentiſſimus eius elucidator, Ant. Auguſtinus Touttaeus aliique ei affinxerunt, vindicatus.* Lipſ. 1716. 4. et in eius *Obſervatt. miscell.* p. 116.

de CYRILLI *Alexandr.* opinionibus religioſis diſputavit CHR. W. FRANC. WALCH in *Entwurf e. vollſt. Hiſt. d. Kezereien* V, 700 ſqq. Cf. I. SEV. VATER *Hat Cyrill v. Alex. durch d. Unterſchr. d. Glaubensformel d. Syrer ſeine vorherige Meinung widerrufen?;* in STÄUDLIN et al. *Kirchenhiſt. Archiv* a. 1825. p. 211.

de HIERONYMO, quo ſpectat: CORN. SCHULTINGII, *Steinwichii, Confeſſio Hieronymiana*, ex

omnibus S. Hieronymi operibus optima fide collecta, et in IV Tomos distributa. Colon. Agripp. 1585. fol. Chr. Kochii *Hieronymus contra Chiliastas vindicatus*, Flensb. 1708. 8. Commentatio haec contra eos conscripta est, qui ex Hieronymi quodam effato in eiusdem *Commentario in Ieremiam* colligere voluerunt, istum amplexum esse sententiam Chiliastarum, uti dicuntur, propriam. *) Referri et huc potest: Dav. Blondelli *Apologia pro sententia Hieronymi de Presbyteris et Episcopis*, Amstel. 1647. 4.

de Ephraemo *Syro*, cuius duo exstant sermones de *S. Coena*, qui Ecclesiae Lutheranae sententiam confirmant. Editi illi sunt a Io. Pet. Kohlio atque *Introductioni in historiam et rem litterariam Slavorum, inprimis sacram*, Alton. 1729. 8. adiuncti. Ob *Sermones* hos nactus est Kohlius adversarium, qui ipsi opposuit: *Antirrheticon s. Confutationem annotationum Io. Kohlii ad geminos S. Ephraemi de S. Coena sermones*, Rom. 1740. 8. Quis commentationis huius auctor sit, in titulo quidem non indicatur, ex approbatione tamen, quae praemissa est, patet, *Pet. Benedictum*, in ordinem Soc. Iesu adscriptum, illam composuisse. Quae adversus Kohlium disputantur, ea non magnum momentum habent. Probare voluit auctor, primum Kohlium verba Ephraemi minus recte intellexisse; deinde sermones, a Kohlio vulgatos, non esse Ephraemi, quae quidem dixit, minus autem attulit argumenta, satis gravia. **) Quae fuerit Ephraemi de creatione sententia docuit F. Go. Uhlemann *Die Schöpfung. Eine hist. dogmat. Entwickelung d. Ansichten Ephraem d. Syrers, verglichen m. d. Ansichten d. ältern griech. Philosophen, so wie mit d. Dar-*

---

*) *Unschuld Nachrichten* 1708. p. 699.

**) *Ad Nova Acta Erudit. Supplem.* V, 102.

ſtellungen d. erſten chriſtl. Kirchenlehrer bis auf Auguſtinus; in Illgen *Zeitſchr. f. hiſt. Theol.* III, 1, 104 ſqq.

de Ambrosio: M. C. Val. Michelsen *De Ambroſio fidei cathol. adv. Arianos vindice.* Havn. 1825. 8. Peculiarem librum de Ambroſii doctrina ſcripſit Bartholomaeus, Episc. Urbinas, cuius exſtat *Milleloquium, ſummam totius doctrinae Ambroſii ſub mille titulis ſ. generalibus capitibus ordine alphabet. digeſtis complectens.* Mediol. 1556. fol.

de Prudentii doctrina nobiscum communicavit H. Middeldorpf Diſſertt. p. 85. citat. quarum Epitome legitur in Schwarzii *Iahrbücher d. Theol.* a. 1825. p. 513. Cf. I. Chr. W. Augusti *de antiquiſſ. hymnis et carminib. Chriſtianor. ſacris, in hiſtoria dogmatum chriſt. utiliter adhibendis.* Jen. 1810. 4. et Eiusd. *D. de audiendis in theologia Poetis.* Vratisb. 1812. 15. 4.

de Augustino, cuius multa teſtimonia veritatis evangelicae conſervata atque ad nos delata ſunt. Recenſentur iſta in libris, hac de re ſingulari ſtudio compoſitis atque in lucem emiſſis. Locum in illis habent: Erasm. Sarcerius in *Praecipuis Scripturae communibus locis, a doctiſſ. et ſanctiſſ. Doctore Auguſtino tractatis et in concinnam methodi formam contractis,* Frcf. 1539. 8., quo libello multa quidem praetermiſſa ſunt, quae omnino afferri atque enarrari debuiſſent, ille tamen non omni utilitate caret, nec contemnendus eſt; Ant. Corvinus in *Auguſtini et Chryſoſtomi theologia, ex libris eorum depromta inque locos communes digeſta,* Halae Suevor. 1532. 8. Frcf. 1542. 8. *) qui libellus non magni momenti eſt. Ordinem locorum theologicorum, quemadmodum titulus habet, auctor non ſequitur, nec ſcripta germana atque adulterina diſcer-

*) Cf. Baringii *Leben Antonii Corvini* p. 99.

nit, quod ipse fatetur ac caussam, cur discrimen hoc neglexerit, hanc affert in *Monito ad Lectorem: Quod alicubi ex iis etiam libris, qui falso cum Augustino, tum Chrysostomo inscribuntur, pleraque citavimus, rogo candide lector, ut boni consulas. Data enim opera, non errore hoc factum est. Quaeris, cur istuc? Ego in ea sum sententia, ut nullum bene dictum contemni debere existimem, quantumvis etiam ineptum auctorem habeat. Et tritum est illud: Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus*, quae ad rem ipsam defendendam, aut excusandam haud sufficiunt. Principem locum inter Scriptores hos acquisivit sibi Ant. Reiser, quum opus egregium composuit, inscriptione hac in lucem editum: *Augustinus, veritatis evangelico-catholicae in potioribus fidei controversiis testis et confessor, contra Bellarminum et alios Scriptores papaeos, antiquos pariter et recentiores*, Frcf. 1678. fol. Perspicue ostendit, Augustinum minime Ecclesiae Rom. fauere, quod Pontificii, inprimis Rob. Bellarminus, aliis persuadere conantur, sed aperte adversari. Insertae etiam sunt suo loco quaestiones Iansenio-Norisianae, quarum et in titulo operis mentio fit. Alii adiungendi sunt atque in his locum habent: Elias Veiel, qui iuris publici fecit: *Augustinum, veri falsique in capitalioribus, quae nobis cum pontificiis Doctoribus intercedunt, controversiis fidelem indicem*, Ulmae 1678 sq. II. 12. Chr. Weis, cuius lucem adspexit: *Licht der Wahrheit, welches die evangelische Kirche mit Augustino erkannt hat*, Lips. 1706. 4. Quodam modo occasione hac etiam adduci potest Hyacinthi Tonti *Augustiniana de rerum creatione sententia, ex pluribus disceptationibus, habitis in Archigymnasio Patavino a.* 1713., *depromta*, Patav. 1714. 4. De creatione mundi Augustino sententia tribuitur, eum cum Philone, Clemente Alex., Ambrosio atque aliis Patribus statuisse, mundum conditum esse in

momento. Sed tamen fatendum, librum hunc minus accurate huc referri. Memorantur etiam Pappi *Parallela Augustiniana*, quae nobis non satis nota sunt hancque ob caussam nec ad notitiam illorum suppeditandam valemus. Quando Patrum scripta polemica a nobis enumeranda sunt, occasionem habebimus, alia Augustini monumenta, iam praetermissa, adducendi.

de Chrysostomo, quem de Lutheranorum, doctrina consensionem declarasse, Io. Fr. Mayer ostendit: in *Chrysostomo Lutherano, orthodoxae veritatis adv. decreta Concilii Tridentini adsertore*, *Ge. Haidelbergeri Chrysostomo papistae* opposito, Grimm. 1680. 4. quumque Io. Franc. Hackius *Chrysostomum, a Lutheranismo vindicatum*, Oliu. 1683. 4. adversus Mayerum edidisset, hic caussam Chrysostomi pariter ac lutheranae Ecclesiae egit in *Apologetico pro Lutheranismo Chrysostomi*, 1686. 4. Adiungi possunt: *Vita Ioannis, Episc. quondam Cstpolitani, dicti Chrysostomi, cum specimine doctrinae ex scriptis eius*, ceter. Halae 1702. 8. cuius auctor esse Balth. Koepkenius perhibetur, et Io. Erh. Kappii Dissert. de *Chrysostomi ad Caesarium Monachum epistola, veritatis evangelicae contra pontificiorum Transsubstantiationem insigni teste*, Lips. 1723.

de Cassiano vid. I. Bapt. Quesnay *S. Ioannes Cassianus* p. 86. laudat.

de Leone M., eiusque fide et doctrina christiana disputavit Io. Iac. Griesbach *Dissert. hist. theol. locos theologicos collectos ex Leone M., Pontifico Rom., sistens Hal.* 1768. 4. et in Eiusd. *Opuscc. acad. I*, 1.

de Gregorii M. consensu cum Ecclesiae Lutheranae placitis disputavit I. Pet. Stute *Gregorius M. Papa, Lutheranus*. Lips. 1715. 4. de eius autem doctrina in universum egit Theod. Petreius *Con-*

feſſ. Gregoriana ſ. de Gregorii M. doctrina. Colon. 1597. 1605. 8.

Synesii *Cyrenenſis* Θεολογούμενα expoſuit Chph. Richter Diſſert. quam praeſ. *Mart. Chladenio.* Vitemb. 1713 habuit.

de doctrina Iunilii denique, Episc. Africani Sec. VI., extat G. A. Beckeri *Syſtem d. Kirchenvaters Iunilius.* Lubeck 1787. 8. Quodſi

Bernhardum chriſtianis Doctoribus, *Patrum* nomine claris, annumerare velimus, et iſte inter teſtes veritatis evangelicae locum tenet, quemadmodum ex Ge. H. Goetzii *Schediasmate de Lutheranismo Bernhardi.* Dresd. 1701. 4. patet.

§. 95.

Enumeravimus ſingularia ſcripta, quae ad Patrum theologiam dogmaticam pertinent atque eo inprimis ſpectant, ut ex illorum monumentis oſtendant, antiquiores Doctores teſtimonia veritatis evangelicae praebere, et maxime cum Lutheranis conſentire. Libri quidam, qui huc referendi eſſe videri poſſunt, a nobis omiſſi ſunt, quoniam putavimus, eos inter reliquos, a nobis commemoratos, accurate ac iuſte locum non tueri. Nunc tamen illos ſubiungemus ac coniunctim enarrabimus. Sunt in eorum numero ſcripta, quae iam ſequuntur:

Ottomari Epplini *Selectiora Patrum iudicia de Pericopis evangelicis, quae quotannis in Eccleſiis chriſtianis explicantur,* Regiom. 1560. fol. Vocem *Patrum* auctor ſumit latiore ſignificatione ac per illos intelligit non tantum antiquiores chriſtianos Doctores ſex priorum ſeculorum, ſed eos quoque, qui poſtea usque ad ſeculum XV. vixerunt. Ea, quae Patres hi in Pericopas ac ſingulos illarum verſus commentati ſunt, Epplinus diligenter collegit

atque ita ante oculos posuit, ut qui scire cupit, quae sint Patrum interpretationes Evangeliorum, facile eas perspicere queat. Exstant alia generis huius scripta inque his locum tenent: *L'Evangile de S. Matthieu, avec les explications des S. Peres et des Auteurs ecclésiastiques*, Par. 1697. 8. Tob. Magiri *Postilla Patrum s. Meditationes Patrum orthodoxorum in Evangelia anniversaria*, Frcf. 1639. 4. atque alia. *)

Io. Lopezii, *Epitome SS. Patrum per locos communes, qui ad virtutum et vitiorum tractationem et ad fidei nostrae mysteriorum expositionem pertinent et ad sacras conciones per annum tam de tempore, quam de Sanctis*, Rom. 1596. IV. fol. Venet. 1600. et Antverp. 1614. V. 4. Quod opus est magnae molis, parvae autem utilitatis. Consecratum id est illis, qui orationes sacras scribere ac testimoniis Patrum ornare volunt. **)

Io. Botsacci *Patrologia s. de libertate, veterum Doctorum scripta iudicandi, qua dilucide ostenditur, omnes fere Patres errorum et hereseon ab ipsis Pontificiis argui atque postulari*, Stetini 1664. 8. Differit Auctor satis copiose de erroribus Patrum Eccl. eosque recenset secundum ordinem locorum theologicorum; postquam autem de illis exposuit, varias subiungit quaestiones atque ad illas respondet, uti sunt: An omnes Patres approbent doctrinam ac fidem Pontificiorum? Annon Pontificiis Rom. Pontificis auctoritas maior sit, quam ipsa Patrum auctoritas? An Patres ad aliorum Patrum scripta, secundum divinam Scripturam, se restrinxerint? An Patres sensum Ecclesiae nobis significent? An ex iisdem Patribus possit hodiernarum controversiarum decisio fieri? Fundamentum auctoritatis quodnam

*) Fabricii *Historia Biblioth.* I, 213.
**) Antonius *Biblioth. hispan. nov.* I, 550.

ſit? Quomodo Pontificii ſe gerant erga Patres? An Lutherani damnent Patres? *)

Ephemerides SS. Patrum, quae prodire coeperunt Flensb. 1708. 4. Auctor earum eſt Chr. G. Kochius. De Ephemeridibus hisce, quarum Menſes tantum aliquot priores, tribus ſingulis conſtantes quaternioribus, prodiere, de variis doctrinae ſacrae et antiquitatis eccleſiaſticae capitibus, contra Gfr. Arnoldum, aliosque recentiores eique ὁμοψήφους, e Patrum monumentis, diſputantibus, iſtorumque loca, quae illi adverſariis obiiciunt, aliter explicata indicantibus, vid. Val. E. Loescheri *Unſchuld. Nachrr.* a. 1708. Sect I. p. 41. 42. et Sect. VI. p. 360—362. Duos primos illarum Menſes refutare aggreſſus eſt Gfr. Arnoldus, loca et Patrum et ſcriptorum ſuorum in alienum ſaepiſſime ſenſum ab Auctore detorqueri paſſim inculcans, in *Hiſtor. theolog. Betrachtungen merckwürdd. Wahrheiten.* Frcf. 1709. 4., p. 636—663. **)

Ger. Titii *Tr. de phraſibus ſ. loquutionibus veterum Eccleſiae Doctorum, quibus pro fucandis novitatibus ſuis romano-pontificiae Eccleſiae Doctores hodie abutuntur*, Helmſt. 1676. 4. ubi Auctor oſtendit, Pontificios ſaepe quidem ad Patrum Eccleſiae effata provocare, ita ut illa, tamquam argumenta pro pravis dogmatibus atque inſtitutis ſuis adhibeant, eos autem Patrum dictis teſtimoniisque abuti. ***)

Iam enumeratis libris, qui ad Patrum theologiam dogmaticam illuſtrandam adhiberi poſſunt, quodam modo adiungenda eſt, ita ut ultimum ſaltem

---

*) *Samml. v. alten u. neuen theolog. Sachen* a. 1729. p. 223. Fabricii *Hiſtor. Biblioth.* VI, 454.

**) Io. Molleri *Cimbrio literata* II, 421.

***) Fabricius *Hiſt. Biblioth.* IV, 325.

locum obtineat: Io. Piscatorii *Bibliotheca ſtudii theologici, ex plerisque Doctorum priſci ſeculi monumentis collecta*, c. continuatione Io. Crispini, Genev. 1565 et 1581. III. 4. In parte prima excerpta ſunt ex Auguſtino, in ſecunda ex Hieronymo ac in tertia ex Clemente, Irenaeo, Tertulliano, Cypriano, Origene, Athanaſio, Lactantio, Ambroſio, Baſilio M., Gregorio Nazianz., Cyrillo Alex., Chryſoſtomo, Fulgentio, Bernardo atque aliis. *)

*) Fabricii *Hiſt. Biblioth.* I, 244.

Caput X.

DE PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA POLEMICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 96.

Poſtquam de Patrum Eccleſiae theologia dogmatica commentati ſumus, ad eorum theologiam polemicam ac ſcripta nos convertimus, quibus iſti errores confutarunt ac veritates defenderunt confirmaruntque. Semper fuerunt, qui prava dogmata ſpargerent ac turbas facerent in Chriſtianorum coetibus, adverſus quos pugnandi, impoſitam ſibi eſſe neceſſitatem, Patres intelligebant. Hoſtes quum varii eſſent generis, tres illorum praecipuae Claſſes conſtitui debent, ſi maxime ad religionem, quam illi profeſſi ſunt, animum advertamus. Alii erant homines ſuperſtitioſi ac *plurium numinum cultui addicti*; alii *Iudaei*; alii denique, qui ad Chriſtianos ſe adiunxerant, errores autem principales ac magni momenti defendebant ac nomen *Haereticorum* habebant.

§. 97.

Duo priores adverſarii, homines pagani ac Iudaei, ipſam religionem chriſtianam oppugnare, imo, ſi id fieri poſſet, exſtinguere, ſibi ſumſerunt; nec ſolum dogmata illorum, tamquam falſa ac perverſa, perſtrinxerunt, ſed ipſos quoque homines chriſtianae profeſſionis magnorum vitiorum, flagitiorum, ſcelerum accuſarunt. Scriptorum, quae ab antiquioribus Auctoribus contra hoſtes hos pro veritate ſanctiſſimae religionis compoſita ſunt, numerus non exiguus eſt ac quamvis non omnia ab iniuria temporis ſe vindicare potuerint, non pauca tamen conſervata et ad nos delata ſunt. Monumenta haec quum nunc commemoranda ſint, initium ab iis faciendum, quae contra *homines paganos* et quidem a Scriptoribus *graecis* conſcripta ſunt ac prodierunt.*) Ad locum hunc pertinent:

Iustini *Mart.* Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν, πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ, quae longior eſt, et Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ Χριστιανῶν, πρὸς τὴν Ρωμαίων σύγκλητον, quae brevior eſt. Vulgaris quidem ſententia eſt, primum ſcriptam eſſe breviorem ac poſtea longiorem, ita ut illa prima, haec ſecunda numerari debeat; non autem recte atque accurate ita ſtatui, docti viri animadverterunt. Praeter Apologias has, alia Iuſtini ſcripta ad locum hunc referri debent inque numero eorum ſunt: Λόγος παραινετικὸς ſ. potius Ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας, *Coargutio ad Graecos*, qua diſputatio fit de religione gentium profanarum deſerenda, Chriſtianorum autem amplectenda; Λόγος πρὸς Ἕλληνας, *Libellus ad Graecos*, quo oſtendit, ſe ethnicis ſuperſtitionibus, quum pleniſſimae illae eſ-

*) Cf. H. G. Tzschirner *Geſch. d. Apologetik* Vol. I. Lipſ. 1805. 8. nec non Eiusd. *Fall d. Heidenthums.* Vol. I. Lipſ. 1829. 8. p. 200. 368.

ſent ineptarum atque impiarum fabularum, merito valedixiſſe; item περὶ τοῦ Θεοῦ μοναρχίας, ubi Poetarum teſtimoniis probat, unum eſſe ſolum Deum; *Epiſtola ad Diognetum*, itidem ad veritatem religionis chriſtianae probandam conſcripta. Pro eadem veritate nonnulla alia Iuſtini monumenta adducuntur, nominatim: *Ariſtotelicorum quorundam dogmatum everſio; Quaeſtiones quinque chriſtianae ad Graecos; Quaeſtiones graecanicae de Incorporeo, de Deo, de Reſurrectione; Solutiones quaeſtionum* 146 *ad Orthodoxos*. Sed tamen ſcripta haec ab aliis omittuntur, quum ſatis eſt monſtratum, illa eſſe adulterina.

Tatiani, Iuſtini diſcipuli, natione Syri, Λόγος πρὸς Ἕλληνας, quem nobilem ſermonem ſ. librum ſcripſit, antequam in haereſin incideret eamque profiteretur, eo conſilio, ut Graecorum ignorantiam retunderet. Inter alia oſtendit, Graecos, quae bona ac vera habeant, ea Barbaris ſ. Orientalibus debere; illa autem ipſa pluribus erroribus ac commentis contaminaſſe.

Athenagorae, patria Athenienſis, philoſophi chriſtiani, Presbyteri, eruditione prae aliis inſignis, *Apologia* ſive, ut in inſcriptione appellatur πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν *Legatio pro Chriſtianis;* ubi tamen ſciendum eſt, vocem πρεσβεία non tantum *legationem*, ſed etiam *precationem* ſignificare. Dedicata illa eſt *Imperatoribus M. Aurelio Antonino et Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis et quod maximum ſit, philoſophis.* Diſſenſio tamen eſt inter Doctos, quinam Imperatores indicentur.

Theophili, Antiochiae Epiſc., Libri tres *ad Autolycum* περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. In conſcribendis his libris Theophilus eum ſibi propoſitum habuit finem, ut eos confutaret, qui plura numina venerantur. Primo libro nonnulla diſſerit de Deo, eſſentia eius atque attributis ac reſurrectione mor-

tuorum exemplis, quae nec homines pagani negare audebant, comprobare annititur; ſecundo autem ex ipſis Scriptorum ſuperſtitioſorum monumentis oſtendit, falſam, vanam, ridiculam eſſe illorum religionem; ac tertio denique id agit, ut probet, Scriptores ethnicos, poetas, hiſtoricos, philoſophos multa vana, falſa, inepta de Diis ac de moribus tradidiſſe, hiſtoriam contra Moſis omnium eſſe veriſſimam atque antiquiſſimam. Id quod ut probet, hiſtoriam chronologicam ab ortu mundi usque ad ſua tempora pertexuit.

Hermiae Διαρυσμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, *Irriſio gentilium philoſophorum* ſ. brevis libellus, quo oſtendit, cauſſam eſſe, cur ſuperſtitioſorum Philoſophorum opiniones de rerum principiis, de anima, de Deo rideamus, quoniam illae ſint abſurdae atque inter ſe ipſas aperte pugnent.

Clementis *Alex.* Λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας, *Liber adhortatorius ad gentes*, quo gentes paganas ad Chriſtianorum ſacra amplectenda hortatur hancque in rem abſurditatem atque impietatem myſteriorum ethnicorum et fabularum de Deorum ſuorum ortu et interitu oſtendit. Sacrificiorum Diis mactatorum crudelitatem atque impuritatem perſtringit ac quam abſurda turpiaque ſint ſimulacra, quibus Deos ſuos colunt, addit. Ex hoc Clementis *Protreptico* Arnobius multa in libros ſuos *Ad gentes* transtulit. In libris *Stromatum* Clementis habentur quoque non pauca, quae ad impugnandos Deorum cultores et ad religionis chriſtianae veritatem, dignitatem, vetuſtatem, fidem confirmandam uberiora ſuppeditant.

Origenis *Libri VIII contra Celſum*, Philoſophum Epicureum vel Neoplatonicum, pro veritate religionis chriſtianae, opus praeclarum omnique lectione dignum, quo omnia, quae Chriſtianis tunc temporis opponi ſolebant, diligenter diſcutiuntur.

Eusebii ſcripta, pro veritate religionis chriſtianae, memoria ac lectione omni digna, quippe quae ſunt: 1.) Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευὴ, *Evangelicae praeparationis* Libb. XV. ad Theodotum, Epiſcopum Laodicenſem, ubi collecta ſunt praeclara monumenta ac teſtimonia, eum in finem enarrata, ut qui opus hoc legerit, illius animus praeparetur ad demonſtrationes de veritate Evangelii Chriſti ex ſacris litteris tanto facilius admittendas. 2.) Εὐαγγελικὴ ἀπόδειξις, λόγοι ι, *Demonſtratio evangelica*; inprimis tamen contra Iudaeos ſcripta hancque ob cauſſam poſtea a nobis memoranda. 3.) Liber *contra Hieroclem*, qui etiam ad defenſionem religionis chriſtianae comparatus eſt.

Athanasii Λόγος κατὰ Ἑλλήνων, *Lib. contra gentes*, cuius operis librum ſecundum eſſe eiusdem Λόγον περὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ, *Orationem de incarnatione Verbi eiusque corporali ad nos adventu*, nonnulli ſuſpicantur. *)

Gregorii *Nazianz.* Λόγοι στηλιτευτικοὶ κατὰ Ἰουλιάνου βασιλέως, *Orationes invectivae in Iulianum Imp. Apoſtatum*, ideo orationes στηλιτευτικαὶ inſcriptae, quia illis, velut columnae, inſculpta poſteris traderetur Iuliani impietas et ſaevitia. **)

Gregorii *Nyſſ.* Λόγος πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, *Tractatus adv. Graecos, ex communibus notionibus.* Praeter hunc autem ſcribit non ſolum Ἀπολογητικὸν περὶ τῆς ἑξαημέρου, *Explicationem apologeticam in Hexaemeron*, quae continet defenſionem Moſis et eorum, quae in fratris Baſilii Hexaemero

---

*) Io. Phil. Barateriüs *Lettre ſur deux ouvrages attribués à S. Athanaſe: 1) le Discours contre les Grecs et 2) l'incarnation du Verbe; in Bibliotheque german.* XL, 80. Möhler *Athanaſius* p. 136. Münscher *Lehrbuch d. Dogmengeſch.* I, 100.

**) Cf. Ullmann *Gregorius v. Nazianz* p. 96. 539.

nonnulli vel reprehenderant, vel desideraverant; sed etiam librum περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, *de opificio hominis*, quo praeclara profert argumenta pro Dei potentia, sapientia et singulari in homines benignitate, atque errores Philosophorum de animae natura atque immortalitate reiicit.

Nemesii Emeseni in Phoenicia Episcopi, Lib. περὶ φύσεως ἀνθρώπου, *de natura hominis*, qui ideo huc referri potest, quia Auctor immortalitatem animae probat ac quae de ista Philosophi prave sentiunt, refellit, de Dei sapientia, potentia benignitateque exponit, fati necessitatem impugnat, libertatem voluntatis ac providentiam divinam diligenter tuetur.

Basilii M. Εἰς τὴν ἑξαήμερον Ὁμιλίαι ι *Homiliae IX in Hexaëmeron*, quod opus eam ob rem commemorandum, quia luculenta argumenta contra Atheos continet ac lectoribus materiam suppeditat, summi opificis virtutes, potentiam, sapientiam ac bonitatem, cognoscendi praedicandique.

Ioannis Chrysostomi Λόγος εἰς τὸν μακάριον Βαβύλαν καὶ κατὰ Ἰουλιάνου καὶ πρὸς Ἕλληνας, Lib. *de Babyla, Antiocheno Martyre ac contra Iulianum et contra gentiles;* Homiliae III πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι δαίμονες τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσι, *adversus eos, qui dicunt, Daemones gubernare res humanas* et providentiam ideo dubiam reddere conantur, quia pii homines calamitatibus affligantur; Homiliae sex περὶ εἱμαρμένης καὶ προνοίας, *de fato et providentia*, quae tamen spuriis annumerantur.

Theodoreti Orationes X περὶ προνοίας, *de providentia* ac Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων ἢ Εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις, *de curandis Graecorum affectionibus* Libb. XII. Iuliano Imp. oppositi.

Cyrilli *Alexandr.* opus, quod ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας, πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθέοις Ἰουλιάνου,

pro ſancta Chriſtianorum religione, adverſus libros impii Iuliani compoſuit, in decem libros diviſum.

Aeneae *Gazaei Dialogus*, qui nomen *Theophraſti* praefert, de *animorum immortalitate et reſurrectione corporis*, hac de cauſa h. l. memoratur, quoniam de re exponit, inter Chriſtianos ac Philoſophos paganos eo tempore controverſa.

§. 98.

Pauciora ſunt monumenta, quae *latini* Eccleſiae Patres pro religione chriſtiana contra profanas gentes litteris conſignarunt. Alia, quorum memoria apud Veteres conſervata eſt, aetatem haud tulerunt, ſed interierunt, alia autem ad nos pervenerunt. Translata illa ſunt ad uſum publicum nobisque utilitatem variam praebent.

Varii libri Tertulliani, nunc deperditi, apud Veteres commemorantur: Liber de *ſuperſtitione ſeculi;* Liber de *ſpe fidelium*, cuius mentio fit apud Hieronymum de *Viris illuſtribus* Cap. XVIII.; Liber *contra Fatum*, quem habuit Fulgentius atque ex eo pauca protulit. Sub Minucii Felicis nomine librum de *Fato* contra Mathematicos olim ferri, vidit Hieronymus ibidem Cap. LVIII., neque ſtilum cum *Octavio* eius, qui hodie exſtat, convenire, animadvertit. Asclepiades librum de *Providentia ſummi Dei* compoſuit ac Lactantio inſcripſit, qui ipſe operis huius meminit *Libr. VII. Inſtitution.* C. 4. Inter Augustini ſcripta, quae deſiderantur, *Libri III contra Paganos* et ad eosdem *Protrepticum* ſ. *Exhortatio* referuntur; alii autem diſſentiunt ac putant, libros tres *contra Paganos* non diverſos videri a libris tribus, qui exſtent, contra Academicos, nec *Exhortationem* differre ab eius libello, quem ſimiliter habemus, de *utilitate credendi*. Plura de libris generis huius collegit ac recenſuit: Io. Alb. Fabri-

crus in *Delect. argument. et ſyllab. Scriptor. de veritate relig. chriſt.* Cap. IV. p. 17.

Inter latinorum Eccleſiae Patrum ſcripta, pro Chriſtianis compoſita, ab interitu ſe vindicarunt ſequentia:

Tertulliani *Apologeticus adv. Gentes*, ſcriptus, ut videtur, Carthagine ad Proconſulem Africae ac Praeſides provinciarum, aut ut alii putant, ad Senatum Romanum. Praeſtantiſſimus eſt inter libros Tertulliani. De aetate eius VV. DD. multum diſſentiunt. Nonnulli exiſtimant, ſcriptum eſſe librum a. 196., alii a. 199. ſuntque etiam, qui illum referunt ad a. 202 vel 217, Alloquitur Auctor Romani imperii antiſtites, Alexandrum Severum cum filio Antonino res romanas adminiſtrantem. Praeter *Apologeticum*, quo, teſte Lactantio *Inſtit. divin.* V, 4, 3., cauſam Chriſtianorum plene peroravit, alia monumenta pro Chriſtianorum religione contra Paganos reliquit. In illis ſunt *ad Nationes* Libb. II., qui corruptiſſimi ad nos pervenerunt inprimis libro ſecundo, quique multa eadem cum *Apologetico* complectuntur hancque ob rem docti quidam Viri illos pro alia editione *Apologetici* habent; *) alii autem utraque opera tamquam diverſa diſtinguunt atque in his eſt ipſe Hieronymus *Epiſtola LXXXIII. ad Magnum.* Ac ſane ſi ambo ſcripta inter ſe conferre velimus, alia in *Apologetico*, alia in libris *ad Nationes* explicatius tradita reperiemus. Utrumque opus diverſo conſilio compoſitum eſſe, nonnulli ſuſpicantur, quum *Apo-*

*) Ex ſententia Danielis a Coelln ad Münscheri *Lehrb. d. chriſtl. Dogmengeſch.* p. 99. „eine unvollendete und in lückenhafter Geſtalt erhaltene Verarbeitung des Apologeticus." Non multum aliter indicat F. Münterus in *Primordiis Eccl. Africanae.* Hafn. 1829 4. p. 215. Antequam, inquit, Apologeticum ederet, libros compoſuit *ad Nationes* lectoribus e plebe, cultioribus nimirum, deſtinatos, e quibus quaſi collectaneis brevi poſt a. 199. l. 200. retractando ſecundisque curis *Apologeticum* compoſuit a Magiſtratibus legendum. Cf. A. Neander *Antignoſtikus* p. 58.

logetico iudices innocentiam Christianorum edocere, libris autem *ad Nationes* plebem de eadem re certiorem facerem voluerit. Adiungi et debent: Lib. *ad Scapulam*, Africae Proconsulem, in christianae professionis homines saevientem; Lib. de *idololatria*, quam Tertullianus *principale crimen generis humani* appellat, et Lib. *de testimonio animae*, quo latius persequitur Septimius quae Apologet. C. 17. in transcursu affirmaverat. Ostendit enim, animae ipsius, quamvis rudis et impolitae, testimonio nos edoceri, esse Deum unum, animum post mortem corporis vivere. Quod nonnulli addunt, *fragmentum de exsecrandis gentium Diis*, omittunt alii, quum illud esse Tertulliani, non certum sit atque exploratum. *)

Minucii Felicis Dialogus, *Octavius* inscriptus, quod nomen sumtum est a principe colloquente. Tres enim sunt, inter quos colloquium hoc institutum fuit, *Caecilius Natalis*, sacrorum profanorum defensor et Christi cultorum accusator, post colloquium tamen factus Christianus; *Ianuarius Octavius*, qui pro caussa Christianorum dimicat, et ipse *Minucius Felix*, in Dialogo hoc aliquando solo praenomine *Marcus* appellatus, qui inter duos priores disputantes arbitri partes implet. **) Compositus igitur est dialogus hic ad sacrorum christianorum defensionem et commenta gentium profanarum refellenda. Minucium diligenter imitatum fuisse Tertullianum eiusque *Apologeticum*, sive ad res ipsas, sive ad dicendi genus atque ordinem respicias, Nic. Rigaltius atque alii eruditi Viri observarunt. Eum tamen Tertulliano saepe elegantiorem et faciliorem esse, haud negari poterit ab iis, qui harum rerum

---

*) I. A. Coenen *Commentat. de Tertulliano, Christianorum et religionis christ. adv. gentes Apologeta;* in *Annal. Acad. Rheno-Traiect.* a. 1823—1824.

**) Oelrichs *de Scriptorib. Eccl. lat.* p. 15.

periti sunt. Rationes quibus pugnat et vincit, quantum acuminis, tantum habent et salis. *)

Cypriani Lib. de *Idolorum vanitate*, cuius maximam partem ex Tertulliano ac Minucio Felice sumtam esse, nonnulli animadvertunt. Laudat eum Hieronymus *Epist.* 83. *ad Magnum* verbis his: *Cyprianus, quod Idola Dii non sint, qua brevitate, qua historiarum omnium scientia, quorum verborum et sensuum splendore perstrinxit?* Spectat huc etiam eiusdem Cypriani Lib. *ad Demetrianum*, quo id egit, ut gentilium hominum calumnias repelleret, quum illi omnium calamitatum, quibus tempore isto imperium romanum affligebatur, caussam in Christianos transferrent. Multum Lactantius laudat Cyprianum, quando scribit *Institut. divinar.* V, 1.: *Unus igitur praecipuus et clarus exstitit Cyprianus, qui et magnam sibi gloriam ex artis oratoriae professione quaesierat et admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioso, suavi et quae sermonis maxima est virtus, aperto, ut discernere nequeas, utrumne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Hic tamen placere ultra verba sacramentum ignorantibus non potest, quoniam mystica sunt, quae loquutus est et ad id praeparata, ut a solis fidelibus audiantur.*

Arnobii Libri VII. *adv. gentes*, quos scribendi, occasio oblata fuit. Quum sacris paganis vale-
ipsi e ac Christum profiteri, secum constituisset, ab
dicer opo haud impetrare potuit, ut prius mysterio
Episc fontis in civitatem christianam reciperetur,
sacri monumentum ingenii in publicum produxisset
quam testatus esset, se christianam religionem vere
eoque velle, quoniam antea contra illam semper
amplecti

*) Lumper *Hist. theol. crit.* VII, 105.

pugnaverat. Ita impulſus, dictos libros compoſuit. De tempore ipſius ſcriptionis auctores diſcrepant. Libro I. II VI. et VII. defenſio chriſtianorum dogmatum continetur, reliquis autem refutatio cultus ſimulacrorum. Non vitiis carere opus hoc, ſatis eſt notum: Dogmata quaedam tradit minus recte; abſtinet ſe ferme ſacrorum Scriptorum teſtimoniis; argumenta, quibus ad probandum utitur, non ſemper ſunt firma; nec dicendi genus caſtum plane eſt atque elegans. Sed ubi rationem temporis, quo vixit et libros hos compoſuit, expendere velimus, facile intelligemus, eum non reprehendendum, ſed excuſandum, imo ob eloquentiam atque eruditionem, in opere hoc ſatis conſpicuam, laudandum eſſe. Excluſit enim hunc ingenii fetum, quum vix in Catechumenorum ordinem adſcriptus eſſet. *)

Lactantii *Inſtitutionum divinarum* Libb. VII, quorum *primo* de falſa religione contra gentes, veri numinis ignaras, unum eſſe Deum eumque omnibus rebus providere, probat; *ſecundo* de origine erroris, oppugnat idololatriam; *tertio* de falſa ſapientia, philoſophiam gentium redarguit; *quarto* de vera ſapientia, doctrinam chriſtianam exponit ac confirmat; *quinto* agit de iuſtitia ſecundum legem divinam ac profanae gentis iniuſtitia; *ſexto* de vero Dei cultu ac *ſeptimo* de vita beata et animorum immortalitate. Quae in libris his *Inſtitutionum* uberius tradita ſunt, ea in *Epitome* illarum breuius habentur. Probavit Lactantius non ſolum inſignem eloquentiam, ſed etiam egregium ſtudium religionem chriſtianam defendendi. Addi poſſunt reliqua eius ſcripta, itidem eleganter atque utiliter compoſita, uti eſt liber de *Opificio hominis*, quo praeclare oſtendit, quam illuſtre bonitatis, ſapientiae potentiaeque divinae do-

*) P. K. Meier *de ratione et argumento Apologetici Arnobiani.* Havn. 1815. 8.

cumentum ſit hominis corpus pariter ac anima; item Liber de *ira Dei*, quo contra Epicureos ac Stoicos probat, neutrum Deo indignum eſſe, neque ut iraſcatur, neque ut pios proſequatur gratia.

Iulii Firmici Materni Lib. de *errore profanarum religionum* ad Conſtantium et Conſtantem Auguſtos, quo magno animi ardore Chriſtianorum cauſſam contra gentem ſuperſtitioſam et a veris ſacris alienam agit atque Imperatores, ut iſtius ſacra penitus exſtirpent, adhortatur. Novam huius libri editionem debemus Fr. Müntero. Havn. 1826. 8., qui etiam in Prolegomenis de perſona Autoris nonnulla diſputavit.

Ambrosii varia ſcripta, quae huc referri ſolent. Sunt iſta: Lib. de *bono mortis*, quo de immortalitate animorum et de iuſtorum praemiis, poſt hanc vitam certiſſime exſpectandis, luculenter commentatur; de *fide reſurrectionis* Oratio, Libro de exceſſu fratris Satyri ſubiuncta; *Epiſtola* XX. et XXI. ad Valentinianum Imp., ne aram Victoriae in Ethnicorum gratiam inſtaurari iubeat, vel Symmacho, hoc petenti, ſatisfaciat; Libb. VI in *Hexaëmeron*, quorum maxima pars ex Baſilii opere eiusdem argumenti deſcripta eſt; Libb. II de *vocatione gentium*, quibus Ambroſius de neceſſitate gratiae evangelicae exponit.

Augustini Libb. XXII de *Civitate Dei* contra Paganos, circa a. 416 conſcripti, qui orbis calamitates et vaſtationem, urbi Romae ab Alarico illatam, chriſtianae religioni tribuebant; attamen auctor in iſtis et alia argumenta perſequitur. Praeter libros hos alia Auguſtini ſcripta, quae Paganis oppoſita ſunt atque ad locum hunc pertinent, commemorantur, uti ſunt: Libb. III *contra Academicos;* Libb. II de *ordine;* Lib. de *utilitati credendi;* Lib. de *vera religione;* Lib. de *animae immortalitate;* Lib. de

divinatione Daemonum, cum variis *Quaestionibus* multisque *Epistolis*.

Commodiani, Poetae christiani, *Instructiones adv. gentium Deos, pro christiana disciplina*, ita scriptae, ut singulae per litteras versuum primas vocabulum aliquod referant; versus autem ita comparati sunt, ut numerus hexametri carminis utcunque servetur, neglecta syllabarum quantitate.

Paulli Orosii Libb. VII *Historiarum*, eum in finem scripti, ut calumniam paganae gentis repelleret, christiana sacra esse caussam, cur tempora essent tristia ac tot tantaeque miseriae homines affligerent.

Aurelii Prudentii Clementis, celebris inter Christianos Poetae, Libb. II *adv. Q. Symmachum*, quibus, dum Symmachi relationem ad Valentinianum II. Imp. pro *ara Victoriae*, qua Deorum cultum instaurandum suadebat, refellit, caussam simul christianae religionis adversus Ethnicos tuetur.

§. 99.

Quae iam enarravimus, scripta Patrum Ecclesiae pro veritate ac divina auctoritate religionis christianae, ea ab interitu sunt vindicata atque ad nos delata. Fuerunt alii, qui operam in eodem argumento explanando ponerent atque itidem Apologias pro Christianis scriberent; monumenta autem ipsa, industria eorum composita, ad interitum pervenerunt, nec aliud, nisi memomoria illorum cum quibusdam fragmentis, conservatum est. Sunt isti:

Quadratus, qui dicitur ab Hieronymo de *Viris illustribus* Cap. XIX. et Eusebio *Chronic.* p. 167. *Apostolorum discipulus.* Post Publium Martyrem Atheniensis fuit Episcopus, quod nos itidem ex Hieronymo l. l. atque Eusebio *Libr.* IV. *Histor.*

eccleſ. Cap. 23. videmus. Quum graviſſima vexatio aduerſus Chriſtianos fieret, litteris conſignavit pro illis *Apologiam* eamque Adriano, Athenis hiemanti, obtulit a. Chr. 120. vel 127., vel uti Io. Dallaeus de *ſcriptis Dionyſii Areopagitae* Libr. 1. Cap. 13. p. 83. ſuſpicatur, a. 123. Superfuit defenſio haec ſub initium Sec. VII., quo tempore Euſebius Theſſalonicenſis in refutando Andrea quodam Quadrati ſcriptis uſus eſt, teſte Photio *Cod.* CLXII. p. 343. Poſtea monumentum hoc interiit, nec quidquam de eo, niſi fragmentum, ab Eusebio *Libr.* IV. *Hiſtor. eccleſ.* Cap. 3. conſervatum atque ex eo ab aliis repetitum, ad nos pervenit. *)

Aristides, qui eodem, quo Quadratus, tempore vixit, philoſophus Athenienſis et vir eloquentiſſimus fuit atque *Apologiam* pro Chriſtianis Imp. Adriano tradidit, nunc itidem deperditam. Teſtantur de ea Hieronymus de *Viris illuſtr.* Cap. XX. et Eusebius *Libr.* IV. *Hiſtor. eccleſ.* Cap. 3. In ea Dionyſii Areopagitae martyrium memoratum fuiſſe, Vsuardus et Ado *Viennenſis* referunt in *Martyrologiis.* **)

Melito, qui Epiſcopus fuit Sardenſis atque *Apologiam* pro Chriſtianis ſcripſit eamque Imp. M. Aurelio Antonino exhibuit, quum qui Chriſtum confitebantur maxime vexarentur. Quo tempore defenſionem hanc ſuſceperit, de eo diſſentiunt auctores. Alii referunt iſtam ad a. Chr. 169. alii ad a. 177. Non conſervata ea eſt poſteritati, fragmenta autem nonnulla exſtant apud Eusebium *Libr.* IV. *Hiſtor. eccleſ.* Cap. 26. et in *Chronico paſchali*, quod *Alexandrinum* vocari ſolet, p. 259. ***)

*) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 154.
**) Fabricicius *Bibl. gr.* VII, 155.
***) C. Chr. Wooc Diſſertt. II. *de Melitone*, *Sardium in Aſia Episc.* Lipſ. 1744 et 1751. 4., qui et fragmenta huius Scriptoris collegit.

Claudius Apollinaris, Ecclesiae Hierapolitanae in Phrygia Episc., qui composuit: *Insigne volumen pro fide Christianorum ad M. Antoninum Verum;* Libros quinque *adv. gentes;* duos alios de *Veritate*, quorum monumentorum inter veteres Hieronymus de *Viris illustr.* Cap. XXVI. et Eusebius *Libr.* IV. *Histor. eccles.* Cap. 27. mentionem faciunt. *)

Miltiades, qui reliquit *Apologiam pro Christianis* πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας, teste Eusebio *Libr.* V. *Histor. eccles.* Cap. 17., sive ut Hieronymus de *Viris illustr.* Cap. XXXIX. loquitur, *ad Principes illius temporis.* Per *Principes* hos intelligunt alii Praesides provinciarum, quum eo tempore non plures, sed unus tantum Imperator Romanus fuerit isque Commodus. At vero uti Militiades ante tempora Commodi *Apologiam* hanc conscribere potuit, ita alii non sine probabilitate existimant, per *Principes* illos indicari Impp. M. Antoninum et Lucium. Scripta eius atque in his *Apologia* quoque iniuria temporis ablata sunt. **)

Apollonius, de quo Eusebius *Libr.* V. *Histor. eccles.* Cap. 21. tradit, eum litterarum humaniorum ac philosophiae laude floruisse ac Commodo Imp. Romae martyrium subiisse, quum antea a iudice rogatus, ut coram Senatu rationem fidei suae redderet, elegantissimam Orationem pro defensione illius pronuntiasset. Hieronymus de *Viris illustr.* Cap. XLII. p. 117. refert illum inter Scriptores ecclesiasticos ac dicit, eum *egregium volumen composuisse* pro sua fide et re christiana. Sive autem Apollonius Orationem, ante quam illam recitavit, litteris mandaverit,

---

*) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 160.

**) Chr. Gfr. Derling *Diatr. hist. crit. de Miltiade perantiquo Christianorum Iureconsulto et defensore.* Helmst. 1746. 4. p. 26. Fabricius l. c. p. 165.

pro Hieronymi teſtimonio, ſive non, eamque ſtatim dixerit, quod Eusebius innuere videtur; id tamen certum eſt, Euſebium Apologiam illam, graece redditam, in ſuam *hiſtoriam martyrum*, nunc deperditam, transtuliſſe, uti ipſe l. l. narrat.

Macarius Magnes qui libris V Ἀποκριτικῶν, adv. gentiles conſcriptis, locum inter Apologetas religionis chriſtianae ſibi paravit. *)

Isidorus Pelusiota, quem *Libro adv. Graecos* in Graecorum vaticinandi artem acriter invectum eſſe ſcimus ex initio Epiſtolae eius ad Harpocram Sophiſtam, Epp. II, 228. Non igitur videtur diverſus fuiſſe ab illo, quem Hiſt. III, 263 ſub titulo περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην affert. **)

§. 100.

Scripta, pro Chriſtianis eorumque ſacris, maxime tempore perſequutionis compoſita atque in lucem edita, graece inprimis appellari ſolent *Apologiae*. Vocabulum hoc duplici modo ſumi poteſt: vel late, ita ut defenſio ad utrumque calumniarum genus ſimul ſpectet, quum veteres chriſtianae profeſſionis homines non ſolum doctrinae, ſed vitae quoque pravae per ſummam malitiam accuſarentur; vel ſtricte, quando Apologiae maxime de defenſionibus vitae veterum Chriſtianorum adverſus nefandas calumnias ſuperſtitioſarum gentium intelliguntur.

*) Magni Crusii D. *de θεολογουμένοις Macarii Magnetis ex Fragmm. operis deperditi Ἀποκριτικῶν, pro chriſtiana religione adv. gentiles conſcripti, erutis et ad meliorem intelligentiam argumentorum adverſae partis perpetuo parallelismo ſcriptorum Porphyrii illuſtratis.* Gött. 1745. 4. cf. Fabricius l. c. p. 296.

**) Cf. Neimeyer *De Iſidori Peluſiotuo vita* etc. p. 29 ſqq., qui etiam P. III. Cap. 2. Iſidoria contra Ethnicos diſputandi rationem deſcribit.

Ad Apologias has lucem afferunt, qui ſingulari
ıdio de Gentilium calumniis adverſus Chriſtianos
rumque religionem commentati ſunt ac varia ea-
m genera enarrarunt. Princeps in illis eſt Chr.
ɔrtholt, qui in argumento hoc accurate expla-
ndo diligentiſſime verſatus eſt. Primum edidit
*ractatum de calumniis Paganorum, in veteres Chri-
anos ſparſis*, Kilon. 1668. 4., deinde alium *Tra-
ıtum de origine et natura Chriſtianismi ex mente
entilium* 1672. 4. et tum *Librum de vita et mori-
ıs Chriſtianis primaevis per Gentilium malitiam ad-
tis*, 1683. 4. Hae tres Commentationes, quae
paratim in lucem prodierant, poſtea coniunctae
nt, ut unum conſtituerent opus, hac inſcriptione
natum ac iuris publici factum: *Paganus obtrecta-
r ſ. de calumniis Gentilium in veteres Chriſtianos
bri tres*, Kilon. 1698. 4. Libro *primo* exponit
ıctor de *origine et natura Chriſtianismi ex impia
villantium Ethnicorum ſententia* atque ediſſerit,
ıomodo gentes profanae religioni chriſtianae obie-
rint, quod ſit nova eiusque doctrina ex Poetarum
cunis ſcitisque Philoſophorum, item ex Iudaeo-
ım praeceptis hauſta; quod Chriſtiani diverſas ſe-
as habeant eorumque religio reipublicae minus
cte conſulat; quod Doctores illorum barbaro at-
ıe inculto ſcribendi genere utantur, ceter. Liber
cundus tractat de *Cultu veterum Chriſtianorum pu-
ico, Gentium maledicentia ſugillato* atque oſtendit,
ıod antiquioribus chriſtianae profeſſionis homini-
ıs attributa fuerit Onolatria, Uranolatria, Helio-
tria, Aedoeolatria, Serapidolatria, Staurolatria,
hriſtolatria, Martyrolatria, ſimulque agit de Sacris
ıriſtianorum arcanis atque de Atheismo illis itidem
ɔiecto. Accedit liber *tertius* de *vita et moribus
iſcorum Chriſtianorum malitioſe a Gentilibus exa-
tatis*, atque enarrat nefanda crimina, quorum
hriſtiani fuerunt accuſati, cuiusmodi ſunt Magia,

Factiones, Crimen laesae maiestatis, Odium generis humani, Epulae Thyesteae, Inanis gloriae studia, Artes sordidae, Mala et calamitates publicae, Notae et insignia occulta, et quae sunt alia. In eodem argumento quo Kortholtus pertractando laboravit I. Iac. Huldricus, cuius *Gentilis obtrectator,* lucem vidit Tigur. 1747. 8. postquam auctor a. 1741. *Disquisitionem de calumniis a Gentilibus in primaevos Christianos sparsis*, ediderat. Ex his facile intelligendum est, quales calumniae adversus veteres Christianos adhibitae fuerint. De nonnullis illarum docti viri speciatim sunt commentati: Ad. Rechenberg *de Atheismo, Christianis olim a Gentilibus obiecto.* Lips. 1681. 4., quae *Dissertatio* etiam exstat in Eiusdem *Exercitt. in N. T., Hist. eccles. et litterar.* p. 287 sqq. Cf. Io. Lobeg. Ferd. Lange *Expositio argumentor., quibus Patres apologetici rel. chr. a culpa Atheismi ei obiecta defenderunt;* in Chr. F. Illgen *Hist. theol. Abhdll.* II, 127. Laudatus Kortholt *de Atheismo, veteribus Christianis ob templorum inprimis aversationem a Gentilibus obiecto,* 1689. 4. cuius etiam prodiit Dissert. *de nominibus, quibus per ludibrium et contemtum Christiani olim a Profanis appellati deque notis occultis, quibus iidem se insignivisse, crediti,* Kilon. 1693. 4. Steph. Morinus *de calumnia Gentilium, caput asininum esse Christianorum Deum;* in *Dissertt.* p. 285 — 336. Theod. Hasaeus *Diatr. de ὀνολατρείας crimine s. calumnia cultus asinini, a Gentilibus olim Iudaeis et Christianis impacta* c. I. Bapt. Ottii de eod. argumento *Ep.* Erf. 1716. 4. Iac. Ant. del Monaco *Discorso in cui si pruova la calunnia del Culto asinino imputato agli antighi Cristiani* etc. Napol. 1715. 4. I. Ge. Sam. Bernhold *Ursachen, warum denen Iuden u. Christen d. Anbetung e. Eselskopfs Schuld gegeben worden;* in *Erlang. gelehrt. Anzeigen* a. 1744. N. 52. Io. G. Lindner *Excurs. II. ad Minuc. Felicis* Cap.

IX, 4. Zach. Grapius *Schediasm. hiſt. de calumnia Ono- et Chorolatriae, Iudaeis et Chriſtianis olim adſperſa*, Lipſ. 1696. 4. Iac. Hasaeus *de Ononychoeto Chriſtianis Verpi cuiusd. nequitia affícto numine* (auribus aſininis, altero pede ungulatus, librum geſtans et togatus); in *Bibl. Brem.* III, 1036. I. Ph. Heine *de Ononychoto Chriſtianis affícto numine;* in Eiusd. *Diſſertt. ſacrar. Libb. II.* Amſtel. 1736. 4. Lib. II. C. 10. E. A. Schulze *de Ononychoto Deo, Chriſtianis quondam affícto;* in Eiusd. *Diſſertt. philol.* Faſc. I. H. A. Zeibich *de Chriſtianis Serapin colentibus Progrr. II.* Gerae 1766 ſq. 4. et I. Dan. ab Hoven *Disp. hiſt. crit. de Culta Serapidis temere Chriſtianis obiecto in Ep. Hadriani Imp.*, in Eiusd. *Campenſia* I, 56. Adde Chr. Wormium *Diſſert. de veris cauſſis, cur delectatos humanis carnibus et promiſcuo concubitu Chriſtianos calumniati ſint Ethnici*, Hafn. 1695. 4. et in Martini *Theſaur. Diſſertt.* II, 2, 18. I. F. Gruner *de Odio humani generis Chriſtianis olim a Romanis obiecto* Coburg. 1755. 4. Odium humani generis ei eſt hoſtilis in Romanos et eorum rempublicam animus, Chr. Ant. Teubero autem in D. *de martyribus chriſt. odio humani generis convictis.* Brunſv. 1734. 8. odium humani generis idem ſignificat quod ſuperſtitio exitialis. I. Iac. Zimmermann *Or. de Stoicorum et Epicureorum religioni chriſt. intentatis convitiis;* ad I. Iac. Hulderici Ἄσμα κύκνειον. Turic. 1731. 4. I. A. Münnich D. *de nominib. quibusd. contumelioſis, quae Chriſtianis olim adſperſa.* Lipſ. 1696. 4. I. Herm. Benner *de Chriſtiano non achreſto.* Gieſſ. 1747. 4. I. Franc. Buddeus *Veritas relig. chriſt. Philoſophorum gentil. obtrectationibus confirmata.* Ienae 1711. 4. et Laur. Fr. Fischer *de laude Chriſtianor. ex obtrectationibus.* Ien. 1759. 4.

Scripta haec eam ob caussam commemoravimus atque ad locum hunc retulimus, quoniam ab iis utiliter conferri possunt, quibus animus est, Patrum Apologias legere. In ipsis Apologiis Patres probarunt praeclaram industriam, non mediocrem ingenii vim atque erudititionem ac quamvis fateri debeamus, monumenta haec non omnibus numeris absoluta esse, Auctores eorum non semper solidam atque accuratiorem disputandi rationem adhibuisse, maiorem vim in refutandis superstitiosorum hominum ineptis atque impiis fabulis ac gravissimis erroribus interdum monstrasse, quam in probandis verae religionis nostrae dogmatibus factisque; sunt tamen caussae, cur Patres, ubi isti minus recte, aut accurate scripserint, merito excusemus ac temporis, quo isti vixerunt, rationem semper reputemus.

De Apologiis, quas ab antiquioribus christianis Doctoribus accepimus, commentati sunt ac notitiam earum suppeditarunt:

Ad. Rechenbergius in *Schediasm. hist.*, s. in Dissert. *de Apologiis Doctorum veteris Ecclesiae*, Lips. 1685. 4. et in Eiusdem *Vol. Exercitt. in N. T.* etc. p. 305.

H. Ludolph. Benthemius in *Vorstellung u. Betrachtung der Schriften der alten Kirchenlehrer von der Wahrheit u. Göttlichkeit d. christl. Religion.* Hamb. 1727. 8., qui liber ab Auctore relictus ac cum Io. Alb. Fabricii *Praefatione* in lucem editus est.*)

Io. Alb. Fabricius in *Delectu argumentorum et Syllabo Scriptorum de veritate religionis christianae*, ubi inter alios Scriptores Patres quoque Ecclesiae diligenter recensentur, qui pro veritate religionis christianae pugnarunt ac scripserunt, tam graeci,

*) Colери *Auserlesene theol. Biblioth.* III, 382.

quam latini, quorum monumenta vel superstitiosis gentibus, vel Iudaeis opposita, vel deperdita, vel conservata sunt. Scriptis de Apologiis Patrum ecclesiasticorum adiungi potest: *Compendium antiquitatum ecclesiast., ex Scriptoribus apologeticis eorumdemque Commentatoribus compositum*, quod I. Ge. Walch iuris publici fecit ac subiunxit Conr. Sam. Schurtzfleischii *Controversias et Quaestiones insigniores antiquitatum ecclesiast., ex libro eius mspto nunc primum editas*, Lips. 1732. 8. Quae docti Viri ad Apologias Patrum illustrandas ex antiquitatibus ecclesiasticis attulerunt, Heraldus, Elmenhorstius, Balduinus, Kortholtus, Fellus atque alii, ea in Compendio hoc collecta ac iusto ordine disposita habentur. Legi et potest: Io. Andr. Schmidii Comment. de *Doctorum primitivae Eccl. vario docendi disputandique genere ad loc. Hieronymi in Apol. pro libr. adv. Iovianum.* Helmst. 1701. 4. C. A. Beyer *De difficultate iudicii super disputatione veterum Eccl. Doctorum* κατ' οἰκονομίαν. Lips. 1766. 4. (Κατ' οἰκονομίαν disputare dicuntur, qui in caussa, quam tractant, omnia congerunt, quae apta ad eam esse videntur, etiam falsa, ut commodis eorum, quibus consulere velint, prospiciant. Theophylactus ad Gal. V, 11. Ὁ κατ' οἰκονομίαν ποιήσας τι, οὐχ ὡς ἁπλῶς καλὸν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ὡς πρὸς καιρὸν χρειῶδες.) I. Ge. Rosenmüller *De methodo Veterum oeconomica Sect. I.* Erlang. 1773. 4.), nec non Io. Melch. Goeze, praeside Sgm. Iac. Baumgarten D. *de PP. primitivae Eccl. feliciori successu in profliganda gentilium superstitione, quam in confirmanda doctrina christ.* Hal. 1738. 4. Chr. F. Eisenlohr *Argumenta ab Apologetis Sec. II. ad confirmandam relig. christ. veritatem ac praestantiam contra Gentiles usurpata.* Tubing. 1797. 4. A. Nic. Clausen *Apologetae Eccl. christ. Ante-Theodosianae Platonis eiusdemque philosophiae arbitri.* Hafn. 1817. 8.

§. 101.

Patres ſacri ordinis non ſolum contra gentes ſuperſtitioſas, ſed etiam contra *Iudaeos*, infenſiſſimos religionis chriſtianae hoſtes, pugnarunt, errores eorum ac deteſtanda convicia profligarunt, Chriſti dogmata atque inſtituta vera, recta atque optima eſſe, oſtenderunt. Eam in rem multa variaque ſcripta compoſuerunt, quorum alia conſervata atque in lucem edita ſunt, alia manu exarata in Bibliothecis aſſervantur, alia denique interierunt. Quae ad aetatem noſtram pervenerunt ac lucem publicam adſpexerunt, in illorum numero ſunt:

Iustini *Mart. Dialogus c. Tryphone Iudaeo*, qui complectitur colloquium, Epheſi cum Iudaeo per duos dies habitum circa a. 150., et ut Iuſtinus Tryphoni promiſerat, ab iſto litteris mandatum. Dicatum illud Marco cuidam Pompeio, quem φίλτατον appellat et quem Io. E. Grabius *Tom. II. Spicileg.* p. 160. coniicit, fuiſſe illo tempore Epiſcopum Hieroſolymitanum. In duas partes Dialogum hunc diviſum eſſe ac prioris extremum, poſterioris initium nunc deſiderari, praeter Sylburgium in notis animadvertit Grabius l. c. Non diu ante martyrium ſuum ſcripſiſſe Dialogum hunc Iuſtinum, ex eo colligendum eſt, quod ille Apologiae ſuae ad Imperatorem meminit. Adhibentur argumenta, uti appellantur, καθ' ἄνθρωπον feliciter. Saepe caecitas mentis, pertinacia, obſtinatio atque alia vitia adverſario eiusque ſociis exprobrantur.*)

Hippolyti, *Episc. et Mart.*, *Brevis demonſtratio adv. Iudaeos*, quae primum prodiit latine

*) Cf. G. H. Scharffenberg *Comment. acad. de Iuſtino, Tertulliano et Cypriano adv. Iudaeos disputantibus.* Lund. Goth. 1820. 4. Vid. ſupra p. 235.

tantum ex interpretatione *Franc. Turriani* cura *Ant. Possevini Tom. I. Apparat. sacri; C. Ios. Imbonati* in *Biblioth. lat. ebr.* p. 74.; et *Io. Alb. Fabricii Tom. I. Operum Hippolyti* p. 218. Deinde *Fabricius Tom. I. dictorum Operum* p. 2. idem opusculum primus graece, c. *Turriani* lat. versione in lucem emisit.

Eusebii, Episc. Caesar., opus, quod inscriptum est Εὐαγγελικὴ ἀπόδειξις, *Demonstratio evangelica* ac consecratum Theodoto, Episc. Laodiceno. Collegit Auctor ex prioris foederis libris testimonia vaticiniaque de Christo atque ex illis probavit contra Iudaeos, Iesum esse verum Messiam ac religionem nostram christianam veram religionem. Opus ipsum viginti libris constabat; decem autem priores tantum ad nos pervenerunt, quumque adhuc primus initio ultimusque extrema parte mutilus fuisset, Io. Alb. Fabricius defectum hunc ex integriori Codice supplevit. Quodam modo subiungi possunt eiusdem Eusebii Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευή, *Praeparationis evangelicae* Libb. XV. itidem ad Theodotum, Episc. Laodicenum. Exhibetur collectio pulcerrima argumentorum, variorum notabilium monumentorum ac testimoniorum ex Scriptoribus exteris, eo consilio instituta, ut per hoc opus animus lectoris praeparetur ad demonstrationes de veritate Evangelii Christi ex sacris litteris tanto facilius imbibendas admittendasque.

Gregorii *Nyss. ex V. T. delecta testimonia, c. adiecta quadam explicatione adv. Iudaeos*, quod opusculum primum latine tantum in lucem venerat; postea autem editum id est non solum latine, sed etiam graece, cura Laur. Alex. Zacagnii *Collectaneis Monumentorum vett. Eccl. gr. ac lat.* p. 288., unde recepit *Gallandi* VI, 578.

Basilii *Seleuc. Demonstratio contra Iudaeos de Salvatoris adventu*, ex Danielis hebdomadibus, quam tamen non esse Basilii Seleuc., nonnulli conii-

ciunt, Bigotius, Allixius, Garnerius, Caveus, quoniam praeter ſtili diſcrepantiam, ea nec Veterum teſtimonium prae ſe habeat, nec in Codicibus manu exaratis inter cetera Baſilii huius ſcripta reperiatur. *) Alii notant, Auctorem vera falſis fabulisque miſcere. **) Ex graeco ſermone a *Turriano* in latinum converſa eſt in PET. STEVARTII *Tomo ſingul. inſignium Auctorum graecor. et latin.* p. 403. atque inde in *Bibliothecas Patrum,* cum Colonienſem Tom. V. tum Lugdunenſem Tom. VIII. p. 495 — 98. translata.

IO. CHRYSOSTMI Πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας ἀπόδειξις, ὅτι ἐστι Θεὸς ὁ Χριστός, *adv. Iudaeos et Gentiles demonſtratio, quod Chriſtus ſit Deus,* ex iis quae multis in locis de eo dicta ſunt apud Prophetas; praeter quam *Demonſtrationem,* exſtant eiusdem Λόγοι κατὰ Ἰουδαίων, *Orationes adv. Iudaeos,* quarum quum ſex adhuc in lucem editae fuiſſent, duae poſtea acceſſerunt. ***) Lucem viderunt non ſolum in *Operibus* eius, ſed etiam ſeparatim; ac ſex priores primum ſunt editae a *Dav. Haeſchelio.*

GREGENTII *Diſput. c. Herbano Iudaeo,* quam per dies quinque coram Abramio, Rege Homeritarum chriſtiano, coram Epiſcopis, pluribus Iudaeis et tota civitate in Metropoli Homeritidis Taphar, ſ. Saphar, in Arabia felici circa a. Chr. 540. cum iſto inſtituiſſe, perhibetur. Acta huius *diſputationis* gr. c. interpret. latina ac notis in lucem emiſit *Nic. Gulonius,* Par. 1586. 8., poſtea autem illa utraque lingua in Patrum volumina translata ſunt. †) Aucto-

---

*) Exſtat *Demonſtratio* haec in *Operibus* eius, Par. 1622. fol. p. 194.

**) Vid. BASNAGII *Animadverſio,* quam *Demonſtrationi* huic praemiſit Tom. I. CANISII *Lection antiquar.* p. 240.

***) In MONTAFAUCONII editione Tom. I. p. 487

†) Graece et latine ſunt in *Auctario graecolatino Biblioth. Patr. Ducaeano,* Par. 1624. Tom. I., latine tantum in *Biblioth. Patr. Lugdun.* Tom. VI. p. 1014. Summam horum Actorum exhibet IMBONATUS *Biblioth. lat. ebr.* p. 58.

rem istorum esse Palladium *Alex.*, Casp. Barthius putat *Libr. V. Adversarior.* Cap. 3.

Inter *latinos* antiquioris aevi Doctores pro Christianis contra Iudaeos scripserunt:

Tertullianus, cuius Lib. *adv. Iudaeos* ad nos delatus est, compositus occasione disputationis Christiani cum Proselyto. Ostendit Auctor, ceremonias cultus levitici ad certum tantum tempus praescriptas fuisse ac quem Iudaei axspectent, quem vates divini praedixerint, Messiam iam advenisse. Dan. a Coeln ad Münscheri *Lehrb. d. cristl. Dogmengesch.* I, 99. vocat hunc Tertulliani librum „eine gehaltlose Compilation" et dubitat de eius authentia; Scharffenbergius vero l. c. p. 18. inter Apologetas Christianismi contra Iudaeos principem locum tribuendum esse censet Tertulliano, „qui acutus et ob artem, quam antea exercuerat, in disputando versatus, ordinem et modum bene servat, licet vitio ei haud iniuria detur, quod ingenii mira ubertate abusus, saepius iocando, quam argumentando, repulit adversariorum impetus." Id certe pro certo haberi potest exitum libri inde a Cap. IX non esse a Tertulliano, sed Alio quocunque, qui librum ab Auctore mancum et imperfectum relictum ex libro III contra Marcionem suppleri posse censeret. Vid. Neander *Antignostikus* p. 517 sqq.

Cypriani *Testimoniorum adv. Iudaeos Libb. III* ad Quirinum, quem filium carissimum appellat, quorum autem tantum duo priores ad hunc locum pertinent. In tertio enim libro congesto sunt multa ex V. et N. T. loca ad confirmanda praecepta, maximam partem ad morum disciplinam spectantia. Cyprianum Auctorum esse horum librorum, nonnulli dubitant, Erasmus, Andr. Masius, attamen sine caussa. Repugnant opinioni huic antiquiores Scriptores, qui fide digni sunt ac memoratos *Testimo-*

niorum libros Cypriano tribuunt, Hieronymus, Augustinus, Gennadius atque alii. *)

Augustini *Tractatus adv. Iudaeos;* at vero *Sermo contra Iudaeos, Paganos, Arianos,* qui etiam Augustini nomen praefert, perperam ei attribuitur. Idem dicendum est de *Tractatu contra quinque haereses s. contra quinque hostium genera,* Paganos videlicet, Iudaeos, Manichaeos, Sabellianos et Arianos ac de Dialogo, *Altercatio Ecclesiae et Synagogae* inscripto.

Isidori *Hispalensis* Libb. II. *contra nequitiam Iudaeorum,* quorum priori de nativitate, passione, resurrectione, regno et iudicio Domini agitur, posteriori autem de vocatione gentium, Hagenoae 1529. 4.

Magnam molem calumniarum iudaicarum in Christianos congessit A. Pfeiffer in libro, cui titulum fecit: *Obtractator Apella s. Calumniarum iudaicar. in Christum Salvatorem et Christianos ex scriptis talmud. et rabbin. petita recensus.* Witteb. 1662. 4.

§. 102.

Sunt plura alia scripta, quibus doctissimi viri Iudaeorum errores profligarunt ac sanctissimae religionis nostrae veritatem ac divinam auctoritatem ab istorum malitiosis calumniis defenderunt. Attamen non omnia monumenta haec ad usum nostrum delata sunt. Alia ab interitu quidem se vindicarunt, publicam lucem autem haud adspexerunt, sed manu tantum exarata in Bibliothecis asservantur. Alia autem tantum abfuit, ut permanerent inter alias res, quae existunt, ut penitus interirent. Utriusque generis quaedam nunc exempla memorabimus. Inter ea, contra Iudaeos composita, scripta quae supersunt, manu exarata autem tantum in Bibliothecis reperiuntur, locum habent:

---

*) Vid. Felli *Notae ad Cyprianum* p. 17.

ATHANASII *Alex. Disputatio c. Zachaeo*, Iudaeorum Nomodidascalo, s. Doctore legis; item *Disputatio c. Iudaeis de adoratione S. Crucis et sacrarum imaginum*, quem utrumque Codicem msptum memorat CAR. IOS. IMBONATUS *Biblioth. latino-ebraica* p. 318. ac testatur, eum esse in Bibliotheca Vindobonensi.

ATHANASII iunioris *Narratio graeca de imagine Christi*, a Iudaeis Beryti in ludibrium perpessionis dominicae cruci affixa. Latine illa exstat ac recensetur ab IMBONATO l. c.

BASILII *Seleuc.* Lib. *contra Iudaeos*, qui est in Bibliotheca Vaticana, uti etiam IMBONATUS l. c. p. 12. tradit. Eiusdem BASILII *Demonstratio adv. Iudaeos*, quae in lucem prodiit, iam antea adducta est.

GENNADII *Confutatio erroris iudaici ex Scriptura et rebus gestis et ad christianam religionem cohortatio, per modum Dialogi*, quem librum, nondum editum, IO. ALB. FABRICIUS in *Delectu argumentorum et Syllabo Scriptorum de veritate religionis christian.* p. 130. recenset.

Alia monumenta, quibus Iudaei oppugnati sunt, interierunt, uti sunt:

ARISTONIS, *Pellaei*, qui Pellam, Palaestinae oppidum patriam habuit Διάλεξις Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος, qua Iudaeorum *Alexandrinum Papiscum* cum Christiano ebraeo *Iasone* disputantem ac denique convictum introduxit. Laudant Διάλεξιν hanc ORIGENES *c. Celsum* Lib. IV. p. 139. ac HIERONYMUS *in Epist. ad Galat.* III, 13.; ipsius autem Auctoris mentionem facit EUSEBIUS *Hist. eccl.* IV, 6. Opus hoc ex graeco latine convertit Cesus quidam, sed nec de opere, nec de versione quidquam exstat, praeter interpretis praefationem ad Virgilium, quae legitur inter *Opuscula* CYPRIANO adscripta p. 30, ac

fragmenta nonnulla a. I. E. GRABIO *Specileg. PP. Sec. II.* I, 131 collecta. *)

CLAUDII APOLLINARIS Hierapolitani in Phrygia Episcopi, *Libb.* II *contra Iudaeos*, de quibus EUSEBII **) ac NICEPHORI testimonia ad nos delata sunt.

MILTIADIS *Lib. contra Iudaeos*, qui singulare studium pro religione christiana probavit ac pro ista non solum contra Paganos, sed etiam contra Iudaeos scripsit; neuter liber autem ad aetatem nostram pervenit.

STEPHANI BOSTRENI, Graeci, opus, *contra Iudaeos* compositum. Meminit illius DAMASCENUS in *Orat. de sacris imaginibus.*

VOCONII, Castellani, Mauritaniae oppidi, Episcopi, scripta, quae composuit contra Iudaeos, Arianos et alios Haereticos. Testem rei huius habemus GENNADIUM de *Viris illustrib. Cap.* 78. Vixit ille Sec. V. med.

Sufficiant haec de libris, adversus Iudaeos scriptis iisque vel nondum editis, vel deperditis. Quum enim notitiam hanc veluti in transitu suppeditare voluimus, non necesse esse arbitramur, ut augeamus illam atque amplificemus. ***)

§. 103.

Inter eos, qui ex sententia Ecclesiae catholicae errores, eosque non leuioris momenti, disseminabant atque in civitate christiana multas fa-

*) FABRICIUS *Bibl. gr.* VII, 156.

**) *Hist. ecclesiast.* IV, 27. ad quem locum vid. HEINICHEN.

***) Graecorum et Latinorum scripta, antiquiori aevo contra Iudaeos composita, sive ista in lucem emissa, vel manu tantum exarata supersint, sive interciderint, percenset WOLFIUS *Biblioth. ebr.* II, 994., cui adiungatur FABRICIUS in *Delectu argumentor.* et *Syllab. Scriptor. de veritate relig. christ.* Cap. 2. et 5.

ciebant turbas, locum quoque *Haeretici* habebant. Etiam adverſus illos Patres eccleſ. in certamen deſcenderunt ac prava dogmata confutarunt, vera autem a malitia hoſtium defenderunt. Qui ita pugnarunt, eorum duo ſunt genera. Alii reſiſtebant Haereticis univerſe, alii ſingularibus eorum Sectis. Qui univerſe contra illos dimicarent, itidem diverſi fuerunt, quum nonnulli maxime hiſtorice, quidam autem dogmatice ac polemice de Haereticis eorumque dogmatibus exponerent. Illos ſupra commemoravimus eorumque ſcripta inter monumenta hiſtorica, quae Patres Eccleſiae reliquerunt, enumeravimus; ad horum autem ordinem, qui de haereſibus inprimis polemice commentati ſunt, nunc adducendi pertinent.

Supra commemoravimus: Tertulliani libri de *praeſcriptionibus Haereticorum* Appendicem: Philastrium, Epiphanium, Augustinum, auctorem *Praedeſtinati;* nunc adducendi ſunt:

Clemens *Alex. Libris Stromatum,* quibus Principum inter Haereticos perverſa dogmata explodit.

Irenaeus Libris quinque *adv. haereſes*, quorum primus ἔλεγχον, ſ. *detectionem*, ceteri quatuor ἀνατροπὴν ſ. *redargutionem* continent. Ita Irenaeus in tractandis controverſiis recto iuſtoque ordine uſus eſt, dum primum errores Haereticorum recenſet, poſtea autem iſtos refutat, eo ſtudio, ut ex opere hoc non exigua eruditio eius atque induſtria appareant idque laude, qua ornatur, omnino dignum ſit. Non omnium tamen vitiorum illud plane expers eſt. Approbat interdum Irenaeus ſententias, quae falſae ſunt atque erroneae. In refutandis Haereticis non ſemper ſimplicem atque apoſtolicam diſputandi rationem ſequitur, ſed dum eadem arma adhibere vult, quibus utuntur adverſarii, pro ſolidis

argumentis vanas nonnumquam affert ſubtilitates. Nec diffitendum eſt, illum ratiocinandi leges interdum neglexiſſe ac nimio contradicendi ſtudio incitatum alteram extremitatem devitando, ab altera minus ſibi caviſſe atque a recta aberraſſe via. Sine dubio Irenaeus graece ſcripſerat, non latine; graecis autem caremus, praeter ea, quae a nonnullis ſervata atque in lucem prolata ſunt.

Origenes, cui adſcribitur, ſed falſo Lib. I τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου, quem ſub titulo *Fragmenti Philoſophumenῶn* e Cod. Florent. primus edidit, verſionemque et notas, quibus Origeni illud vindicat, addidit Iac. Gronovius *Theſauri Antiquitt. graec.* Tom. X. p. 251. *)

Athanasius, ſub cuius nomine exſtat *Oratio* κατὰ πασῶν αἱρέσεων, *contra omnes haereſes;* quam tamen in germanis Athanaſii monumentis numerandam eſſe, Eruditi negant. Sique et illa ab Athanaſio vere ſcripta eſſet, minus tamen commode ad locum hunc referri poteſt.

Epiphanius, quem ſupra quidem iam memoravimus inter hiſtoricos Scriptores de Haereticis; ille tamen et locum hunc tueri poteſt. Praebet enim ſe cum hiſtoricum, tum diſputatorem. Opus ipſum, quod ab eo accepimus, nomen habet Πανάριον, vel Κιβώτιον *Arca* ſ. *Capſula medica*, quum in eo non ſolum Haereticorum ſententias referat, ſed etiam contra venenatos eorundem morſus ſaluberrima remedia exhibeat, quemadmodum ipſe inſcriptionis huius rationem explicat *Anacephalaeos.* Tom. II. Opp. p, 126. Eam ob rem in Scriptoribus polemicis iure numeratur. Dividitur opus hoc in tres Partes, ſ. Libros, et continet LXXX haereſes, pro ipſius Epiphanii calculo. Multum utilitatis affert, in primis

---

*) Fabricius *Bibl. gr.* VII, 227.

quia ceteris, quae ante illud contra haereſes ſcripta ſunt, copioſius eſt, nec pauca complectitur, ex antiquitatum monumentis hauſta; vitiorum tamen non omnino expers eſt. Praebet documenta ſatis evidentia, quae monſtrant, auctorem muneri haereticos refutandi non plane ſatisfeciſſe. Scribendi genus, quo utitur, nullam praefert elegantiam; argumenta, contra adverſarios propoſita, ſaepe nulla probandi virtute praedita ſunt; credulitatis ubique apparent indicia, haecque oſtendunt, Epiphanium aut non potuiſſe, aut noluiſſe vera a falſis diſcernere. Nec moderatio, in controverſiis maxime neceſſaria, ita, ut decet, adhibita eſt.

Theodoretus, cuius Libb. V *haereticarum fabularum* (αἱρετικῆς κακομυθίας ἐπιτομὴ ſ. uti ap. Nicephorum *H. E. XIV*, 54. inſcribitur, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἢ ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις) exſtant. In eorum quatuor prioribus haereſes non tantum recenſet, ſed breviter etiam refutat, quintus autem θείων δογμάτων ἐπιτομὴν, ſ. compendium ſacrae doctrinae, haereticorum erroribus oppoſitum, exhibet. Neutiquam adulterinum eſſe *Libri IV. Caput XII.*, quo de Neſtorio agitur, ut Garnerio et Caveo viſum eſt, Io. Alb. Fabricius *Biblioth. gr. VIII*, 292. probat. Opus hoc Theodoreti cum eiusdem *Dialogis* gr. prodiit cura *Camilli Perusci*, auſpiciis Ardingelli, Cardinalis, Rom. 1547. 4. Latine id vertit *Gentianus Heruetus*, Baſil. 1549. 4. Ad graeca haec monumenta adiungenda ſunt nonnulla latina, inprimis Tertulliani Lib. *de Praeſcriptionibus contra haereticos* ac Vincentii *Lerin. Commonitoria duo pro catholicae fidei antiquitate et univerſalitate, adv. profanas omnium haereſeon novationes*, de quibus plura dicendi poſtea erit occaſio.

§. 104.

Diſputarunt quoque eccleſiaſtici Patres adverſus *ſingulares* certosque *Haereticos*, qui antiquiore

aetate multos ac varios errores disseminabant ac religionis christianae dogmata in diversum torquebant. Erant illi *Gnostici*, *Marcionitae*, *Manichaei*, *Novatiani*, *Sabelliani*, *Origenistae*, *Samosateniani*, *Ariani*, *Apollinaristae*, *Priscillianistae*, *Iovinianus*, *Helvidiani*, *Luciferiani*, *Donatistae*, *Pelagiani*, *Semipelagiani*, *Macedoniani*, *Anthropomorphitae*, *Nestoriani*, *Eutychiani*. Ita refutarunt:

1) *Gnosticos*, Auctor *Epistolae*, quae Barnabae quidem adscribitur, eius tamen non est germanum monumentum. Gnosticis eam oppositam esse, haud negabit, qui istam perlegerit. Nonnulli addunt Polycarpum ac persuadent sibi, eum *Epistola ad Philippenses* eosdem haereticos ferire; alii autem existimant, quae de Gnosticis intelligantur, ea ad errores Simonis Magi spectare.

2) *Marcionitas*, Tertullianus Libris quinque *adv. Marcionem*, qui et *adv. Praxeam* et *Hermogenem* scripsit, et Auctor *Dialogi de orthodoxa fide*, s. περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως, aut *contra Marcionitas*, uti et inscribitur. Praefert Origenis nomen; nondum autem res explorata est, Origenem eius auctorem esse et quamvis inter antiquiores Scriptores *Basilius* et *Gregorius Nazianz.* id affirment ac recentiore aetate *Io. Rdph. Wetstenius*, qui primus librum hunc, annotationibus illustratum, gr. et lat. in lucem protulit, Basil. 1674. 4. ad idem probandum omnes ingenii vires adhibeat, plerique tamen et recte a sententia hac discedunt. *)

3) *Manichaeos*, Archelaus, qui disputationem cum Manete instituit, huiusque *Acta* ipse syro sermone litteris mandavit, postea latine reddita atque ex interpretatione hac ita edita, ut quae graeca apud Epiphanium habentur, ea adiungerentur. Ex-

*) Fabricius l. c. p. 225.

ſtant haec Acta in Zacagnii *Collectaneis Monumentorum vett. Eccl. gr. ac lat.* p. 1. Valesius in *Obſſ. eccleſ. in Socratem et Sozomenum* adiunxit quoque Archelai *Diſputationem adv. Manichaeum*, latine. Alexander Lycopolita libro πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας *adv. Manichaeorum placita*, a *Franc. Combeſiſio Biblioth. graecor. Patrum Auctar. noviſſ.* Part. II. p. 3. in lucem emiſſo. Didymus *Alexandr.*, cuius librum *adv. Manichaeos* itidem edidit *Combeſiſius* gr. et lat. iam *dict. Auctar.* II, 21. Eſt quoque Liber hic gr. et lat. in Canisii *Lection. antiq.* I, 204. edit. *Basnagii;* non integer autem iſte ad nos pervenit, aut praeter hunc, contra eosdem haereticos alium ſcripſit. *) Titus Boſtrenſis libris quatuor *contra Manichaeos*, ex quibus libri tertii maior pars et quartus totus intercidit; duo priores integri cum tertii initio primum latine tantum ex verſ. *Turriani* in Canisii *Lectionib. antiq.* Tom. V. et *Biblioth. Patr. Lugdun.* IV, 443.; poſtea etiam graece prodierunt in Canisii *Lection. antiq.* I, 59. edit. Basnagii, una cum Serapionis libro *adv. Manichaeos*, itidem graece et latine in Canisii *Lection. antiq.* excitato loco p. 43. dictae editionis. Fabius Marius Victorinus Afer, cuius exſtat liber ad Iuſtinum Manichaeum *contra duo principia Manichaeorum*, editus a Sirmondo *Opuſc. dogmat. veter.* Par. 1630. 8. Tom. I. et recuſus in eiusdem Oper. Tom. I. p. 409. et *Biblioth. Patr. Lugdun.* IV, 289. Augustinus, princeps inter eos, qui Manichaeis reſtiterunt, ac felix veritatis defenſor, quia ipſi dogmata adverſariorum accurate perſpecta fuerunt. Scripta, quae illis oppoſuit quaeve ad aetatem noſtram pervenerunt, ſunt: Liber unus *de utilitate credendi ad Ho-*

*) Colligitur hoc ex eo, quia a Damasceno in *Parallelis* quaedam ex Didymo *contra Manichaeos* adducuntur, quae in hoc opuſculo non ſunt.

noratum; Liber unus *de duabus animabus contra Manichaeos;* Liber unus, *Acta ſ. Diſputatio contra Fortunatum, Manichaei diſcipulum;* Liber unus *contra Adimantum, Manichaei diſcipulum;* Liber unus *contra Epiſtolam Manichaei, quam vocant, Fundamenti;* tres et triginta libri *contra Fauſtum Manichaeum;* Libri duo *de Actis cum Felice Manichaeo;* Liber unus *de natura Boni contra Manichaeos;* Liber unus *contra Secundinum Manichaeum.* Liber *de Fide contra Manichaeos* ac *Commonitorium de recipiendis Manichaeis, qui convertuntur*, Auguſtino quidem tribuuntur, perperam tamen, aliique ſcripta haec eſſe adulterina rectius iudicant. Enumeratis his Scriptoribus addendus eſt: Zacharias *Scholaſticus* ob *Diſputationem contra ea, quae de duobus Principiis a Manichaeo quodam ſcripta et proiecta in viam publicam reperit, Iuſtiniano Imp.*, ſcriptum breve unius paginae atque ex *Franc. Turriani* interpretatione latine editum in *Biblioth. Patr. Lugdun.* IX, 794. atque aliis. Canisii *Lection. antiquar.* I, 425. edit. *Basnagii.* Scriptores veteres contra Manichaeos recenſet quoque Fabricius *Biblioth. graec.* VII, 323.

4) *Novatianos*, Cyprianus in *Epiſtolis*, praecipue ad Cornelium et Antonianum ſcriptis: num autem et Auctor ſit Libri *ad Novatianum, quod ſpes veniae lapſis non ſit deneganda*, nec ne? de eo inter Eruditos diſſenſio eſt; Cornelius *Epiſtolis* cum ad Cyprianum, tum ad Fabium, Antiochenum Epiſc.; Dionysius Alex. *Ep. ad Novatianum de Schismate*, quae integra exſtat ap. Eusebium *Hiſtor. Eccl.* VI, 45.; Pacianus, cuius *tres Epiſtolae ad Sympronianum*, Novatianum, ab interitu ſe vindicarunt in *Biblioth. Patr. Lugdun.* IV, 305.; Ambrosius, qui duos libros *de Poenitentia*, contra Novatianos compoſitos, reliquit.

5) *Sabellianos*, Athanasius *Oratione contra gregales Sabellii*, quam tamen Athanaſio tribuendam eſſe, nonnulli dubitant; Basilius *Homilia XXVII. contra Sabellianos et Arium et Anomaeos*, ac *Epiſtola LXIV.* exarata ad Doctores Eccl. Neocaeſareenſis; inprimis Eusebius Caeſareenſis, cuius habentur libri duo *contra Marcellum* eiusque σύγγραμμα, quo pro Sabellianismo incautus propugnaverat. Primus eos ex mſpto Cod. recenſuit, latina interpretatione ac notis illuſtravit *Rich. Montacutius*, in extremo Euſebii librorum *de Demonſtratione evangelica*. Praeter hos, libros tres *de eccleſiaſtica Theologia* adv. eumdem Marcellum compoſuit, ad quos *Montacutius*, ut ad antea memoratos libros, operam ſuam contulit, quique itidem dictae *Demonſtrationi* additi ſunt.*) Nec tacere debemus de libro *adv. Sabellium*, ſ. potius de duabus Eusebii *Homiliis*, quae latine tantum lucem viderunt ſtudio *Iac. Sirmondi* in *Opuſc. XIV.*, quaeque Sirmondus *Tom. II. Varior. Opuſc.* Par. 1663. 8. iuris publici fecit. Translatae deinde ſunt in *Biblioth. Patr. Lugd.*. IV, 1. et Sirmondi *Oper.* Tom. I. Par. 1696. fol.

6) *Samoſatenianos*, Athanasius *Epiſtola de incarnatione Verbi Dei contra Paullum Samoſatenſem*, cuius autem auctoritas ſuſpecta eſt, quia putant nonnulli, eam non ab Athanaſio, ſed ab alio ſcriptam eſſe, qui perverſam Neſtorianorum doctrinam, cum Samoſateniana in re principali conſentientem, impugnare voluerit. Dubium quoque eſt, num huc referri debeat, nec ne, *Refutatio hypocriſeos Meletii et Euſebii Samoſatenſis de Conſubſtantialitate*, quae licet itidem Athanasii nomen prae ſe habeat, attamen diſputatur de illius auctore. Con-

---

*) Cf. R(ettberg) Scholae Clausthal. Rect., *in Euſebii contra Marcellum libros Obſſ. ſelectae*; in *Annal. litter. Helmſtad.* a. 1787. m. Mai. et Iun. et ſeparatim. Lipſ. 1787. 8.

tinet ea responsionem ad Epistolam, quam Meletius, Eusebius Samosatensis aliique Acaciani Ioviano Imp. tradiderunt ac significarunt, se τὸ ὁμοούσιον approbare ac doctrinam Nicaenam amplecti.

7) *Origenistas*, sive *Origenianos*, Augustinus libro *ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas*, ubi contra Origenistas copiosius, quam adversus Priscillianistas disputat atque inprimis istorum sententiam, poenam damnatorum non fore aeternam, refellit; Hieronymus *Epistolis* ad *Pammachium et Oceanum de erroribus Origenis;* ad *Pammachium adv. haereses Ioannis, Episc. Hierosolymitani; ad Theophilium adv.* eundem *Ioannem Hierosolymitanum;* item libris tribus *Apologiae adv. Rufinum;* nondum autem positum est supra omnem dubitationem, Origenem et sectatores eius iure haereticis annumerari, satisque constat, antiquiore pariter ac recentiore aetate de hac re multa in utramque partem disputata esse, ita vt quamvis alii Origenem graviorem errorum insimularent, alii tamen eum defenderent. *)

8) *Arianos*, Athanasius, quipraecipuum ac constans studium in profliganda haeresi Ariana posuit ac multa ingenii monumenta adversus istam reliquit: quinque nimirum *Orationes* s. Disputationes *contra Arianos*, quas solas ad Arianismum universum refellendum sufficere, Photius *Cod.* CXI. p. 315. pronuntiat; Commentationem in effatum: *Omnia mihi tradita sunt a Patre;* quatuor *Epistolas ad Serapionem*, quarum prima, tertia et quarta Spiritus S., secunda autem Filii divinitatem tuetur; de *Synodi Nicaenae contra haeresin arianam decre-*

---

*) Vid. I. Ge. Walch *Biblioth. theol.* III, 776. Matth. Iac. Norup *de Origenianis s. Origenistis.* Hafn. 1770. 4. Huetius in *Origenian. Lib. II.* Chr. W. Franc. Walch *Ketzergesch.* VII, 362.

tis; it. *Epiſtolam de ſententia Dionyſii Alex.;* aliam *Epiſtolam* eamque *ad Adelphium Epiſc. contra Arianos* ſcriptam et *ad Maximum Philoſophum;* Gregorius *Nazianz.*, qui itidem adverſus Arianos pugnavit, magis tamen oratorum, quam diſputatorum leges ſequutus, in *Oratione ad Arianos et de ſe ipſo* atque *Oratione in laudem Martyrum et adv. Arianos*, vel eius fragmento, niſi cum aliis ſtatuere velis, id reliquias eſſe orationis cuiusdem Chryſoſtomi; Basilius *Magnus*, cuius *Rationes ſyllogiſticae contra Arianos, quod Filius in divinis ſit Deus*, exſtant in Basnagii *Theſaur. monumentor. eccl. et hiſt.* I, 169. *) Cyrillus *Alex.*, inter cuius ſcripta polemica, huc ſpectantia, locum tenent: *Theſaurus de ſancta et conſubſtantiali Trinitate*, a nonnullis quidem in ſuſpicionem adulterini monumenti adductus, ab aliis autem Cyrillo vindicatus, **) ac *Dialogi novem*, ideo loco hoc memorandi, quia ſeptem eorum priores de *S. Trinitate* agunt, duo autem ultimi de *incarnatione Unigeniti et quod unus ſit Chriſtus;* Epiphanius, qui poſteritati tradidit *Ancoratum*, ancoram fidei ſ. *Epiſtolam reſponſoriam*, eaque praeſertim doctrinam de Trinitate expoſuit et divinitatem Chriſti contra Arianos, Spiritus S. autem contra Macedonianos ab iis, quae dicti adverſarii obiiciunt, defendit, ſimul tamen et aliis haereticis bellum indixit; Chrysostomus in ſex *Homiliis* περὶ ἀκαταλήπτου de *incomprehenſibili Dei natura*, contra Anomaeos. Ad Scriptores hos graecos *latini* adiungendi ſunt, qui itidem cum Arianis congreſſi ſeque veritatis vindices praebuerunt. In numero iſtorum ſunt: 1) Hilarii egregium opus de *Trinitate* in XII libros diviſum; Lib. de *Synodis;*

---

*) I. G. Werenberg D. de prudentia Baſilii M. in refutandis haereticis. Lipſ. 1724.

**) Cf. Raynaudum *Erotemat. de malis ac bonis libris*, Part. I. *Erotem.* 10. p. 134. et Petavium *Dogmat. theol.* V, 308.

s. de fide Orientalium, qui complectitur Expositiones Synodorum, maximam partem ab Arianis, aut Semiarianis contra aliter sentientes congregatarum; Lib. *contra Arianos*, l. Auxentium, s. Epistola ad Catholicos contra Arianos, quos maxime ex Scriptura S. simpliciter ac recte intellecta, profligat; 2) Phoebadii Lib. *contra Arianos*, quo Sirmiensem formulam, ad Gallos missam, diiudicat atque infringit. Exiit ille primum cum quibusdam aliis, cura *Theod. Bezae* ex offic. H. Stephani 1570. 8., deinde stud. *Pet. Pithoei*, Par. 1586. 4. atque a *Casp. Barthio* illustratus, Frcf. 1623. 8.: est etiam in *Biblioth. PP. Lugdun.* IV, 300. 3) Augustini liber unus *contra sermonem Arianorum; Collatio cum Maximino, Arianorum Episc.*; Libb. II contra eumdem *Maximinum* ac Libb. XV de *Trinitate*, quae omnia monumenta vel eo nomine laudanda sunt, quoniam in illis Augustinus adversarios per vim Scripturae S. ita repellit, ut rectam rationem, interpretandi istam, sequatur; 4) Ambrosii Libb. V *de Fide ad Gratianum Aug.*, quibus accurate ac diligenter de Trinitate contra Arianos disputat, ac Lib. unus *de incarnationis dominicae Sacramento*, ubi praecipue Arianos atque Apollinaristas perstringit; *Tractatus* autem *de Filii Dei divinitate* s. *de fide orthodoxa contra Arianos* ipsi perperam tribuitur. Cf. M. C. V Michelsen *De Ambrosio, fidei catholicae adv. Arianos vindice.* Havn. 1825. 8.; 5) Hieronymi *Epistolae*, quas ad *Damasum*, Praesulem Rom., et ad *Marcum* Presb. contra Arianos scripsit; 6) Fabii Marii Victorini Libb. IV *de sanctissima Trinitate adv. Candidum Arianum*, qui dialectico more valde obscuri notantur;*) Lib. *de generatione Verbi divini* adv. eumdem Candidum, quem una cum Candidi Epi-

*) Primum prodierunt Basil. 1538., deinde translati sunt in *Bibliothecas Patrum Lugdun.* IV, 253. atque alias; etiam in *Orthodoxographa* et Heroldi *Haeresiologiam*.

ſtola de hoc argumento primus edidit *Iac. Zieglerus* c. ſuis in *Geneſin et Exodum Commentariis* Baſil. 1548. fol., deinde c. aliis Victorini Petavionenſis Reliquiis Andr. Rivinus Lipſ. 1652. 8.; item *Hymni tres*, c. Commentatione *de Homouſio recipiendo*, in *Biblioth. Patrum Lugdun*: IV, 294.; 7) Faustini Opuſc. *de Trinitate* ſ. *de Fide contra Arianos*, ſeptem Libris ſ. potius Capitibus conſtans ac primum a *Iac. Sirmondo* ſub *Fauſtini* nomine editum Par. 1650. 8., poſtea c. notis Oxon. 1678. 8., et in Bibl. Lugd. Tom. V. p. 637.; 8) Vigilii Tapſenſis *Altercatio ſub nomine Athanaſii adv. Arium* ſ. Dialogi II in Concilio Nicaeno inter Athanaſium et Arium habiti, Probo iudice, quibuscum in plerisque conveniunt *Dialogi ſ. Altercationes III* ab Athanaſio contra Arium, Sabellium et Photinum coram Probo iudice inſtitutae; Libb. XII *de Trinitate ſ. de unita Trinitate Deitatis contra Maribadum Arianum*; Lib. *de unitate Trinitatis ad Optatum*, ſ. *Dialogus inter Auguſtinum et Felicianum Arianum*, qui et inter Auguſtini ſcripta referri ſolet; Libb. III *de Trinitate adv. Varimadum*, ſ. transpoſitis litteris Marivadum, ſectae Arianae Diaconum, ſub nomine Idacii Clari a Vigilio editi; Lib. *contra Palladium, Arianum Epiſc.*; *) 9) Cerealis Libellus *Concertationis de fide Trinitatis contra Maximinum*, Arianum Epiſc.; **) 10) Alcimi Ecdicii Aviti *Collatio eius aliorumque coram rege Gundobaldo adv. Arianos*, quae Alcimo adſcribitur, quia eius fuerint praecipuae et pene ſolae in hac collectione diſputandi partes; 11) Fulgentii Lib. *adv. Arianos*, qui ad decem horum adverſariorum argumenta, maxime barbara atque obſcura, totidem reſponſiones complectitur.

---

*) Habentur Opera haec *Biblioth. Patrum Lugdun.* VIII, 743. quae et notis ac diſſertationibus illuſtrata *Petr. Franc. Chifſletius* Divion. 1604. 4. edidit.

**) *Biblioth. Patrum Lugdun.* VIII, 671. et alibi, de quibus editionibus videatur Hyde *Catalog. Bibl. Bodlei.* I, 153.

9) *Eunomianos*, Basilius *Magnus* in *Antirrhetico adv. impium Eunomium* (Ἀντιῤῥητικὸς τοῦ Ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου)*), in quinque libros diviſo, quorum tres priores maiore accuratione atque induſtria ſcripti ſunt, quam duo reliqui, fortaſſe ea ex cauſſa, quia auctori animus fuit, his iſtos ſupplere ac perfectiores reddere. Ex hac ſaltem diſſimilitudine non eſt, quod cum nonnullis coniecturam faciamus, hos poſteriores libros a Baſilio haud profectos eſſe. Ad ſcriptum hoc Baſilii impugnandum quum Eunomius Ἀπολογίας ἀπολογίαν in lucem edidiſſet, Baſilius autem vitam commutaſſet cum morte, certamen ſuſcepit Gregorius *Nyſſ.* in *Orationibus* ſ. *Libb. XIII contra Eunomium*, quos Λόγους ἀντιῤῥητικοὺς appellat. Praeter alios, quorum tamen libros iniuria temporis nobis abſtulit, Eunomianam haereſin profligavit Gregorius *Nazianz.* in quinque aut quatuor, ſi prima pro praefatione habeatur, *Orationibus de Theologia*, quibus contra Eunomianos et Macedonianos diſputat. **)

10) *Macedonianos*, Athanasius, inter cuius ſcripta, ad nos delata, locum tenent *Epiſtolae IV* ad *Serapionem*, quarum prima, tertia et quarta vindicias divinitatis Spiritus S. nobis exhibent. *Dialogos duos contra Macedonianos*, qui et Athanaſii nomen praeferunt, monumentum eius eſſe haud germanum, eruditi Viri argumentis, non contemnendis, probant.***) Athanaſio adiungi debet Basilius ob librum de *Spiritu S. ad Amphilochium*, Macedonianis op-

---

*) Fabricius *Bibl. gr.* IX, 211.

**) Scriptores veteres contra Eunomianam haereſin enarrant: Fabricius *Biblioth. graec.* IX, 208. et Vootius *Biblioth. hiſtor. haereſiolog.* I, 3, 505. Cf. C. Ullmann *Gregorius v. Nazianz* p. 314. De *Eunomio* ipſo leg. C. R. W. Klose *Geſch. u. Lehre d. Eunomius.* Kil. 1833. 8. (8 gr.)

***) Athanasii *Fragm. contra Macedonianos* edidit Montfauconius *Collect. nov. Patrum* I, 102.

positum. Ad quem scriptus is est, AMPHILOCHIUS ipse in certamen cum hostibus his veritatis caelestis venit, ac quamvis liber illius de *Spiritu S., quod Deus et quod adorandus quodque omnipotens sit*, perierit, ab interitu tamen vindicavit se Eiusdem *Epistola synodica*, qua pro Spiritus S. divinitate contra Pneumatomachos propugnat, in COTELERII *Monumentor. Eccl. graec.* II, 99. Nec pratermittendi sunt DIDYMUS Alex., quoniam librum scripsit de *Spiritu S.*, cuius latina interpretatio, auctore Hieronymo, exstat*) et PASCHASIUS *Diac.* qui memoriam nominis sui consecravit duobus libris de *Spiritu S. contra Macedonium*, Colon. 1530. 8. Helmst. 1612.**)

11) *Priscillianistas*, AUGUSTINUS libro *ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas*, quo Priscillianistas breviter perstringit, ea de caussa, quia quum Manichaeos refutasset, iam quaedam istorum dogmata impugnaverat, ac OROSIUS *Commonitorio, s. Consultatione ad S. Augustinum de errore Priscillianistarum et Origenistarum.*

12) *Apollinaristas*, ATHANASIUS Commentationibus *de incarnatione Christi* ac de *salutari adventu I. Chr.* contra Apollinarium, et *de humana natura suscepta ab unigenito Verbo*, contra Arianos et Apollinarium; GREGORIUS *Nazianz.* duabus *Orationibus* s. *Epistolis ad Cledonium Presb. adv. Apollinarium*, ac qui prae aliis operam in haereticis his confutandis posuit, GREGORIUS *Nyss.* Reliquit librum *contra Apollinarium ad Theophilum*, Episc. Alex.,***) et *Antirrheticum adv. Apollinarium*, pri-

---

*) Liber hic inter HIERONYMI *Opera* et in *Bibliothecis Patrum* saepius editus est, in tres libros divisus, contra Auctoris et Hieronymi mentem.

**) De Scriptoribus antiquis contra Macedonianorum haeresin exponit VOGTIUS *Biblioth. histor. haeresiolog.* I, 1, 196.

***) Prodiit gr. cura *Hoeschelii*, Lugd. Bat. 1593. 8. cum aliis Nysseni Opusculis; lat. ex interpretatione cum *Ducaei*, Ingolst. 1590. 8., tum *Turriani* in CANISII *Lect. antiquar.* I, 90.

mum a *Laur. Alex. Zacagnio* cum verſione ac notis in lucem productum *Collectan. Monumentor. veter. Eccl. graec. et latin.* p. 123. Quibus libris quamvis Gregorius hic accurate diligenterque adverſus Apollinarem diſputet, ea tamen loquendi ratione utitur, quae illum facile in ſuſpicionem non catholicae doctrinae adducere poteſt, quando praeter alia, hypoſtaticam divinae et humanae naturae in Chriſto unitionem appellat *mixtionem*, *commixtionem*, *temporationem*, dum de utriusque naturae coniunctione diſſerit, humanam a divina ita aſſumtam eſſe, pronuntiat, ut ab huius immenſitate illam abſorptam, abolitam atque exſtinctam fuiſſe, affirmare videatur. Sed haec atque alia, durius dicta, mitiorem admittere interpretationem, paullo ante memoratus *Zacagnius Praef. Collectaneor.* §. 20 ſqq. putat atque eximium hunc Eccleſiae graecae Doctorem a ſuſpicione erroris, in quem Eutyches poſtea incidit, liberare annititur. Nec omittendae ſunt Damasi *Epiſtolae II* contra Apollinarem eiusque ſectatores; Io. Chrysostomi celebris *Epiſt. ad Caeſarium Monachum*, qua Apollinariſtarum ſententiae itidem profligatae ſunt, *) et Leontii *Byzantini*, Liber adverſus fraudes Apollinariſtarum, quae habetur Canisii *Lect. antiquar.* I, 600. edit. Basnagii et *Biblioth. Patr. Lugd.* IX, 707. Addendae eſſent Basilii duae *Epiſtolae ad Apollinarium*, editae in Cotelerii *Monumentor.* II, 84., niſi conſtaret, eas ab Arianis, vel Apollinariſtis confictas eſſe. Scriptorum veterum, quae haereſi Apollinaris oppoſita ſunt, uberiorem notitiam ſuppeditat Vogtius *Biblioth. hiſtor. haereſeolog.* I, 1, p. 85 ſqq.

*) Exſtat Epiſtola haec latine tantum. Interpretationem hanc cum fragmentis graecis, praeter alios, edidit Basnagius Trai. ad Rhen. 1687. 8. ac poſtea litteris iterum deſcribendam curavit in Canisii *Lection. antiquar.* I, 233. cum Marpeii et Harduini annotationibus. Quae illius fata fuerint, Pfaffius *Diſſert. antirogerian.* p. 17. et Kappius *Diſſert. de Chryſoſtomi Ep. ad Caeſarium monachum* enarrant.

13) *Donatiſtas*, Optatus *Mileuitanus*, cuius exſtat opus *de Schismate Donatiſtarum*, quod ſeptem quidem libris conſtat, ſeptimum autem eiusdem auctoris eſſe, docti Viri dubitant, quoniam non ſolum iſte ſtilo ac quibusdam dogmatibus a reliquis diſcrepet, ſed etiam Hieronymus de *Scriptor. eccleſ.* p. 110. teſtetur, Optatum ſex libros contra Parmenianum, ſectae Donatiſtarum apud Carthaginem Epiſc., ſcripſiſſe, et ipſe Optatus hoc innuat, nec plures prima complectatur editio. Unde facta eſt coniectura, ſeptimum librum poſt ſex priores ab Optato compoſitum, aut ab alio in lucem emiſſum eſſe. Saepius libri hi prodierunt ac notis *Balduini, Barthii, Caſauboni, Albaſpinaei, Dupinii* ornati ſunt. Poſt Optatum Augustinus ſingulare ſtudium, Donatiſtarum commenta oppugnandi, monſtravit hancque in rem multos ingenii fetus excluſit, quorum alii perierunt, alii conſervati ſunt. In his locum habent *Pſalmus contra partem Donati*, ordine litterarum diſpoſitus; Libb. III *contra Epiſtolam Parmeniani;* Libb. VII *de Baptiſmo contra Donatiſtas;* Libb. III *contra litteras Petiliani*, quorum primo partem Epiſtolae Petiliani, quum integram nactus nondum fuiſſet, et ſecundo integram Petiliani Epiſtolam adiecit ac confutavit; tertio autem quae *Petilianus* libro primo oppoſuerat, profligavit; Libb. IV contra *Cresconium* Grammaticum Donatiſtam; *de unico Baptismo contra Petilianum; Breviculus collationis cum Donatiſtis;* Lib. unus *poſt collationem ad Donatiſtas; Sermo ad Caeſareenſis Eccleſiae plebem, Emerito praeſente, dictus;* Lib. unus *de geſtis cum Emerito;* Libb. II *contra Gaudentium, Donatiſtam Epiſc. De Epiſtola ad Catholicos contra Donatiſtas, vulgo de Unitate Eccleſiae libro* ac de *Sermone de Ruſticiano Subdiacono, a Donatiſtis rebaptizato et in Diaconum ordinato,* dubitant eruditi Viri, Auguſtino ſcripta haec iure tribuenda eſſe; li-

brum autem *contra Fulgentium Donatistam* in monumentis adulterinis numerandum esse, pro certo affirmant. *)

14) *Anthropomorphitas*, CYRILLUS *Alex.* libro *contra Anthropomorphitas*, quem *Bonav. Vulcanius* primus gr. et lat. c. annott. vulgavit, Lugd. Bat. 1605. 4.

15) *Iovinianos*, HIERONYMUS libris duobus *de virginitate adv. Iovinianum; Apologia adv. eumdem Iovinianum ad Pammachium; adv. defensorem Ioviniani ad Domnionem.*

16) *Helvidianos*, HIERONYMUS libro *de perpetua virginitate adv. Helvidium.*

17) *Luciferianos*, itidem HIERONYMUS *Dial. adv. Luciferianos* s. *Altercatione Luciferiani et Orthodoxi.*

18) *Pelagianos*, HIEROMYMUS *Ep. ad Ctesiphontem adv. Pelagium*, qua a Ctesiphonte consultus de quaestione: *Utrum peccatorum radicem ita quisquam valeat evellere, ut reliquiae nullae supersint?* eo modo respondet, ut simul praecipuas Pelagii opiniones reprehendat, ac *Dialogo adv. Pelagianos*, qui tribus constat libris, quove Hieronymus ita disserit, ut fictis nominibus utatur et sub *Attici* nomine sectatorem verae doctrinae, *Critobuli* autem haereticum eumque Pelagianum loquentem sistat. Idem celeberrimus Doctor in *Praefationibus ad libros Commentariorum in Ieremiam* Pelagianos perstringit, sine tamen eorum nomine, ne Pelagium, virum magnae auctoritatis, laederet atque ita facilius mentem eius ad veritatem amplectendam adduceret. Praeter eum, AUGUSTINUS sectae huic for-

*) Cf. ITTIGII *Hist. schismatis Donatistarum*, quae est in Eiusdem *Heptad. Dissertationum*, subiuncta *Appendici dissertationis de haeresiarchis aevi apostolici* p. 321 sqq.

titer ac magno animo restitit. Abunde comprobant hoc scripta, quae illius impugnandae caussa singulari industria composuit, uti: Libb. III *de pecatorum meritis et remissione et de Baptismo parvulorum ad Marcellinum; Lib. de gratia N. T.*, qui inter *Epistolas* eius locum tenet; Lib. de *spiritu et littera*, quo itidem gratiam divinam ab adversariorum impetu strenue defendit. Quemadmodum scriptis his dimicavit cum Pelagianis, ita Pelagium ipsum aggressus est libro de *natura et gratia contra Pelagium ad Timasium et Iacobum.* Praeterea autem in certamine hoc alia ingenii sui monumenta statuit, in quorum numero sunt Lib. s. Epistola de *perfectione iustitiae hominis;* Lib. de *gestis Pelagii ad Aurelium*, quo acta Synodi Diospolitanae in Palestina, ob Pelagii caussam congregatae, refert; Libb. II de *gratia Christi et de peccato originali ad Albinam, Pinianum et Melaniam;* Libb. II de *nuptiis et de concupiscentia ad Valerium Comitem*, quorum priori Pelagianorum calumniam, ac si quis, peccatum originale asserendo, nuptias damnaret, repellit; posteriori autem istum contra Iulianum defendit; Libb. IV de *anima eiusque origine,* quibus pro sua sententia, se nescire, num animae humanae ex parentibus propagentur, an sine ulla propagatione singulae singulis dentur, pugnat; Libb. IV *contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Rom. Eccl. Episcopum;* Libb. VI *contra Iulianum, haeresis Pelagianae defensorem,* eiusque quatuor libros, contra Augustini librum priorem de *nuptiis et concupiscentia* scriptos, ex quorum primo quum adhuc quaedam tantum excerpta nactus fuisset ac libro posteriori de *nuptiis et concupiscentia* confutasset; nunc autem ipsi integri operis copia facta esset, disquisitionem illius non solum suscepit, sed etiam postquam contra hos Augustini libros *octo* novos *libros* Iulianus ediderat, Augustinus et ad hos refellendos se contulit, morte autem

impeditus, opus haud abſolvere potuit et tantum *ſex libros* reliquit. Habentur praeterea Auguſtini *Sermones et Epiſtolae,* quibus itidem contra Pelagianos disputatur, *Sermo* videlicet *habitus in Baſilica Maiorum de Baptismo parvulorum contra Pelagianos,* alius de *verbis Evangelii Ioann. VI.,* niſi manducaveritis carnem, *deque verbis Apoſtoli et Pſalmorum contra Pelagianos;* ex Epiſtolis autem huc ſpectat, quae ſecundum recentiorem ordinem CLVII. numeratur *) et quum nonnulli apud Adrumetum, Africae civitatem, Monachi omnia ad gratiam divinam referendo, hominis libertatem tollerent, oppoſuit ſe illis Auguſtinus duabus commentationibus, quarum altera de *gratia et libero arbitrio ad Valentinum et cum illo ad Monachos Adrumetinos,* altera de *correptione et gratia* ad eosdem exponit. Denique Scriptoribus, qui in certamen contra Pelagianos venerunt, annumerandus eſt Orosius ob *Apologeticum contra Pelagianos de arbitri voluntate.* **)

19) *Semipelagianos,* Prosper *Aurelian. Epiſtola ad Auguſtinum de reliquiis Pelagianae haereſeos in Gallia ſoboleſcentibus; alia ad Rufinum de gratia et libero arbitrio, item Libro contra collatorem* pro Auguſtino; *Reſponſionibus ad capitula calumniantium Gallorum,* itidem pro Auguſtino; *Reſponſionibus ad capitula obiectionum Vincentianarum,* pro eiusdem doctrina; *Reſponſionibus ad excerpta, quae de Genuenſi civitate ſunt miſſa,* pro Auguſtino; *Carmine de ingratis,* per quos Pelagianos et Semipelagianos, tamquam homines erga Deum eiusque

*) De Augustini ſcriptis, contra Pelagianos editis, Vossius *Hiſtor. Pelag.* Lib. I. Cap. 13 ſqq. p. 570. diſſeruit.

**) Cf. Garnerium *Diſſert. de Scriptis adv. haereſin Pelagianam,* quae inter *Diſſertationes* eius, *ad haereſin Pelagianam pertinentes,* ſexta eſt, *Operum Auguſtini* XII, 234. edit. Antverp.

gratiam ingratos intelligit; Hilarius Arelatensis *Epistola ad Augustinum*, quae locum tenet inter Augustinianas litteras; Auctor operis, quod inscribitur *de Vocatione omnium gentium* et ab aliis Ambrosio, ab aliis Prospero Aquitano, a quibusdam Hilario Arelatensi, a nonnullis Prospero Aurelianensi, vel Leoni M. tribuitur.

20) *Nestorianos*, ex Graecis confutarunt: Proclus *Laudatione in sanctissimam Dei genetricem Mariam;* alia Homilia de *incarnatione Domini nostri I. Chr.* et Epistola de *Fide ad Armeniae Presbb. et Archimandritas*, qua refellit Nestorii et Theodori Mopsvestani sententias; Theodori autem nullam mentionem fecit, ne Armenos, quibus cara erat eius memoria, offenderet; *) Cyrillus *Alex.*, qui magno studio contra Nestorium pugnavit ac scripsit Libb. V *adv. Nestorii blasphemias contradictionum; Explanationem XII Capitulorum* s. Anathematismorum, adv. Nestorium in Synodo Ephesina compositam; *Apologeticum pro XII capitulis*, contra Orientis Episcopos; *adv. impugnationem XII Capitulorum, a Theodoreto editam* **) et *Apologeticum* ad Imp. Theodosium. Num autem Cyrillus mentem Nestorii recte sit assequutus ac proposuerit, nec ne? de eo disputatur; Theodotus Ancyranus Homilia *contra Nestorium* ***) et Libro *adv. Nestorium* s *Nestorii ex Scriptura et Fide Concilii Nicaeni confutatio.* †) Ioan-

*) Procli Scripta gr. et lat. edidit *Elmenhorstius*, Lugd. Bat. 1617. 8. plura *Riccardus* Rom. 1630. 4. Homilias c. nova versione ac notis *Combefisius Auctar. nov. Biblioth. PP.* Tom. I. Latine ista exstant *Bibl. Patr. Lugd.* VI, 589.

**) Theodoretus Nestorium defendit in *Reprehensione XII Capp. s. Anathematismorum Cyrilli* atque aliis scriptis.

***) Legenda est in Collectione Conciliorum Harduini, gr. et lat. I, 1668.

†) Ita librum hunc *Combefisius* inscripsit eumque c. notis versione atque annott. in lucem emisit Par. 1675. 8, antea autem ille prodiit studio *Franc.* Card. *Barberini*, Rom. 1669. 8.

nes Maxentius *Capitulis s. Anathematismis contra Nestorianos;* Libris duobus *Dialogorum contra Nestorianos* ad Theophilum; Leontius *Byzant.* Libris tribus *contra Eutychianos et Nestorianos,* quorum latina tantum interpretatio habetur. Ex latinis Scriptoribus accedunt: Marius Mercator, qui varia ingenii monumenta, haeresi Nestorianae opposita, reliquit: *Comparationem* videlicet *dogmatum Paulli Samosateni et Nestorii* s., ut alii commentationem hanc inscribunt, *Epistolam de discrimine inter haeresin Nestorii et dogmata Paulli Samosateni, Ebionis, Photini et Marcelli;* item *Contradictiones adv. anathematismos Nestorii* s. *Nestorii anathematismos duodecim totidem anathematismis Cyrilli oppositos, a Mario latine versos, addita singulis refutatione s. contradictione; Praefationem in varios Nestorii sermones, latine a se versos;* Io. Cassianus, memorandus ob Libros septem de *incarnatione Christi,* contra Nestorium, quos a Leone, ea aetate Romanorum Sacrorum Archidiacono, rogatus scripsit, commentariis autem *Alard. Gazaeus* illustravit; Prosper Aquitanus, cuius exstat *Elegia,* inscripta: *Epitaphium Nestorianae et Pelagianae haereseos* in nova *Operum* eius editione, Par. 1711. fol. p. 198; Capreolus Episc. Carthag., in *Ep. de una Christi, veri Dei et hominis, persona,* contra Nestorium, ad Vitalem et Constantinum, Hispanos, exarata et edita a Sirmondo Tom. I. *Varior. Opuscul.* Par. 1675 8. et translata in Eiusdem *Operum* I, 361.; Faustus Regensis, cuius habetur libellus s. *Epistola* adv. Nestorii errorem, ad Gratum Diac. *); Gelasius, Pontifex Rom., qui inter generis huius auctores locum sibi fecit libro de *duabus in Christo*

*) Primum in lucem exiit cura *Petr. Pithoei* 1586. ac cum aliis auctoris scriptis recusa in *Biblioth. Patr. Lugd.* Tom. VIII. p. 523 sqq.

naturis, contra Eutychen et Nestorium, saepius edito; *) Vigilius *Taps.*, cuius Libb. *adv. Nestorium, et Eutychen*, pro defensione Concilii Chalcedonensis, ad nos pervenerunt, nec solum coniunctim cum aliis scriptis, sed et separatim exierunt: **) Boethius libro *de duabus naturis et una persona Christi*, ad id quoque comparato, ut Eutychis ac Nestorii prava doctrina impugnaretur; Facundus Hermianensis, qui scripsit Libb. XII *pro defensione trium Capitulorum Concilii Chalcedonensis*, ad Iustinianum Imp. ***); Liberatus, qui historiam controversiarum Nestorianae et Eutychianae litteris mandavit, sub titulo *Breviarii* eamque ita enarravit, ut se simul defensorem dogmaticum Ecclesiae catholicae praeberet. †)

21) *Eutychianos*, plerique eorum, qui contra Nestorium scripserunt, praeter hos autem, Leo Magnus *Sermone* s. *Tractatu contra Eutychis haeresin*; Petr. Chrysologus *Ep. ad Eutychen Archimandritam*, qua eum annisus est ad id adducere, ut liberaret se ab errore ac veram doctrinam amplecteretur, addita *Gregorii Thaumaturgi Operibus*, *a Ger. Vossio*, Mogunt. 1603. editis p. 205.; Ru-

---

*) In Sichardi *Antidoto adv. haereses;* Heroldi *Haereseologia;* Simleri Scriptis veteribus latinis de *una Persona et duabus naturis Christi* et in *Biblioth. Patrum.*

**) Primum prodierunt Tigur. 1539. 8., deinde in Heroldi *Haereseologia;* Simleri *Collectione*, in *Biblioth. Patrum* ac denique in Vigilii *Operibus*, a *Chifletio* editis.

***) Iuris publici facti atque illustrati sunt a *Sirmondo*, Par. 1629. 8. ac litteris iterum descripti in eiusdem *Operibus* Tom. II., praeterea autem cura *Priorii* ad extremum *Optati* Par 1675. fol. ac *Biblioth. Patr. Lugd.* X, 1. Facundi *Epistolam pro defensione trium Capitulorum* in lucem produxit Dacherius *Spicileg.* III, 307. edit. *de la Barre.*

†) Historiam hanc, notis illustratam, edidit *Garnerius*, Par. 1675. Scriptores vett. de Nestorio eiusque haeresi percenset Fabricius *Biblioth. graec.* X, 538.

sticus Diac. *Disputatione adv. Acephalos* *); Eustathius Berytensis, *Apologia pro tomo Leonis Rom.* ad Timotheum Aelurum; Leontius *Byzant.*, cuius *Dubitationes hypotheticae et definitiones contra eos, qui negant, esse in Christo post unionem duas veras naturas*, ex interpret. *Franc. Turriani* latine ad nos pervenerunt. **)

§. 105.

Patrum Ecclesiae theologia polemica eam rationem prae se habet, ut in illa alia sint laudanda, alia autem reprehendenda. Monumenta eorum Adversariis opposita et ad nos delata, afferre nobis multum utilitatis, si illa quidem rite atque accurate legantur atque intelligantur, quisque fatebitur, qui in istis versatus est. Praebent ea lucem in rebus, quae vel ad Scripturam eiusque interpretationem, vel ad dogmata, vel ad historiam, maxime ecclesiasticam, vel ad aliam doctrinae sanctioris disciplinam pertinent. Nec tamen negandum est, a Patribus Ecclesiae in controversiis ea dicta ac scripta esse, quae omnino vitiosa sunt, sive illi hostium errores refellant, sive dogmatum veritatem probare debeant.

Engelstoft l. c. p. 141 sq. de Hieronymo: „*In cunctis operibus suis, ad Haereticos impugnandos compositis, veritatem unice ex orthodoxia ecclesiastica metitur, surdus ad omnia argumenta eorum, qui ultra sapere auderent; hinc pertinacia, ne latum quidem unguem cedere docta, opiniones Ecclesiae et suas propugnat, nec secus urget, ac si totidem essent*

*) Exstat in Sichardi *Antidoto contra Haereses* p. 246. Heroldi *Haereseologia* p. 707. Simleri *Scriptis veterum latinis adv. Nestorium, Eutychen et Acephalos* p. 140. et *Biblioth. Patr. Lugd.* X, 349.

**) Quae §. 104. leguntur ex sua *Biblioth. theol. select.* I, 580 sqq. huc transtulit I. Ge. Walchius.

Christianismi fundamenta; parum vero ei est, ut opiniones suas obstinatione vinci nescia defendat, nisi, ut fit, secus sentientem non aliter ac hostem infestissimum inimica quavis ratione vexaverit, ad silentium compulerit, plane confecerit. Nolo, inquit in Ep. 48. ad Pammach., tale certamen adeas, in quo tantum te protegas, et, torpente dextra, sinistra clypeum circumferas; aut feriendum tibi est, aut cadendum; non possum te aestimare victorem, nisi adversarium video trucidatum. Hinc nil aeque, nil ingenue, nil moderate disputat, sed incredibili animi impatentia et furore abreptus, id unice agit, ut prostrato arte quacunque adversario, victoriam reportet. Non igitur mirum, firmorum perspicuorumque argumentorum locum occupare turbidam verborum profusionem, inania declamationum flumina, ingenii lusus, risum, poenitentiae monita, ratiocinia ieiuna; non mirum, eum non dedignari captiosas et sophisticas disputandi argutias, ut adversarios subdola ratione irretitos ad incitas redigat, verba eorum pro lubitu detorquere, falso et odiose argumentari, S. Scripturam pro re nata aliter atque aliter distinguere et interpretari, et, Ciceronem imitatum, non tam id quaerere, quod verum esset, quam quod nunc causae interesset verum videri. Mirum potius hoc, eum lubricae huius et dolosae disputandi rationis adeo non pudere, ut aperte fateatur, et in se probet eiusmodi artificiorum dialecticorum usum, eundemque non tantum Rhetorum gentilium et antiquorum Doctorum christianorum, sed ipsius quoque Pauli auctoritate defendat. Paulum, scribit Ep. laudat. ad Pammachum, Paulum Apostolum proferam, quem quotiescunque lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua. Legite Epistolas eius, et maxime ad Romanos,

ad Galatas, et ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est, et videbitis, eum in testimoniis, quae sumit de V. T., quam artifex, quam prudens sit dissimulator eius, quod agit — haeret in causa, capit omne, quod tetigerit; tergum vertit, ut superet, fugam simulat, ut occidat. Modus ac ratio artem polemicam adversus Haereticos exercendi, qualem hic ad Hieronymi imaginem descriptum legimus, si non omnibus, pluribus certo, si non omnino, pro parte certe et aliis Ecclesiae Patribus fuit communis.

In caussis autem naevorum, quos in disputantibus adversus Haereticos Patribus ecclesiasticis deprehendimus, locum habent:

Ignorantia linguarum orientalium; artis bene cogitandi recteque atque accurate ratiocinandi; aliarum rerum, quibus ut interpres Codicis sacri instructus sit, necesse est. Ad caussas has accedebant aliae. Dogmata religionis Christianae, pro quibus pugnandum erat, Patres hi nec distincte atque ordinate, nec accurate semper tradiderunt; plus, quam decet, imitati sunt oratores, debitam moderationem nonnumquam neglexerunt.

Inprimis memorandum est, fuisse inter antiquiores Ecclesiae Doctores, qui novam rationem disputandi ac quum controversiae natae essent, contra adversarios feliciter pugnandi, invenisse sibi persuaderent eamque adhiberent. Spectabat illa ad methodum, hostibus *praescriptionem* ac *traditionem* opponendi ac per utramque dogmatis veritatem probandi. Haecque est methodus, quae postea Praesulis Rom. affectatoribus multum se commendavit, a lutheranis autem atque a reformatis Theologis docte firmeque confutata est.

Inter eos, qui de nova contra Haereticos disputandi ratione cogitarunt, locum sibi fecit Ter-

tullianus libro de *Praescriptionibus contra Haereticos*, quo novum modum, Haereticos profligandi, iniisse ac laudasse videtur. Vooabulo enim *Praescriptionis* talem significandi vim tribuit, qualis in Scholis Iure Consultorum usitata est, quumque per illud eam bonorum possessionem intelligit, quae longiori temporis spatio se tuetur, Haereticis antiquitatem verae doctrinae opponit atque ex eo, quod illi nova dogmata tradant, conficit, haec falsa esse atque erronea. Quem argumentandi modum non plane rectum atque accuratum esse, iam dudum denotatum est. Idque et res ipsa monstrat. Non eadem ratio est veritatis, ac bonorum, quorum homines domini sunt, et quamvis veritatem, in se spectatam, errore antiquiorem esse, constet; contingere tamen potest, ut quis per longius tempus, per quod erroneum dogma approbavit, se aliquando veritatem habuisse, ignoret. Adiungendus est Vincentius *Lerinensis* ob *Commonitoria duo pro catholicae fidei antiquitate et universalitate adv. profanas omnium haereseon novationes*, liber, in quo Vincentius commendat traditionem Ecclesiae catholicae, veluti certissimam controversiarum normam et, ut persuadet sibi, optimam rationem, Haereticos refellendi. Quocirca non mirum est, quod liber hic apud Pontificis Rom. affectatores in magno sit honore atque existimatione summisque laudibus in caelum efferatur. At vero traditiones minime rectam certam facilemque viam monstrare ad lites decidendas, imo cum variis iisque maximis difficultaribus coniunctas esse, adeo ut ubi pedem tuto ponere liceat, in illis haud inveniatur, iam dudum Doctores nostri ostenderunt atque in Vincentium censoriam animadversionem merito adhibuerunt. Qua et ideo dignus declarari debet, quia perversa caussa se ad opusculum hoc scribendum adduci passus est, favore videlicet erga Semipelagianos et odio

in Augustinum, quemadmodum docti Viri *) probarunt.

Quae Tertullianus de methodo Praescriptionis, contra Haereticos adhibenda, commentatus est, ea non malo consilio scripsit ac quamvis nonnulla hac in re ab isto tradita sint, in se haud probanda, mitiorem tamen interpretationem admittunt ac Tertullianus ipse, qui excusetur, dignus est. Haereticorum caussa Praescriptionem commendavit, non absolute, sed quodam modo et ipse divinam auctoritatem sacrarum litterarum agnovit ac professus est. Pluribus argumentum hoc maxime contra Pontificios enarrarunt docti Viri, ex quibus praeter alios legendi sunt: Io. HÜLSEMANNUS *Disput. de Praescriptione, an opinio quaedam mentis de dogmatibus theologicis, finito temporis tractu, possit praescribi;* GE. CALIXTUS *Digressione de arte nova.* Helmst. 1634. 4.; Io. CONR. DANNHAUERUS *Polemosophia sacr.* Argent. 1648. 8. p. 302.; PET. HABERKORNIUS *Disputationibus anti-Walenburchianis;* Io. ANDR. SCHMIDIUS *Breviario theologiae polemicae, Specimen Controvers. general. cum Pontificiis, exhibent.* Helmst. 1718. 8. p. 4.; CHR. FEUSTELIUS *Miscellan. sacris et eruditis* p. 208.; Io. FRANC. BUDDEUS *Isagog. ad univers. theolog.* p. 866. et prae caeteris I. F. COTTA D. *de methodo Praescriptionis ad dogmata resque sacras applicata.* Tubing. 1761. 4.: ex Reformatis autem inprimis FR. SPANHEMIUS *Exercit. de rebus fidei adv. novos methodistas Pontificios, Oper.* III, 1079.

*) VOSSIUS *Hist. Pelagian.* Lib. I. Cap. 10. IANSENIUS *de haeresi Pelagian.* Cap. 17. RIVETUS *Crit. sacr.* Lib. IV. Cap. 24. NORISIUS *Hist. Pelagian.* Lib. II. Cap. 11.

Caput XI.

DE

PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA SYMBOLICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 106.

Quae ad doctrinam remque ſymbolicam antiquioris aetatis pertinent, eorum notitia haurienda eſt maxime ex monumentis Patrum et aliorum Scriptorum eccleſiaſticorum hancque, ob cauſſam non vano atque inani conſilio fit, ut commentationem quoque de Patrum Eccleſiae *theologia ſymbolica* adiiciamus, ea ratione ſcribendam, ut illa inprimis hiſtorica ſit, non dogmatica, aut polemica. Enarrabimus Symbola, quorum memoria in Patrum ſcriptis conſervata eſt, una cum quibusdam eorum expoſitionibus.

§. 107.

Antiquiora Symbola, quae in Patrum atque aliorum Scriptorum ecclesiasticorum libris vel memorantur, vel recensentur atque exhibentur, si non integra, fragmenta tamen eorum, ubi inter se conferre velimus, facile videbimus, varia eorum esse genera, ordinisque caussa recte istorum classes constitui.

Quodsi animum advertimus ad istorum usum, sunt illa vel *privata*, vel *publica*; ad eorumdem origines vel *orientalia*, vel *occidentalia*; vel ad ipsam doctrinam, cuius confessio fit, vel *orthodoxa*, vel *haeretica* s. *heterodoxa*. Quae singulorum sit ratio, quae de illis in Patrum scriptis habeamus, distincte dispiciamus. In Symbolis his enumerandis ac notitia eorum suppeditanda operam collocarunt:

Iac. Usserius, cuius exstat: *Diatr. de Romanae Ecclesiae Symbolo apostolico vetere aliisque fidei formulis, tum ab Occidentalibus, tum ab Orientalibus, in prima Catechesi et Baptismo proponi solitis*, Lond. 1647. Oxon. 1660. 4. ac cum eiusdem *Annalibus V. et N. T.*, Genev. 1722. fol.

Balth. Bebelius, cuius *Synopsis historiae et doctrinae Symbolorum antiquissimorum, ut et recentioris s. Augustanae Confessionis*, post mortem eius studio filii *Io. Balthasaris*, prodiit, Argent. 1690. 12., qui et *Antiquit. eccles. Sec. III. Artic.* 2. *Sect.* 2. p. 641. et *Sec. IV. Artic.* 4. p. 859. de Symbolis his exponit.

I. E. Imm. Walchius, cui debemus *Antiquitt. symbolicae, quibus Symboli apostolici historia illustratur.* Ien. 1772. 8. Sex commentatiunculis agit Autor de Symbolis Vett. sacris, militaribus et convivalibus, de sponsionum Symbolis et de Symboli apostolici denominatione, ad demonstrandum, quam infirmo, quam lubrico funda-

mentó eorum ſententia innitatur, qui Symbolum apoſtolicum a Symbolis Vett. convivalibus nomen accepiſſe ſibi perſuadent. Praeter hos, commemorandi ſunt:

Ger. Io. Vossius in *Diſſertt. III de tribus Symbolis, Apoſtolico, Athanaſiano et Conſtantinopolitano*, Amſtel. 1642. 1662. 4.

Io. Casp. Suicerus in *Theſauro eccleſiaſtico* II, 1086.

Lud. Ell. Dupin in *Nouvelle Bibliotheque des Auteurs ecclésiaſtiques*, ubi ſingulis ſeculis indices Symbolorum ſ. Formularum fidei ſubiecit.

Ios. Binghamus in *Originibus ſ. Antiquitatibus eccleſiaſticis Lib. X. Cap. 4. Vol. IV.* p. 79. Prae caeteris vero:

Chr. W. Franc. Walchius, cuius *Bibliotheca ſymbolica vetus ex monumentis V priorum Seculorum maxime collecta et obſervatt. hiſtor. ac crit. illuſtrata* prodiit Lemgov. 1770. 8. et IV Claſſibus exhibet: 1) Symbola, quae in monumentis PP. Sec. II et III ſuperſunt; 2) Symbola Eccleſiarum variarum publica; 3) Symbola in Synodis compoſita et 4) Symbola privata.

§. 108.

Symbolorum, quae appellavimus *privata*, ea eſt ratio, ut illa nullam auctoritatem publicam prae ſe habuerint, illis non integri plures coetus, ſed quidam tantum uſi ſint fideique ſuae ediderint confeſſionem. Generis huius Symbola, fragmenta ſaltem eorum, in Patrum monumentis habentur varia, quae de veritate atque antiquitate doctrinae noſtrae chriſtianae teſtimonia praebent.

Sunt, qui putant, Symbola recitari in ſcriptis Ignatii, Clementis Rom., Polycarpi; monumenta autem, ex quibus illa afferuntur, nullam fidem ha-

bent ſique et Scriptores iſti, veluti in tranſitu, capita quaedam fidei memorant, nullam tamen fidei regulam, quam Chriſtiani tempore iſto ſequuti ſint, exhibent. Idem dicendum eſt de iis, quae ex Origine περὶ ἀρχῶν *Praefat.* recenſentur, quando ille capita quaedam doctrinae, ab Apoſtolis traditae atque ad Eccleſiam illius aetatis propagatae, enarrat; *Dialog, autem contra Marcionit. I.* haec leguntur: *Credo, unum omnium conditorem eſſe et opificem; et qui ab illo eſt, Deum Verbum conſubſtantialem iuxtaque perennem eumque extremis temporibus hominem ex Maria aſſumſiſſe, et in crucem actum et excitatum a mortuis: credo etiam Spiritui S., qui in omnem aeternitatem exſiſtit.* Sed nec haec probare, quod probare debeant, eruditi Viri iam animadverterunt. Ex quo adducta verba ſumuntur, *Dialogus contra Marcionitas* minus recte Origeni, tamquam auctori ſuo, tribuitur.

Maiori iure huc referri poſſe videntur, quae apud Irenaeum *Libr. I. Cap.* 10. *adverſus haereſes* p. 48. edit. Massueti ſcripta ſunt, Eccleſiam ab Apoſtolis eorumque diſcipulis accepiſſe: τὴν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς, τὰς οἰκονομίας καὶ τὰς ἐλεύσεις καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου, πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ καὶ κρίσιν δικαίαν

ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσεται, τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας καὶ ἀγγέλους παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται καὶ δόξαν αἰώνιον περιποιήσῃ. *Fidem in unum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram et mare et omnia, quae in eis ſunt, et in unum Ieſum Chriſtum, Filium Dei incarnatum pro ſalute noſtra et in Spiritum Sanctum, qui per Prophetas praedicavit diſpoſitiones Dei et adventum ad eam, quae eſt ex virgine, generationem et paſſionem et reſurrectionem a mortuis, et in carne in coelos adſcenſionem delecti Ieſu Chriſti Domini noſtri et de coelis in gloria Patris adventum ad recapitulanda univerſa et reſuſcitandam omnem carnem humani generis, ut Chriſto Ieſu, Domino noſtro et Deo et Salvatori et Regi, ſecundum placitum Patris inviſibilis omne genu curvet coeleſtium et terreſtrium et infernorum et omnis lingua confiteatur ei, et iudicium iuſtum in omnibus faciat: ſpiritalia quidem nequitiae et angelos transgreſſos atque apoſtatas factos et impios et iniuſtos et iniquos et blasphemos homines in aeternum ignem mittat; iuſtis autem et aequis et praecepta eius ſervantibus et in delectione eius perſeverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex poenitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat et claritatem aeternum circumdet.* Poſt ea autem ſequuntur: *Acceptam, hanc praedicationem, ac fidem, Eccleſia, tametſi per totum terrarum orbem ſparſa, ſummo ſtudio et cura, perinde atque unam domum incolens, conſervat, ac velut animam unam atque unum idemque cor habens, his aeque fidem accommodat, et miro conſenſu, quaſi uno ore praedita, haec praedicat, docet ac tradit.* Irenaeum

Symbolum hoc loco referre et usu omnium, uti ipsi visum est Ecclesiarum receptum, ex illis facile colligitur, quae de eodem subiecit, quamvis nonnulli secus sentiant e. g. BINGHAM l. l. W. ABR. TELLER in libro, quo exponitur *Fides doctrinae de resurrectione carnis per IV priora secula.* Helmst. 1766. 8. p. 130. Cf. GE. LUD. OEDER *Pr. de antiquissima omnium, quae extant., fidei christ. formula.* Onold. 1732. 4.

Apud TERTULLIANUM triplex Fidei Formula recitatur. Una est longior, his composita verbis *de Praescription. adv. Haeretic. Cap. XIII.: Creditur, unum omnino Deum esse, nec alium praeter mundi conditorem, qui universum de nihilo produxerit, per verbum suum primo omnium emissum: id Verbum Filium eius appellatum, in nomine Dei varie visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremo delatum ex Spiritu Dei Patris et virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero eius, et ex ea natum hominem, et esse Iesum Christum: exinde praedicasse novam legem, et novam promissionem regni caelorum; virtutes fecisse, fixum cruci, tertia die resurrexisse, in caelos ereptum sedere ad dextram Patris, misisse vicariam vim Spiritus S., qui credentes agat: venturum cum claritate ad sumendos sanctos in vitae aeternae et promissorum caelestium fructum, et ad profanos adiudicandos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione;* altera eaque brevior haec est *de Virginib. velandis Cap. I: Regula fidei una omnino est, sola, immobilis et irreformabilis, credendi scilicet in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem et filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in caelis, sedentem nunc ad dextram Patris, venturum iudicare vivos et mortuos per carnis etiam resurrectionem.* Tertiam For-

mulam s. Regulam fidei recitat Tertullianus *Lib. contra Praxeam Cap.* 2. eamque ab initio Evangelii decucurrisse scribit, his usus verbis: *Unicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam oeconomiam dicimus, ut unici Dei sit et filius Sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. Hunc missum a Patre in virginem et ex ea natum hominem et Deum filium hominis et Filium Dei, et cognominatum Iesum Christum. Hunc passum, hunc mortuum et sepultum secundum Scripturas, et resuscitatum a Patre et in coelos resumtum, sedere ad dextram Patris, venturum iudicare vivos et mortuos. Qui exinde miserit, secundum suum promissionem, Sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem et Filium et Spiritum S.* Quas Confessiones esse Symbola privata, quamvis recte affirmetur, minus tamen, ut quidam exstimant, Symbolum apostolicum ibi inveniendum est.

E Cypriani scriptis itidem fragmenta Symboli fidei adducuntur, quum ille memoret *Epistola* 76. *ad Magnum* p. 252., Catholicos ac Novatianos Catechumenis, sacro fonte abluendis, eadem proposuisse interrogationes atque inter alia quaesiisse: *Num credant in Deum Patrem et in Christum ipsius filium et in Spiritum Sanctum? Num credant remissionem peccatorum et vitam aeternam per sanctam Ecclesiam.* Addunt alii Gregorii *Thaumaturgi Expositionem fidei ut* Walchius *Bibl. symbol.* p. 14. Luciani, Martyris, Eccl. Antiochenae Presbyteri, Confessionem fidei, Sabellianis oppositam atque ab Athanasio, Socrate, Hilario memoratum. Ibid. p. 29.

Celebratissima et omni aevo laudibus ornata est Gregorii Thaumaturgi *Confessio fidei*, quae ita graece legitur: Εἷς Θεὸς πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος αἰδίου. Τέλειος

τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργός. Σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτικὴ καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητικὴ, υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρὸς, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι' υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν τοῦ υἱοῦ, τελείου τέλεια ζωὴ, ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης ἁγιασμοῦ χορηγὸς, ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μετριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτίστον τι ἢ δοῦλον ἐν τῇ τριάδι, οὔτε ἐπείσακτόν τι ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὕπαρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς πατρὶ, οὔτε υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί. Ex Rufini versione: *Unus Deus pater Verbi viventis, ſapientiae ſubſiſtentis et virtutis ſuae et figurae, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti. Unus Dominus, ſolus ex ſolo, figura et imago deitatis, verbum perpetrans, ſapientia comprehendens omnia et virtus, qua tota creatura fieri poteſt. Filius verus Veri, et inviſibilis ex Inviſibili et incorruptibilis ex Incorruptibili, et immortalis ex Immortali et ſempiternus ex Sempiterno. Unus Spiritus Sanctus ex Deo ſubſtantiam habens et qui per filium apparuit, imago filii perfecti perfecta, viventium cauſſa, ſanctitas ſanctificationis praeſtantia, per quem Deus ſuper omnia et in omnibus cognoscitur et filius per omnes. Trinitas perfecta, maieſtate et ſempiternitate et regno minime dividitur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid, aut ſerviens in trinitate, neque ſuperinductum, tamquam antehac quidem non ſubſiſtens, poſtea vero ſuperingreſſum. Neque ita defuit umquam Filius Patri, neque Filio Spiritus Sanctus, ſed invertibilis et immutabilis eadem Trinitas ſemper.*

Eorum etiam Doctorum Ecclesiae, qui post Concilium Nicaenum floruerunt, Confessiones fidei ad nos delatae sunt. In illis locum habent: 1) Hilarius *Pictav.*, qui duas Confessiones scripsit atque utraque divinitatem Christi testatus est ac confirmavit. Priore inter alia dicitur: *Est ante tempora et erat in principio apud Deum, Deus Verbum. Qui est imago Dei invisibilis;* item: *Est unigenitus Deus, est Deus verus, et Deus magnus, super omnia Deus.* *) 2) Basilius *Magnus*, cuius ad nos peruenit *Sermo de fidei Confessione* s. de *vera ac pia fide*, qui cum quibusdam aliis partem operis constituit, quod sub nomine *Ascetici* a nonnullis antiquioribus Scriptoribus commemoratur; 3) Epiphanius, apud quem duae sunt fidei Confessiones, quarum altera brevior est, in Baptismo Catechumenorum usitata, *a SS. Apostolis*, ut Epiphanius in *Ancorato Cap.* 120 et 122. scribit, *tradita et in Ecclesia, in sancta Urbe ab omnibus sanctis Episcopis, qui supra CCCX fuerint, praescripta*, quae verba non ita intelligenda sunt, ac si ipsa haec fidei formula tradita sit ab Apostolis, aut composita a Patribus Concilii, in S. urbe Nicaea, uti appellatur, celebrati; sed significant tantum, capita dictae formulae convenire cum doctrina Apostolorum ac Patrum Nicaenorum. Altera, apud Epiphanium conservata, formula longior est. Quum enim ea aetate, qua Valentinianus ac Valens imperium tenebant, haeretici Ecclesiam erroribus perturbarent, horum caussa autem necesse videretur, ut quaedam Confessionis capita accuratius distinctiusque explicarentur, natae ex eo sunt accessiones. **)

---

*) Prior legitur *Lib. II. ad Constantium* p. 1230. posterior vero libro *de Synodis* p. 1187.

**) Adde Ios. Binghamum in *Originibus s. Antiquitatibus ecclesiast. Lib. X. Cap. 4.* §. 15. p. 105. *Vol. IV.* Walch *Biblioth. symbol.* p. 50.

§. 109.

A Symbolis privatis differunt *publica*; quae in ſcriptis Patrum ſaepe memorantur. Dicuntur *publica*, quia ab ipſis Chriſtianorum coëtibus, non a quibusdam tantum Eccleſiae ſociis, approbata ſunt hançque ob rem publicam auctoritatem prae ſe habent atque ad publicum uſum adhibentur. Ad eiusmodi Symbola, eaque ante Concilium Nicaenum condita, referuntur Symbolum *Romanum*, *Aquileienſe*, *Orientale* atque *Antiochenum*.

Horum quoque Symbolorum Patres Eccleſiae mentionem faciunt nobisque notitiam ſuppeditant. Romanorum Chriſtianorum coetum proprium habuiſſe Symbolum, *Romanum* appellatum, ex Vigilii *Tapſitani* verbis *adv. Neſtorium et Eutychen Libr.* IV. colligitur: *Univerſitas profitetur, credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, et in Ieſum Chriſtum filium eius, Dominum noſtrum. Huic capitulo ob id iſte calumniatur: cur non dixit in unum Ieſum Chriſtum, Filium eius, iuxta Nicaeni decretum Concilii? Sed Roma, et antequam Nicaena Synodus conveniret, a temporibus Apoſtolorum usque ad nunc, et ſub beatae memoriae Caeleſtino, cui iſte rectae fidei teſtimonium reddidit, ita fidelibus Symbolum tradidit: nec praeiudicant verba, ubi ſenſus incolumis permanet.* Symboli huius meminit Rufinus *Expoſitione in Symbol. apoſtolic.* nosque ex eo videre poſſumus, ita illud compoſitum fuiſſe: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in Ieſum Chriſtum, filium eius unigenitum, Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, crucifixus ſub Pontio Pilato, mortuus et ſepultus: tertia die reſurrexit a mortuis, adſcendit ad caelum, ſedet ad dextram Dei Patris, inde venturus eſt iudicare vivos et mortuos. Et in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam, remiſſionem peccato-*

rum, carnis resurrectionem. Ecclesiam Rom. omni cura providisse, ne ulla Symboli huius fieret mutatio, ex Ambrosio *Epist.* 81. probatur. *)

Symbolum *Aquileiense* quod relatum legimus apud Rufinum l. l., hoc fuit: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, invisibilem et impassibilem. Et in Christum Iesum, unicum filium eius, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu S. ex Maria virgine, crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus, descendit ad inferna. Tertia die resurrexit a mortuis, adscendit in caelos, sedet ad dextram Patris: inde venturus est, iudicare vivos et mortuos. Et in Spiritum S., S. Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectionem.* De Symbolo *orientale* atque *Antiocheno* postea, quando de Symbolis Ecclesiae orientalis generatim a nobis exponendum est, quaedam dicemus.

§. 110.

Symbola publica itidem inter se differunt aliaque sunt *particularia*, alia autem *universa.* Per illa, quae *particularia* appellantur, intelliguntur Symbola, a singulari Christianorum coetu, vel a quibusdam tantum Ecclesiis recepta; haec autem, sive *universa* sunt, quae omnes Christiani, recte sentientes, plerique saltem, approbant ac de dogmatibus eorum consentiunt. Generis huius sunt: Symbolum *Apostolicum*, *Nicaenum*, *Nicaeno-Constantinopolitanum* atque *Athanasianum.*

De his quoque Symbolis ea Patres Ecclesiae in monumentis suis litteris mandarunt, quae ad historiam istorum lucem praeferunt. De *Symbolo Apostolico*, speciatim de origine eius satisque haud commentati sunt; fuerunt autem, qui illud explicarent.

*) Cf. Walch l. c. p. 56.

atque illuſtrarent, quique poſtea enumerabuntur. Qua forma *Symbolum Nicaenum* compoſitum, quibus verbis illud expreſſum atque a Concilio Nicaeno publicatum ſit, id relatum legimus apud varios Eccleſiae Patres, Euſebium, Theodoretum, Socratem, Athanaſium, Hilarium, Baſilium] atque alios, quos recenſet Thom. Ittigius *Hiſtoria Concilii Nicaeni* p. 44. et Ios. Binghamus *Antiquit. eccleſ.* IV, 104. Verba illius ita recitantur: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γιννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντες εἶναι, ἢ κτιστὸν τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium et inviſibilium creatorem: et in unum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, genitum ex Patre, unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum: conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, quae in caelo ſunt et in terra. Qui propter nos homines et propter ſalutem noſtram deſcendit, incarnatusque et homo factus eſt, et paſſus. Qui reſurrexit tertia poſt die; adſcendit ad caelos; venturus eſt, ut vivos iudicet et mortuos. Credimus et in Spiritum Sanctum. Eos*

autem, qui dicunt, fuit aliquando tempus, quum non esset, et antequam gigneretur, non erat, vel quod de non exstantibus factus est, aut qui ex altera substantia, vel essentia dicunt esse Filium Dei, aut conversioni mutationique obnoxium, anathemate ferit Sancta catholica et apostolica Ecclesia. In *Concilio Constantinopolitano*, quod in oecumenicis secundum numeratur, Symbolum Nicaenum confirmatum ac propter varias haereses, maxime Macedonii, auctum est. De persona prima addita sunt: ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς *factorem coeli et terrae;* de secunda γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων — σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου — σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος, *natum ante omnia secula — incarnatum ex Spiritu S. et Maria virgine — crucifixum etiam pro nobis sub Pontio Pilato et passum et sepultum et resurrectum tertia die secundum Scripturas; et adscensum in coelos et sedentem ad dextram Patris, et rursus venturum cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis,* denique de tertia τὸ κύριον, τὸ ζωόποιον, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν, *Dominum vivificatorem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et glorificatur, qui locutus est per Prophetas.* Praeterea autem in fine adhuc accedit: εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογοῦμεν ἓν βαπτισμὸν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. *Et in unam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum; speramus resurrectionem mortuorum et vitam futuri*

Seculi. Propter accessiones has Symbolum Nicaenum appellatur Symbolum *Nicaeno-Constantinopolitanum*, quod itidem ex monumentis Patrum enarrandum atque illustrandum est. *Symbolum*, quod *Athanasianum* dicitur, ad ipsum quidem Athanasium, celeberrimum illum inter Patres sacri ordinis Doctorem, originem suam haud refert, quod Eruditi abunde probarunt, ac quamvis de Auctore eius magna sit dissensio idque alii Vigilio Tapsensi, alii Eusebio Vercellensi, alii Vincentio Lerinensi, vel Venantio Fortunato atque aliis tribuant; sine antiquitate tamen Symbolum hoc haud accurate intelligere atque interpretari licet, sive ad Auctorem, sive ad argumenta resque eius animum advertamus.

§. 111.

Sequitur ea Symbolorum discrepantia, qua alia *occidentalia*, alia *orientalia* sunt, propter diversitatem nationum ac provinciarum, ubi illa condita ac recepta sunt, quemadmodum ipsa Ecclesia vel occidentalis est, vel orientalis. Ante Concilium Nicaenum itidem apud Christianos Orientis, uti in Ecclesia occidentali, Symbola usitata fuisse, antiqua monumenta probant ac simul ostendunt, ea etiam esse vel particularia, vel universalia.

De *Symbolis orientalibus*, si notitiam eorum nobis comparare volumus, praeter alia monumenta, Patrum etiam Ecclesiae scripta consulere debemus. Exstitisse Symbola haec iam ante Concilium Nicaenum, satis est certum. Quum Romana atque aliae Ecclesiae Occidentis ante dictum Concilium Symbola sua habuerunt, quod antea probavimus, nulla apparet ratio, cur non idem de Orientis Ecclesiis sit statuendum. Eusebius Caesareensis quum in Concilio Nicaeno se a suspicione pravae doctrinae libe-

rare vellet, Symbolum, ea aetate usitatum, loco Confessionis suae exhibuit ac quaedam tantum addidit, ut declararet, se ab errore esse alienum; hoc autem neutiquam fieri potuisset, nisi eo tempore ac per consequentiam ante Concilium Nicaenum Symbolum Ecclesiae orientalis exstitisset. Formulae ipsius, quam Eusebius tradidit, verba haec fuerunt: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, Φῶς ἐκ Φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα, τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες, Πατέρα ἀληθινῶς πατέρα, καὶ Υἱὸν ἀληθινῶς υἱὸν, Πνεῦμά τε ἅγιον ἀληθινῶς πνεῦμα ἅγιον, καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium omnium et invisibilium creatorem; et in unum Dominum Iesum Christum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturae, ante omnia secula ex Deo Patre genitum, per quem omnia facta sunt, qui propter nostram salutem incarnatus est, et inter homines versatus, qui passus est, et resurrexit tertia die, adscendit ad Patrem et iterum venturus est cum gloria, ut vivos iudicet ac mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum Sanctum. Horum unumquemque subsistere credentes; Patrem vere patrem, Filium vere filium, et Spiritum Sanctum vere spiritum sanctum, sicut*

et Dominus noster, quum discipulos suos ad praedicandum mitteret, dixit: Ite ac docete omnes gentes, baptizantes eas, in nomine Patris, Filii et Spiritus S. Ipse EUSEBIUS testatur hoc in *Epistola ad Caesareenses* apud SOCRATEM *Hist. eccles.* Lib. I. Cap. 8.

Quale Symbolum apud Christianos Orientis usitatum fuerit ante Concilium Nicaenum, definire haud licet, eam ob caussam, quoniam illud in variis Ecclesiis varium quoque fuit ac diversum. Aliae formulae erant breviores, aliae longiores. In illis s. brevioribus locum tenet *Symbolum Hierosolymitanum*, quod tamen in veterum Scriptorum libris etiam diversa ratione recensetur. In Liturgia, quae Iacobo tribuitur, illud ita legitur: Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν Θεοῦ. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, et in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei,* quibus addita sunt καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως, *et reliqua Symboli fidei.* Perfectius Ecclesiae Symbolum habemus in CYRILLI, Hierosol. Episc., *Catechesibus,* in quibus illud explicatur. Differt id a Symbolo Nicaeno ac Constantinopolitano hocque facile videmus, si ista inter se conferamus. Brevius quoque, ut videtur, Ecclesiae Alexandrinae Symbolum fuit, quod Arius et Euzoius, dictae Ecclesiae Presbyteri, verae doctrinae addictos se simulantes, Imperatori Constantino exhibuerunt. Legitur illud apud SOCRATEM *Histor eccles. Libr. I. Cap.* 26. et SOZOMENUM *Libr. II. histor. ecclesiast. Cap.* 27. Longioris in Ecclesia orientali usitati Symboli maximam partem Eusebium in Synodo Nicaena recitasse, eruditi Viri animadvertunt haecque est Eusebii formula, quam antea memoravimus. Quod Symbolum apud Orientis Christianos fuerit commune, saltem

in praecipuis ac nobilissimis, vel plurimis Ecclesiis, haud definiri potest. Non omittendum est *Symbolum Antiochenum*, conditum in Concilio Antiocheno tertio, a. 270. atque ita ante Concilium Nicaenum congregato, in quo Paullus Samosatenus errorum convictus ac condemnatus est. Exstat Epistola, quam Patres ad dictum Paullum Samosatenum scripserunt, antequam quid adversus illum sancirent, graece ac latine saepius edita.

§. 112.

Venimus ad eam Symbolorum differentiam, qua alia *orthodoxa*, alia *heterodoxa* vel *haeretica* esse, supra scripsimus. Quae *orthodoxa* dicuntur, ea sunt Confessiones verae doctrinae; *haeretica* autem vel *heterodoxa* pravorum dogmatum, ab Haereticis composita, eum in finem, ut errores stabilirent ac propagarent ac quamvis nonnulli ex illorum ordine Symbolis orthodoxis interdum subscriberent, fraudulenti tamen hac in re erant, nec alia, nisi perversa sententia Symbola haec approbant.

Prodierunt Symbola Arianorum, Pelagianorum, Nestorianorum atque aliorum Haereticorum, de quibus testimonia etiam suppetunt in Patrum Ecclesiae libris. Recensuit illa singulari diligentia Pet. Zornius in *Nova Collectione plusquam LX Symbolorum s. Confessionum fidei, quas in vet. Ecclesia inde a primis Secc. usque ad XII. Haeretici l. Viri alii Patribus suspecti in tanta sensuum de sacris discrepantia edidere*, in *Opusculis sacr.* I, 164. ad quem de argumento hoc provocasse sufficiat.

§. 113.

Oſtendimus igitur, Patres eccleſiaſticos inſervire nobis ad theologiam ſymbolicam, quum antiquiora Symbola memorant atque ad hiſtoriam illorum lucem praeferunt. Non ſola tamen utilitas haec ab iſtis exſpectanda eſt. Patres hi interpretantur etiam dicta Symbola, maxime apoſtolicum atque ita uſum quoque dogmaticum quodam modo praebent. Scripta haec nunc enarrabimus. Plerique ad id contulerunt ſe, ut *Symbolum apoſtolicum* recenſerent atque explanarent, in quibus locum ſibi fecit:

Rufinus, qui inter Veteres princeps eſt interpres. Scripſit *Expoſitionem in Symbolum Apoſtolorum*, quae conſervata et ad nos translata eſt. Non primus tamen fuit, qui Symbolum hoc explanaret, id quod ipſe indicat, quando non procul ab initio *Expoſitionis* dicit: *Et quidem comperi, nonnullos illuſtrium tractatorum aliqua de his pie et breviter edidiſſe; Photinum vero haereticum ſcio eatenus conſcripſiſſe, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, ſed ut ſimpliciter et fideliter dicta ad argumentum ſui dogmatis traheret.* Patet ex verbis his, Photinum Symbolum hoc explicaſſe, ea ratione, ut ſenſum perverteret atque ad errorem ſuum traheret. Ipſum Rufinum verum auctorem *Expoſitionis* huius eſſe, de eo nunc eruditi Viri conſentiunt atque oſtendunt, illam a nonnullis Hieronymo, vel Cypriano falſo attributam atque illorum *Operibus* adiunctam fuiſſe. Locum ſuum iuſtum obtinuit in Rufini *Operibus*, quae lucem viderunt Lugd. 1570. Par. 1580. Priusquam Rufinus aggreditur ad explicationem ipſam, id, quod de origine Symboli apoſtolici ſentiat, exponit. Compoſitum

id esse putat ab ipsis Apostolis, ita ut singuli symbolas suas conferrent et formula ipsa a symbolis collatis diceretur *Symbolum*. Ex eo nata est vulgaris, perversa tamen sententia, Symbolum hoc ad Apostolos originem suam referre atque *apostolicum* appellari, quia ab Apostolis concinnatum sit, quae opinio satis longe est confutata. Rufini verba, quibus ad hanc sententiam proponendam utitur, haec sunt: *Omnes ergo in uno positi et Spiritu S. repleti; breve istud futurae sibi, ut diximus, praedicationis iudicium, conferendo in unum, quod sentiebat unusquisque, componunt atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt.* In ipsa explicatione Rufinus eam commentandi rationem sequutus est, ut animadverteret, quae sit Symbolorum in diversis Ecclesiis receptorum differentia, ac verborum sensum investigerat. Quando ad articulum de *Descensu Christi ad inferos* venit, eum in Symbolis Ecclesiarum Romanae atque orientalis haud inveniri, scribit putatque, verbis his nihil aliud, nisi Christi sepulturam, significari. Dogma de *Ecclesia* quum illustrat, libros Scripturae S. recenset atque animadvertit, quibus auctoritas canonica sit tribuenda, iis nimirum V. T., qui in Cod. ebraeo habeantur quosque et nos canonicos esse, existimamus; praeterea autem etiam de Apocryphis differit. De *Unitate Ecclesiae* ita verba facit, ut inter alia praecipuas haereses enumeret ac doctrinam de *Corporum Resurrectione* recenseat. Monstrat, illam de eiusdem corporis resurrectione intelligendam esse. *) Praeter Rufinum alii inter Patres industriam ad Symbolum apostoli-

*) Praeter Auctores de Scriptoribus ecclesiast., videantur: Norisius *Histor. Pelagian.* Lib. I. Cap. 2. ac de *Synodo quinta* Cap. XIII. Doucinus *Histoire des mouvemens arrivéz dans l'Eglise au suiet d'Origene et de sa doctrine* p. 145. De Rubeis *Monumentis Eccl. Aquileiensis*, variis locis. Cacciarus *Historica Dissertatione de vita, fide ac Eusebiana*

cum illustrandum atque explanandum adhibuerunt. Numerandi sunt in his interpretibus:

Amphilochius in *Expositione Symboli* s. potius sententiis, quae ex variis eius scriptis collectae coniunctim exhibentur ac diversa capita Symboli apostolici breviter illustrantur, in *Biblioth. max. Patr. Lugdun.* VI, 1078. et Gallardii *Bibl. PP.* VI.

Augustinus, cuius duo libri huc referendi sunt. Alter est liber de *Fide et Symbolo*, qui Symboli apostolici expositionem complectitur, brevem quidem, attamen planam. Tradiderat illam Augustinus in Synodo Hipponensi a. 393. *) Spectat illa ad singula Symboli capita atque ostendit, quibus erroribus illa opposita sint verba. Ipse hoc testatur dum dicit in Prooemio: *Sub ipsis ergo paucis verbis in Symbolo constitutis plerique Haeretici venena sua occultare conati sunt: quibus restitit et resistit divina misericordia per spiritales viros, qui catholicam fidem, non tantum in illis verbis accipere et credere, sed etiam domino revelante intelligere atque cognoscere meruerunt.* Sic in explicatione verborum: *Credo in Deum patrem omnipotentem*, observat, in illis reiici illorum errorem, qui affirmabant, non omne a Deo creatum esse, sive materiam communem cum Deo aeternitatem habere, quam perversam sententiam non solum pagani philosophi defenderunt, sed nonnulli quoque inter antiquos Haereticos eandem approbarunt. In articulo secundo, quando de Christo agitur, nullam mentionem facit *Descensus ad inferos;* in articulo autem de Spiritu S. recenset dogmata de *S. Ecclesia catholica,*

---

ipsa Rufini translatione, quam *posteriori parti Historiae ecclesiasticae Eusebii*, ex Rufini interpretatione subiecit Fontaninus *Histor. litter. Aquileiens* p. 381.

*) Vid. *Retractat.* Lib. I. Cap. 17.

e *Remissione peccatorum*, *de Carnis resurrectione* t de *Vita aeterna*. Alterum Augustini monumenım, quod huc pertinet, liber, est de *Symbolo ad 'atechumenos*. Memorantur sub Augustini nomine uatuor *Sermones*, qui de *Symbolo ad Catechumenos* exponunt; neutiquam autem existimandum est, mnes orationes has monumenta esse germana, sed adınt satis graves rationes, cur tres posteriores sermones ro adulterinis scriptis haberi debeant ac statuendum t, solum sermonem primum, ut verum monumenum, Augustini librum de *Symbolo ad Catechumenos* onstituere atque exhibere. Continetur illo elegans ymboli apostolici explicatio ac capita doctrinae eaem recensentur, quae in libro, antea memorato, e *Fide ac Symbolo* habentur. Addunt nonnulli ertium Augustini librum, *Enchiridion* eius *ad aurentium*, minus autem recte atque accurate. omplectitur quidem libellus hic summam doctrinae hristianae, non autem Symbolum.

Maximus, Episc. Taurinensis, cuius Homilia e *Expositione Symboli* exstat in *Maxima Biblioth. 'atrum Lugdun*. VI, 42. Brevior illa est.

Eusebius, qui sub *Eusebii Emiseni*, Ariani et raeci Scriptoris, nomine bis fuit editus: alii autem ıelius illum *gallicanum Episcopum* appellant. *) ommemoratur ille loco hoc ob duas *Homilias de ymbolo*, in *Maxima Patrum Biblioth. Lugdun.* I, 628., quibus capita Symboli apostolici breviter lustrantur; desunt autem nonnulla posteriorque on integra ad nos pervenit.

Venantius Fortunatus, inter cuius scripta ocum habent *Expositiones breves Orationis domini-*

---

*) Fabricii *Biblioth. graec.* VII, 412.

cae et *Symboli apoſtolici* in *Maxim. Biblioth. PP. Lugdun.* X, 592. et *Orthodoxograph.* p. 1221.

Petrus Chrysologus, cuius *Sermones* in *Maxim. Biblioth. Patrum. Lugd.* VII, 888 ſqq. quodam modo huc referri poſſunt, quoniam in illis leguntur, quae Symbolum apoſtolicum itidem illuſtrant.

Iam enummeratis Eccleſiae Patribus, qui Symbolo apoſtolico lucem attulerunt, nonnulli alios, etiam eiusdem Symboli interpretes, adiungunt, nominatim Ambroſium, Leonem M., Chryſoſtomum, Athanaſium. Recenſet hos, tanquam Symboli apoſtolici explanatores, ac commendat Io. Bona de *divina Pſalmodia* Cap. XVI. p. 445., quales autem putantur, tales re ipſa non ſunt. In Ambrosii *Operibus* locum quidem obtinuit *Tractatus in Symbolum apoſtolicum;* eum autem adulterinum ingenii monumentum eſſe, eruditi Viri ſatis probant atque inter alia referunt, librum hunc in codicibus manu exaratis inſcribi: *Tractatus de Trinitate et Reſurrectione.* Ex variis ſententiis ac teſtimoniis Patrum illum collectum ac compoſitum eſſe, alii monent ac merito exiſtimant, eum Ambroſio indignum eſſe. Nec Leoni M. inter Symboli apoſtolici interpretes iure locus tribuitur. In ſermone enim XI. de *paſſione Domini* p. 133. *Operum* edit. Quesnelli, ad quem Bona provocat, Leo M. nec integrum Symbolum, nec ullum illius caput expoſuit, ſed adduxit id tantum, ut teſtimonium de Ieſu Chriſto. Idem dicendum eſt de altero Leonis loco, *Epiſt. ad Flavianum, Epiſc. Cſtpolitanum, contra Eutychis perſidiam et haereſin,* p. 242., cuius Bona etiam mentionem facit. Ibi enim nihil aliud agit, quam ut ſententias quasdam Symboli huius, de Patre nimirum ac Filio recenſeat easque ita comparatas eſſe, affirmet, ut illis

omnium fere Haereticorum machinae destruantur. Nec Chrysostomum ad locum hunc pertinere, ex eo evidens, quia *Homilia de Symbolo,* ex qua testimonium sumitur, non est Chrysostomi, sed quod Bona ipse fatetur, *Scriptoris latini.* Ac quamvis ille explanatoribus Symboli apostolici etiam Athanasium ob *Epistolam* eius *ad Iovianum* annumeret, nec is tamen locum hunc tueri potest. Haec enim *Epistola* non ad apostolicum, sed ad Nicaenum Symbolum spectat.

Ad *Symbolum Nicaenum* enarrandum et illustrandum qui operam adhiberet, nullus fere inter Patres sacri ordinis fuit, nullum saltem eorum scriptum, quod expositionem dicti Symboli exhibeat, quantum scimus, prodiit et ad nos translatum est. In paullo ante memorata *Epistola Athanasii ad Iovianum Tom.* 1. *Oper.* p. 245. sunt nonnulla, quae Symbolo Nicaeno lucem afferunt. Addi et potest Eiusdem *Ep. ad Epictetum, Corinthiorum Episc. Tom.* 1. *Oper.* p. 581. et apud Epiphanium *Haeres.* LXXVII. p. 997., aliaque in reliquis Athanasii scriptis reperiri, quae Symbolo Nicaeno lucem praebeant, facile nobis persuadere licet. Exstat quoque Theodoti *Ancyrani Expositio Symboli Sanctorum CCCXV Patrum Concilii Nicaeni,* gr. ac lat. edita interprete Luca Holstenio, Romae 1660. 8., qua autem continetur confutatio Nestorii.' Eam ob caussam, quum Franc. Combefisius illam iterum in lucem emitteret, inscripta ista fuit: *Lib. adv. Nestorium s. Nestorii ex Scriptura et Fide Concilii Nicaeni confutatio*, Par. 1675. 8.' *)

In locum eorum scriptorum, quae a Patribus haud composita sunt ac quibus nunc caremus, quo-

*) Est quoque Liber hic in *Maxim. Patrum Biblioth. Lugd.* XXVII, 173.

dam modo subſtitui poteſt: Io. Casp. Suiceri *Symbolum Nicaeno-Conſtantinopolitanum expoſitum et ex antiquitate eccleſiaſtica illuſtratum*, Trai. ad Rh. 1718. 4. Illo enim Auctor Symbolo Nicaeno largiorem lucem accendit: ex Patrum monumentis omnia diligenter collegit, quae ad Symboli huius interpretationem adiumenta praebere putavit atque ita optimam exponendi rationem ſequutus eſt: optimum ſubſidium, antiquitatis nimirum eccleſiaſticae, adhibuit. Multa vero in librum hunc transtulit Suicerus, quae in *Theſauro* ſuo *eccleſiaſtico* dixerat.

Quod denique ad Symbolum *Athanaſianum* attinet, inter Veteres Venantius Fortunatus ſcripſit *Expoſitionem fidei catholicae* ſ. Symboli Athanaſiani, quam Lud. Ant. Muratorius primus in lucem emiſit ac diſſertationem de Symbolo hoc addidit *Anecdotor. latinor.* II, 212. Cf. W. E. Tentzel *Iudicia Eruditor. de Symbolo Athanaſiano, ſtudioſe collecta et inter ſe comparata.* Frcf. et Lipſ. 1687. 12.

Caput XII.

DE
PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA CATECHETICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Dicendorum summa indicatur §. 114.
Atque exponitur de Patribus Ecclesiae, qui in Scholis catecheticis docuerunt §. 115.
Ac scripta catechetica reliquerunt, cum inter graecos §. 116.
Tum inter latinos §. 117.

§. 114.

Quum nunc de Patrum Ecclesiae theologia catechetica exponemus, dicendorum duas partes constituimus eumque ordinem nobis praescribimus, ut primum de ipsa Catechesi, a Patribus instituta, differamus atque ex antiquitate ecclesiastica ostendamus, illos Viros quoque, dignitate ac fama insignes, Catechetarum munere perfunctos esse. Quibus dictis, pergemus ad scripta catechetica, quae Doctores illi veteres reliquerunt, eo animo, ut notitiam istorum suppeditemus.

§. 115.

In antiquiore Ecclesia Patres omnino fuerunt, qui iunioribus elementa doctrinae vitaeque

christianae traderent ac Catechetarum munus obirent. Docuerunt in Scholis catecheticis, quarum princeps fuit ac multum floruit Alexandrina; praeter hanc autem et in aliis locis eiusmodi Scholae erant.

Schola Catechetica, quae Alexandriae maxime celebris fuit, saepe apud antiquos Scriptores memoratur ac dicitur: Διδασκαλεῖον τῆς κατηχήσεως, it. ἱερῶν λόγων, *Schola catecheseos, sacrarum litterarum.* Praefuerunt illi ac docendi munere perfuncti sunt Viri, qui doctrinae, vitae ac meritorum multam laudem sibi compararunt. Numerantur in illis Pantaenus, Athenagoras, Clemens Alex., Origenes, Heraclas, Dionysius Alex., Achillas, Athenodorus, Theognostus, Macarius, Basilius atque alii. Quae de Schola hac litteris mandata sunt, ea non plane inter se consentiunt; nec satis exploratum est, quo ordine, quo tempore quisque in Schola hac docuerit. Legantur: PHIL. SIDETES in *Fragmento*, quod DODWELLUS ad calcem *Dissertt. in Irenaeum* et post eum FABRICIUS *in Luc. salutar. Evang. Cap. IX.* p. 185. edidit; GUIL. CAVEUS *Histor. litter. Scriptor. eccles.* I, 80.; IO. ANDR. SCHMIDIUS *Praefat. ad Hyperii libellum de Catechesi;* GREG. LANGEMACKIUS *Histor. catechetic.* Part. I. Cap. 5. p. 86.; IO. GE. MICHAELIS *Exercitat. de Scholae Alexandrinae, sic dictae catecheticae origine, progressu ac celebritate.* Hal. 1739. 4. novisque accessionibus amplificata in *Symbol. litterar. Brem.* I, 3, 195.; I. AUGUSTIN. DIETELMAIER *Serie veterum in Schola Alex. Doctorum.* Altorf. 1747. 4.; I. DAV. HEILMANN D. *de Scholis priscor. Christianor. theologicis;* in EIUSD. *Opuscc.* I, 201; I. W. FEUERLIN D. *de ratione docendi theologiam in Schola Alex.* Gotting. 1756. 4. I. F. HILSCHER D. *de Schola Alexandr.* Lips. 1776. 4. IAC. MATTER *Essai hist. sur l'Ecole d'Alexandrie*, Par. 1820. II. 8., et qui

omnes hiſtorici dotibus et diligentia ſuperat, H. E. F. Guericke *Comment. de Schola quae Alexandriae floruit.* Hal. 1824. 26. II. 8. (2 Rth. 12 gr.) Non Alexandriae tantum Schola fuit catechetica, ſed etiam in aliis regionibus atque oppidis Scholae generis huius conſtitutae ſunt, in quibus Eccleſiae Doctores Patresque praeceptorum partes implerunt. Catecheticus doctor exſtitit Antiochiae *) Babylas; Caeſareae Origenes, ubi etiam Schola catechetica floruit. Romae atque in aliis locis inſtitutioni catecheticae plures operam dederunt, graeci pariter ac latini. Commemorantur in illis: Gregorius Neocaeſar., Gregorius Nazianz., Gregorius Nyſſ., Cyrillus Hieroſ., Tertullianus, Cyprianus, Optatus Milevit., Auguſtinus atque alii.

§. 116.

Patres Eccleſiae non ſolum operam ad id adhibuerunt, ut rudiores inſtituerent atque ad cognitionem eorum, quae ad principia doctrinae chriſtianae pertinent, adducerent, quemadmodum ex antea dictis patet, ſed etiam ſcripta catechetica compoſuerunt, quorum nonnulla conſervata atque ad nos delata ſunt. Pleraque *graeci* antiquiores Chriſtianorum Doctores reliquerunt. Exſtant, quae nunc commemorabimus:

Cyrilli *Hieroſol. Catecheſes XVIII* φωτιζομένων, *ad Competentes*, ſ. ad eos, qui quum adhuc Catechumeni fuiſſent, nunc ſalutaris aquae participes fieri debebant. Sunt illae Catecheſes σχεδιασθεῖσαι, *ex tempore dictae.* In iſtis poſtquam de peccato,

---

*) F. Münter *Comment. de Schola Antiochena.* Hafn. 1811. 4. et germanice in Stäudlini et Tzschirneri *Archiv f. alte u. neue Kirchengeſchichte* I, 1 ſqq. Cf. Baumgarten-Crusius *Dogmengeſch.* p. 296.

baptismo ac reliquis praecipuis doctrinae christianae capitibus disseruit, Symbolum Ecclesiae Hierosolymitanae fuse explicat. Praeter eas, eiusdem Cyrilli ad nos transmissae sunt *Catecheses mystagogicae quinque πρὸς τοὺς νεοφωτίστους, ad eos, qui recens sunt baptizati*, ubi praecipue de Baptismo ac S. Coenâ agit atque officia recenset, quae a baptizatis sint praestanda. Fidem atque auctoritatem harum Catecheseon infringere ac labefactare, nonnulli non dubitarunt, ita ut priores Catecheses plane adulterinas, posteriores autem saltem interpolatas, vel corruptas esse, aliis persuadere anniterentur. Ex nostratibus contra illas disputarunt: Io. Ge. Dorscheus in *dem achten Religionsscrupel* p. 144., et Io. Hülsemannus in *dem Calixtinischen Gewissenswurm* p. 960. Inprimis reformatae Ecclesiae Doctores ac Scriptores contra eas pugnarunt, ex quibus nominasse sufficiat: Andr. Rivetum *Critic. sacr.* Lib. III. Cap. 8 et 10.; Edm. Albertinum de *Eucharistia* p. 422.; Rob. Cocum in *Censura Scriptor.* p. 238.; Io. H. Hottingerum in *Elencho scriptorum suppositorum* p. 78.; et Casim. Oudinum *Commentar. de Scriptor. eccles.* I, 459. De reliquis tacemus. Sed satis firma sunt argumenta, quibus probatur, Cyrillum vere auctorem esse Catecheseon. Confirmant hoc inter veteres Scriptores Hieronymus, Theodoretus atque alii testimoniis suis. Adscribuntur Catecheses hae Cyrillo in antiquis Codicibus msptis, qui servantur in Bibliothecis, quibus usi sunt editores. Nec difficile est, ad argumenta respondere, quibus adversarii contra Catecheses has earumque γνησιότητα pugnant. Praeter alios, satisfecerunt illis ac Catecheses has defenderunt: Natalis Alexander *Histor. eccles. Sec. IV.* Cap. 6. Artic. 12. p. 119.; Guil. Caveus *Histor. litter. Scriptor. eccles.* I, 212.; Thom. Millesius *Praefat. ad Cyrilli Opera*; Ant. Augustin. Touttaeus, Tillemontius atque

alii. *) Quum in Catechesibus his luculenter affirmatur, Christi corpus ac sanguinem in S. Coena re ipsa praesentia esse, mirum non est, illas Reformatis displicere. Nec his relictum est, quod adversus testimonium hoc sententiam suam tueantur. Spectant huc praeter memorata, alia Patrum Ecclesiae monumenta catechetica atque in his sunt:

Gregorii *Nazianz. Oratio* εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *in sanctum Baptisma*, in *Oper. eius* Tom. I. p. 637. Non omnem quidem doctrinam catecheticam tradit, illustre tamen illius caput de Baptismo diserte exponit, ac postquam monstravit, quanta sit Baptismi praestantia, quam magnum beneficium a Deo per illum in nos conferatur, de Baptismi differentia agit ac quid de ea statuendum sit, enarrat. Baptismum non esse differendum docet, hancque sententiam ab iis, quae opponi poterant, defendit. Infantes sacro fonte abluendos esse affirmat, ita tamen, si id periculum urgeat. Proposita quaestione: *Quid autem de iis dices, qui adhuc tenera aetate sunt, nec aut damnum, aut gratiam sentiunt? an eos baptizabimus?* addit responsionem hanc: *Ita prorsus, si quod periculum urgeat. Praestat enim, absque sensu significari, quam sine sigillo et initatione abscedere. Atque huius rei ratio nobis est circumcisio, die octavo peragi solita, quae Baptismi figuram quodammodo gerebat atque iis, qui rationis adhuc expertes erant, offerebatur.* Loquitur etiam Nazianzenus de Exorcismo deque variis ritibus, eo tempore in Baptismo usitatis, nec alium Baptismum approbat, nisi eum, qui fiat in nomine Patris, Filii et Spiritus S. In fine capita quaedam fidei christianae recenset, ab iis

*) Vid. de controversia hac: Fabricius *Biblioth. graec.* VIII, 440. Deylingius *Differt. de Cyrillo Hierosolymitano, a corruptelis pontificiis purgato*, quae in eiusdem *Observatt. miscellaneis* est, §. 6. p. 124.

credenda, qui Baptismo essent initiandi, ea ratione, ut ad Haereticos sui temporis respiciat.

Gregorii *Nyss.* Λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας, ἐν κεφαλαίοις τεσσαράκοντα διῃρημένος, *Oratio catechetica, quae dicitur magna, divisa in quadraginta capita,* qua inter alia differit de Trinitate, de divinitate Christi, de attributis divinis, de redemtione generis humani, de Baptismo ac docendi modum ad eos accommodat, quorum officium est, Catechumenos erudire.

Basilii M. Libb. II de *Baptismo*, qui etiam in scriptis catecheticis numerari solent, quamvis in illis non tam dogmata fidei tradantur, quam officia commendentur illis, qui ad Baptismum accipiendum accedere volunt, aut illum iam acceperunt. Prior liber tribus capitibus constat horumque tertio ostenditur, qui per Baptismum iterum natus sit, eumdem mysteriorum divinorum participem fieri debere. Posterior complectitur responsionem ad tredecim quaestiones. Quae sub eiusdem Basilii nomine lucem adspexit: Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ, *Expositio fidei in compendio*, illa a nonnullis etiam ad loc m hunc refertur, non satis autem apte. Non alia dogmata ibi traduntur, nisi de Trinitate ac de Christo.

Io. Chrysostomi *Homiliae*, quarum nonnullis de Baptismo exponitur atque alia capita catechetica illustrantur, inprimis *Homilia XXI. ad populum Antiochenum*, quae continet *Catechesin ad illuminandos*.

§. 117.

Inter Patres Ecclesiae *latinae* nulli sunt, quorum scripta catechetica adducere possemus ac commemorare, praeter Augustinum. Solus hic monumentum catecheticum reliquit, librum elegantem ac lectione dignum, quo non dogmata

quidem catechetica traduntur atque explicantur, ſed uti inſcriptio quoque docet, de ratione tantum Catechumenos erudiendi exponitur; hoc tamen non impedit, quominus et liber hic iure ad locum hunc referatur.

Reliquit Augustinus librum de *Catechizandis rudibus*. Scripſit illum rogatus a Deogratias, qui erat Diaconus Eccleſiae Carthaginenſis, id quod ipſe in principio libri verbis his indicat: *Petiiſti me, Frater Deogratias, ut aliquid ad te de catechizandis rudibus, quod tibi uſui eſſet, ſcriberem. Dixiſti enim, quod ſaepe apud Carthaginem, ubi Diaconus es, ad te adducuntur, qui fide chriſtiana primitus imbuendi ſunt, eo quod exiſtimeris, habere catechizandi uberem facultatem, et doctrina fidei et ſuavitate ſermonis; te autem pene ſemper anguſtias pati, id ipſum quod credendo Chriſtiani ſumus, quo pacto commode intimandum ſit; unde exordienda, quo usque ſit perducenda narratio; utrum exhortationem aliquam terminata narratione adhibere debeamus, an praecepta ſola, quibus obſervandis, cui loquimur, noverit chriſtianam vitam profeſſionemque retineri.* Patet ex his luculenter, Patres ac Doctores Eccleſiae ſingularem operam in inſtitutione catechetica collocaſſe; ſimul autem quodam modo, quid libro hoc contineatur. Poſt prooemium accedit ad ipſam rem eiusque expoſitionem, quae commode in duas partes dividi poteſt. In priore tradit praecepta, quorum ſummam atque ordinem ipſe Cap. 11. ita enarrat: *Itaque prius de modo narrationis, quod te velle cognovi; tum de praecipiendo atque cohortando; poſtea de hac hilaritate comparanda, quae Deus ſuggeſſerit, diſſeremus.* Tria igitur praeceptorum capita conſtituit. Primum diſſerit de *modo narrationis;* intelligit autem per *narrationem* ipſam doctrinam religionis chriſtianae, quae in Scriptura S. V. et N. T. continetur, quatenus Catechumeno per-

ſpicue tradenda et ad fidem atque amorem applicanda eſt. In hac narratione inſtituenda vult Auguſtinus, ut ſemper animus ad tria momenta advertatur: ad *ipſas res*, quae ex ſolis Scripturae S. libris ſint proponendae, ita ut a primo Moſis libro initium fiat ac per libros ceteros primum Veteris, deinde N. T. ſuſcipiatur progreſſio ac quae omni tempore Eccleſiae ſint revelata, hiſtorice recenſeantur; Catechumeni autem ſemper ad Chriſtum in Scriptura V. T. promiſſum, Novi exhibitum ducantur: ad *ſcopum*, qui in catecheſi is eſſe debeat, ut in animis Catechumenorum cum fides in Ieſum Chriſtum, tum amor erga Deum atque alios excitetur. Quam in rem in iſta narratione ſemper id agendum eſſe monet, ut ſolide Catechumenis ſingularis Dei erga homines amor commendetur, quippe qui in promiſſione atque ipſo adventu Ieſu Chriſti illuſtris ſit ac conſpicuus, eum in finem, ut Catechumeni videant, graviſſimam omnino eſſe cauſſam, cur Deus amari debeat: ad *prudentiam*, quae cum in explorando Catechumeni animo atque indaganda ratione, cur chriſtianam religionem velit amplecti, tum in ipſa narratione ſit adhibenda, eo modo, ut ſuavitas cum gravitate et pondere ſermonis coniungatur et quae non neceſſaria, aut difficiliora ſint, removeantur. In ſecundo capite prioris partis agitur de *praecipiendo et cohortando*. Monet Augustinus, inſtitutae narrationi addendam eſſe cohortationem, ut Catechumenus adverſus ſcandala, ſive ſint externa ſive interna, praemuniatur, qua in re argumenta praecipue capienda ſint a veritate de reſurrectione mortuorum, de iudicio extremo deque vita et morte aeterna. Inter alia recte quoque obſervat, Catechetam reſpicere debere ad diverſitatem Catechumenorum, quoniam cum in narratione, tum in cohortatione aliter cum doctis, aliter cum illis, qui litterarum ſint expertes, agere deceat. Tertium denique

caput exponit de *hilaritate comparanda*, non Catechumeni, ſed Catechetae. Namque quum facile taedium illius, qui rudiores docere debet, animum occupare poſſit, de quo etiam Deogratias fuerat conqueſtus, nec hoc momentum intactum relinquere voluit Augustinus. Hinc non ſolum cauſſas eiusmodi taedii enarrat, ſed etiam remedia, per quae id ex animo ſit eiiciendum, commendat. Poſterior libri huius pars continet duos ſermones, alterum longiorem, alterum vero breviſſimum, eum in finem compoſitos, ut exemplum praebeant, quomodo ſit erudiendus, qui ad Chriſtianorum ſacra accedere velit. Ex qua libri huius ſumma, iam a nobis exhibita, haud difficulter eſt intelligendum, illum eſſe egregium antiquioris Catecheſeos monumentum. Edidit Io. Bened. Carpzovius *Diſputat. ad librum Auguſtini de catechizandis rudibus*, in Eiusdem *Diſputationibus theologic.* p. 857. Adiungunt nonnulli eiusdem Augustini librum de *Fide ac Symbolo*, non vitioſe, ut nobis quidem videtur, quoniam is expoſitionem Symboli apoſtolic. complectitur. Auguſtino adiungunt nonnulli, tamquam Scriptorem catecheticum, Ambrosium ob librum de *Myſteriis*, ſub nomine eius editum; quem autem ingenii monumentum eſſe adulterinum, ſatis conſtat. Nec ad locum hunc pertinent: Theophili *Antioch.* Libri *ad Autolycum;* Clementis *Alex.* Libri ὑποτυπώσεων; Origenis Libri de *principiis*, Lactantii Libri *Inſtitutionum divinarum*, quemadmodum fuerunt, qui hoc ſibi perſuaderent ac hos libros una cum quibusdam aliis ſcriptis catecheticis annumerarent. Quamvis enim illi germana ſint ingenii monumenta, non tamen exhibent compendia doctrinae chriſtianae, nec complectuntur inſtitutiones catecheticas.

Caput XIII.

DE PATRUM ECCLESIAE ERUDITIONE SACRA, SPECIATIM THEOLOGIA MORALI.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 118.

Quum Patres Ecclesiae curas suas ac cogitationes ad id conferrent, ut salutem civitatis christianae conservarent pariter atque augerent, non solum interpretati sunt Dogmata fidei quaeque ad salutarem cognitionem pertinent, sed Praecepta quoque vitae sanctioris tradiderunt ac commendarunt. Vtrique igitur theologiae, cum dogmaticae, tum morali, *) operam dederunt ac monu-

---

*) Cf. Buddei *Isagoge* p. 553 sqq.

menta etiam utriusque doctrinae ſcripta reliquerunt.

§. 119.

Methodus, qua Patres in expoſitione rerum moralium utuntur, varia eſt. Alii ea, quae ad mores hominum ſpectant, oblata occaſione, alii ſingulari ſtudio atque ex inſtituto pertractant. Qui prioris generis ſunt, eorum itidem diſcrepantia eſt ac ſi ad modum, quo moralia argumenta explanarunt, reſpiciamus, commentationes iſtorum in quatuor Claſſes dividi poſſunt.

Ad *primam Claſſem* referri poſſunt *Commentationes* eorum *homileticae*, ita conſcriptae ac recitatae, ut vel ipſa earum argumenta ſint moralia ac nunc de Virtutibus, nunc de Vitiis, nunc de Officiis ex ethica ac iurisprudentia chriſtiana exponatur. Exempla nobis praebet: Origenes, Ephraemus *Syrus*, Basilius *Magnus*, Gregorius *Nyſſ.*, Gregorius *Nazianz.*, Macarius, Chrysostomus, Cyrillus *Alex.*, Basilius *Seleucienſis* atque alii, quibus ex latinis addi poſſunt: Augustinus, Maximus, Petrus *Chryſologus*, Leo *Magnus*. De reliquis tacemus. Ad *Claſſem ſecundam* referendas eſſe exiſtimamus *Commentationes exegeticas*, ſive iſtae ad integrum librum, ſive ad ſingularia eſſata Codicis ſacri ſpectent, ita inſtitutae, ut interpretes non ſolum ipſa dicta divina explanaverint, ſed ſimul quoque monſtraverint, quomodo illa ad ſanctioris vitae ſtudia ſint adhibenda. Accedit *Claſſis tertia* haecque complectitur *Commentationes dogmaticas*, quarum ea eſt ratio, ut praeter dogmatis expoſitionem digreſſiones morales exhibeant, ac denique *Claſſis* quoque *quarta*, *Commentationum* quippe *hiſtoricarum*, quibus exempla Sanctorum ad imitandum ante oculos poſita ſunt. Methodus haec paradigmatica, moralia tradendi, ab iis adhibita eſt, qui vitas res-

que Virorum, laude virtutum ac meritorum de civitate christiana atque aliorum piorum ac sanctorem hominum litteris mandarunt ac monumenta haec ingenii posteris tradiderunt, ut haberent illi exempla, quae sequerentur. Sunt in illorum numero, qui res primorum Christianorum, insignes eorum virtutes, eximia sanctimoniae documenta enarrarunt; qui speciatim defensiones horum Christi sectatorem scripserunt hacque occasione ex laudabili eorum vivendi ratione probarunt, istos esse innocentes ac omnium vitiorum criminumque, quorum malitiose accusentur, plane expertes, qui Acta Martyrum collegerunt ac curarunt, ui illa ab interitu vindicari possent ac diligenter legerentur publice ac privatim, qui praeterea singulari studio conscriptas vitas celebrium Patrum Ecclesiae ac Sanctorum ediderunt atque in orationibus sacris memoriam illorum posteris commendarunt.

§. 120.

Quemadmodum nonnulli inter Patres Ecclesiae ea, quae ad vitam sanctiorem pertinent, *oblata occasione* tradiderunt, ita alii fuerunt, qui *ex instituto* singularia capita doctrinae moralis explanarent. Quae ab iis, huc spectantia, scripta accepimus, ea ubi inter se conferantur, facile videbimus, illorum esse diversitatem. Sunt in illis, quae maxime de rebus ethicae christianae exponunt; sunt vero quoque in eorum numero, quae ad iurisprudentiam divinam referri possunt.

§. 121.

Differunt praeterea horum Patrum scripta moralia in dicendi ratione, sive qui adhibitus est, in stilo. Qui tribus primis seculis floruc-

runt, illi ſectati ſunt ſtilum ſimplicem, humilem planumque; attamen cum vi, animos ad preces ac ſanctas affectiones commovendi, coniunctum. Alieni erant ab eloquentia turgida, quam poſtea nonnulli, praeſertim ſeculo quarto, ſectati ſunt.

Nullus quoque inter hos Patres exſtitit, qui Compendium ac Syſtema theologiae moralis conſcriberet, qui accuratiorem ac naturalem ordinem, firmiorem probandi confirmandique rationem ſequeretur.

§. 122.

Generatim haec poſtquam a nobis dicta ſunt, venimus ſpeciatim ad ipſa Patrum ſcripta moralia, eo animo, ut illa diſtincte recenſeamus, in qua tamen commemoratione ea omittimus, quibus Auctores oblata tantum occaſione de moribus hominum diſſeruerunt ac ſtudia ſanctimoniae commendarunt, quum iam antea de illis expoſuimus. Eos potius primum enumerabimus, qui ſeculo ſecundo ac tertio floruerunt ac monumenta moralia, ex inſtituto compoſita, ad nos transmiſerunt.

Inter illos, qui ſine antea capto conſilio de rebus moralibus diſſeruerunt ac cum argumentis principalibus, in quibus enarrandis verſati ſunt, diſſertationes iſtas coniunxerunt, principatum tenent *Patres apoſtolici*, Clemens *Rom.*, Ignatius, Polycarpus, quorum monumenta, quae germana et ad nos delata ſunt, magnum momentum habent ad ſanctimoniae exercitationem hancque ob rem maxime digna lectione. Coniungunt Patres illi ubique Agenda cum Credendis, ac monſtrant ſingulare ſtudium, homines ad ſalutarem vivamque fidei cognitionem adducendi. Scribendi genus, quo utuntur, luculenter oſtendit, animos eorum plenos fuiſſe gratiae divinae, ac vim prodit ad aliorum mentes ſalu-

logiae iſtae leguntur. Ex memorata Iustini *Ep. ad Zenam et Serenum*, Iac. Schallerus *Ethicam chriſtianam* in ſingularem Diſſertationem transtulit, Argent. 1666. 4. Legi et poſſunt: Io. Andr. Schmidii Diſſert. de *Iuſtini Theologia morali*, Helmſt. 1698. 4. et C. F. Stäudlin *Geſch. d. Sittenlehre Ieſu* II, 93.

Clementis *Alex. Paedagogus*, tribus libris, ita ſcriptus, ut nonnulli ſibi perſuadeant, exhiberi iſto compendium doctrinae moralis, quod autem, ſi accurate loqui velimus, ibi non invenitur. In *primo* libro de Paedagogo, per quem intelligit Chriſtum, qui homines, ne peccent, paedagogi vita inſtituat, de diſcipulis ſ. Chriſtianis, qui ab eo erudiendi ſunt, deque aliis rebus diſſerit; *ſecundo* hortatur Chriſtianos ad temperantiam in cibo, potu, ſuppellectili vaſorum, conviviis, riſu, ad abſtinentiam ab omni turpi ſermone, ab unguentis et coronis, a ſtratorum magnificentia nimioque ſomno, a calceis auro intertextis, ab ornamento gemmarum; *tertio* autem exponit de cultu corporis, balneis, divitiis atque aliis, quae eiusdem generis ſunt. Cur Clemens librum hunc *Paedagogum* inſcripſerit, indicat ille initio libri primi, ab iis, qui priſtinis erroribus reiectis, *Protreptico*, ſ. exhortatorio libro, antea ſcripto, ſi ſatis inſtructi doctrinam chriſtianae religionis cognoviſſent, nunc *Paedagogum* legendum eſſe, ut et eo videant, quomodo prioris vitae peccata ac vitia ſint emendanda, ſanctior autem vivendi ratio amplectenda. Ὁ οὐράνιος ἡγεμὼν, ὁ Λόγος, ὁπηνίκα μὲν ἐπὶ σωτηρίαν παρεκάλει, προτρεπτικὸς ὄνομα αὐτῷ ἦν ἰδίως· οὗτος παρορμητικὸς, ἐκ μέρους τὸ πᾶν προσαγορευόμενος λόγος. Προτρεπτικὴ γὰρ ἡ πᾶσα θεοσέβεια, ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης ὄρεξιν ἐγγεννῶσα τῷ συγγενεῖ λογισμῷ· νυνὶ δὲ θεραπευτικός τε ὢν καὶ ὑποθετικὸς ἅμα ἄμφω, ἑπόμενος αὐτὸς αὐτῷ, παραινεῖ τὸ προτετραμμένον κεφάλαιον, τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ὑπισχνούμενος τὴν

ἰασιν· κεκλήσθω δ' ἡμῖν ἑνὶ προσφυῶς οὗτος ὀνόματι Παιδαγωγός. Πρακτικὸς, οὐ μεθοδικός ὢν ὁ Παιδαγωγός· ᾗ καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ βελτιῶσαι τὴν ψυχήν ἐστιν, οὐ διδάξαι· σώφρονός τε, οὐκ ἐπιστημονικοῦ καθηγήσασθαι βίου. Καί τοι καὶ διδασκαλικὸς ὁ αὐτός ἐστι λόγος, ἀλλ' οὐ νῦν. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τοῖς δογματικοῖς δηλωτικὸς καὶ ἀποκαλυπτικὸς, ὁ διδασκαλικός· πρακτικὸς δὲ ὢν ὁ Παιδαγωγὸς, πρότερον μὲν εἰς διάθεσιν ἠθοποιΐας προὐτρέψατο, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν τῶν δεόντων ἐνέργειαν παρακαλεῖ, τοὺς ὑποθήκας τὰς ἀκηράτους παρεγγυῶν, καὶ τῶν πεπλανημένων πρότερον τοῖς ὕστερον ἐπιδεικνὺς τὰς εἰκόνας. *Dux coelestis, Verbum, ad salutem quidem quando cohortabatur hominem proprio nomine Cohortatorius vocatus est; idem sermo ad incitandum aptus, ex parte scilicet totum, appellatus est. Est enim cohortatoria universa religio, ut quae et vitae hic recte degendae, et futurae desiderium menti cognatae ingeneret. Nunc autem, cum in medendo et praecipiendo versetur, et ad utrumque simul eum, quem admonet, ipse se ipsum sequens, adhortetur, affectuum nostrorum curationem in summa promittens, hic a nobis apposite uno appellatur nomine, Paedagogus. Is autem Paedagogus in actione, non in tradenda disciplinae ratione, versatur, eiusque finis est, animam meliorem reddere, non doctrina imbuere, et in vita honesta et prudenti, non quae sit scientia praedita, instituere. Quamquam hic ipse quoque ad docendum aptus sit sermo, licet nunc aliter sumatur.* Qui enim quae ad dogmata pertinent declarat et revelat, is sermo est, qui in docendo versatur. Cum autem in actione versetur Paedagogus, postquam ad componendos mores prius cohortatus sit, iam ad ea, quae oportet, agenda incitat, pura corruptaque praecepta tradens, et eorum, qui erraverunt, imagines posteris ostendens.* Exstant quoque libri *Stromatum*, quorum et commemoratio fieri potest, quoniam in illis quoque de rebus moralibus exponitur multaque

praecepta de moribus ac vita recte instituenda habentur, speciatim de libris edendis, de spe ac caritate, de matrimonio, de continentia, martyrio, amore erga inimicos atque aliis generis huius argumentis. Nec eiusdem libellus: *Quis dives salutem consequi possit?* (Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος;) plane omittendus est, quum ille ita scriptus sit, ut facile materiam piarum meditationum praebeat, ut pios mentis motus excitare possit, ubi is cum debita attentione legatur. Doctrinam moralem, quam in libris suis scriptam nobis reliquit, non plane expertem esse errorum, postea a nobis monstrabitur. Communem cum reliquis Ecclesiae Patribus docendi methodum sequutus est, de iusto atque accuratiori ordine, de compendio, de systemate scribendo incuriosus. Antea adductus Gebh. Th. Meierus l. c. C. X. §. 14. hanc tulit sententiam: *Recte Clemens morum doctrinam ex Scriptura S. derivandam ducit, uti vel ex primo Paedagogi libro constat* *), *sed in interpretatione nimium* ἀλληγορίζει, *et dicta Scripturarum placitis eorum, qui foris sunt, saepius accommodat. Sunt hi audiendi, verum ut ranae, non ut philomelae. Demonstrat subinde, ita tamen, ut argumentum, sub involucris obscurorum verborum latitans, primo intuitu non cuivis pateat. Hoc namque egit, ut si qui scripta sua legant, sint laboriosi et acres ad inveniendum, quemadmodum in fine septimi Stromatum libri loquitur. Multa, non omnia, Christianorum officia, absque tamen ordine, quem in Stromatum libris studiose neglexit, strenue, qui est ipsius zelus, urget, ita ut nonnunquam rigidior videatur. Cave autem, facias cum Auctore in omnibus: non semel enim graviter lapsus est. Scilicet lapsis secundam tantum*

*) Attamen ipse Clemens *Paedag.* I, 9. ait: Ὁ βίος ὁ Χριστιανῶν, ὃν παιδαγωγούμεθα νῦν, σύστημά ἐστι λογικῶν πράξεων. *Vita Christianorum, quam modo docemur, Systema est actionum ratione congruarum.*

concedit poenitentiam; ſecundas nuptias damnat, et fornicationem dicit eſſe, ab uno matrimonio ad plura prolabi; merita operum aſſerit; perfectum Chriſtianum non debere iurare; nec poſſe iudicio contendere cum aliis coram vel gentilibus, vel ſidelibus, exiſtimat. *)

Tertulliani ſcripta, quorum tres Claſſes I. A. Noesselt D. *de vera aetate etc. ſcriptorum Tertulliani* conſtituit, quarumque 1) continet libros, quorum et aetas et ὀρθοδοξία conſtat; 2) quorum et aetas et Montanismus conſtat; 3) quorum l. aetas l. doctrina l. utraque latet; 4) quorum nec aetas nec doctrina certa eſt. Ex iis ad locum hunc referri poteſt, quum argumenta moralia complectatur, liber de *Poenitentia*, cuius auctorem eſſe Tertullianum, propter ſtyli diſſimilitudinem negat quidem Erasmus ſed repugnante Noeſſelto **) multisque aliis doctiſſimis Viris. Poſtquam in hoc libro Tertullianus de natura ac neceſſitate poenitentiae diſſeruit, de peccatis verba facit eaque in ſpiritualia ac corporalia dividit ſ. uti alias appellantur, interna atque externa, monetque, utraque ita comparata eſſe, ut poenitentiam requirant. Addit, inprimis Catechumenis poenitentiam commendandam eſſe, quia in illis ſemper prioris vitae deſiderium ſit; poſt primam poenitentiam fieri poſſe ſecundam, hancque agendam eſſe per actum quemdam, per Exomolo-

*) Vid. Thom. Holzclau (praeſ. Franc. Berg) D. *de Clemente Alex., eiusque morali doctrina.* Wirceb. 1779. 8. et in Sprengeri *Theſ. patriſt.* II, 739. W. Münscher *Darſtellung d. moral. Ideen d. Clemens v. Alex. u. d. Tertullian;* in Henke *Magazin* VI, 106. Stäudlin l. c. p. 165—221.

**) A cuius tamen ſententia diſcedit Gfr. Lumper qui *Hiſt. theol. crit. de Vita etc. SS. PP.* VI, 771. contendit, librum hunc eo tempore eſſe ſcriptum, quo Tertullianus nondum Montani dogmata ſectaretur. Tertulliani autem hunc eſſe librum demonſtrat Chr. Lorberi *Progr. librum Tertulliani de Poenitentia ipſi vindicans.* Altenb. 1741.

geſin eiusque diſciplinam, qua poenitentes ſe proſternant, habitu ac victu ſingulari utantur, ſacco ac cineri incubent, corpus ſordibus obſcurent, animum moeroribus deiiciant, dies noctesque ad Deum preces faciant, lacrimas profundant, ingemiſcant, ieiunia inſtituant, alias poenitentiae huius exercitationes faciant. In eorum numero qui ante defectionem ad Montanismum ſcripti ſunt, librorum eſt Lib. de *Oratione*, quem integrum cum ſuis ac *Guil. Pancirolli* notis edidit *Lud. Ant. Muratorius.* Continetur illo interpretatio Orationis dominicae. Praefatus eſt auctor nonnulla de praeſtantia atque auctoritate Orationis huius, quum illa ſit precationis formula, ab ipſo Chriſto praeſcripta. In Tertulliani monumentis quorum Montanismus conſtat, praeter alia, locum habent. Libri de *Pudicitia*, de *Fuga in perſequutione*, de *Ieiunio*, de *Monogamia*, de *Spectaculis*, de *Idolotria*, de *Cultu feminarum*, de *Virginibus velandis* atque alii. In illis ea quoque habentur, quae ad mores hominum ſpectant ac fructus omnino afferunt, ſi recte legantur; non deſunt tamen, quae et merito reprehenduntur. Quum enim in ſocietate Montaniſtarum eſſet, iuſto atque aequo ſeveriorem iudicem morum interdum ſe praebuit. Actiones improbavit tamquam pravas, quae tamen in ſe ſpectatae non malae ſunt, ſaltem excuſari poſſunt. Quemadmodum nonnumquam de rebus ipſis deque morali actionum ratione minus accurate iudicavit, ita quoque ad probandum interdum argumenta adhibita, quae nullum pondus habent, imo inepta ſunt. *)

Gregorii *Thaumaturgi Ep. canonica de iis, qui Barbarorum incurſu lapſi eſſent*, quam nonnulli Patrum ſcriptis moralibus annumerant; minus autem

*) Cf. Münscherus l. l. Lumper l. c. p. 529. Stäudlin l. c. p. 301.

accurate. Agit enim de Poenitentia ac Disciplina ecclesiastica atque ita argumentum pertractat, quod non tam theologiae moralis, quam iuris ecclesiastici est.

Cypriani scripta varia, quae loco hoc iure commemorari possunt. Sunt ista 1) Lib. *de Habitu Virginum*, quo Cyprianus virgines hortatur, ut ab omni luxu, a vano habitu ac vestium ornatu abstineant; ut virginitatem diligenter custodiant atque ab ea multa bona, tamquam praemia exspectent; ut castitatem pudicitiamque omni studio sectentur. 2) Lib. *de Oratione dominica*, ubi Cyprianus primum orationem hanc commendat ac postea ostendit, qua mente, qua ratione ad Deum sit orandum. Orationem ipsam interpretatur atque exponit de necessitate praecationis, de mente, qua ratione composita illa esse debeat inter orandum, de tempore, quando a nobis sit orandum. 3) Liber s. Sermo *de Mortalitate*, quo quaestionem explicat atque illustrat, num homines christianos deceat, tempore pestilentiae mortem pertimescere suosque iam exstinctos deflere? 4) Lib. *de Eleemosyna*, ubi Cyprianus Christianos hortatur ad misericordiam, ut illam erga pauperes ac calamitate afflictos exerceant. 5) Lib. *de bono Patientiae*, quo monstrat, sapientem illum esse ac bene sibi consulere, qui in miseriis patientem se praebeat. 6) Sermo *de Zelo et Livore*, quo multa argumenta enarrantur, ob quae ab invidia abhorrere debeamus. Addunt nonnulli libellum de *Pudicitia*; eum autem esse Cypriani, disputatur. In *Epistolis* eius nonnullae itidem argumenti moralis sunt ac praecepta de moribus bene formandis exhibent. *)

---

*) Stäudlin l. c. p. 352. Rettberg *Thasc. Caevil. Cyprianus* p. 348.

§. 123.

Qui quarto ac ſequentibus Seculis floruerunt, ordinis ſacri Patres moralia pertractarunt, non ſolum data occaſione ac veluti in tranſitu, ſed etiam ſingulari opera atque ex inſtituto, inprimis quum Pelagiana certamina efficerent, ut argumenta quaedam theologiae moralis a Doctoribus his diligentius enarrarentur. In his tamen fuerunt, qui tenue dicendi genus atque apoſtolicum proponendi modum negligerent ac turgidae operam darent eloquentiae, nec debitae accurationis, ſive quid explicandum, ſive probandum fuerit, ſtudioſi eſſent. Ad aetatem hanc ſequentia cum *graecorum*, tum *latinorum* Patrum monumenta pertinent:

Basilii *Magni* ſcripta, quorum magna pars *Homiliis* abſolvitur ac quamvis multis argumenta moralia enarrentur, e. g. περὶ νηστείας, *de Ieiunio*, περὶ εὐχαριστίας de *Gratiarum actione*, περὶ πλεονεξίας *de Avaritia*, κατὰ ὀργιζομένων de *Ira*, περὶ φθόνου de *Invidia*, περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς de *Abdicatione rerum*, περὶ ταπεινοφροσύνης de *Humilitate* atque aliae, a ſingulari tamen illarum commemoratione abſtinemus, quum iſtae oblata tantum occaſione compoſitae ſunt. Praecipue referenda huc ſunt Ἠθικὰ ſ. *Moralia*, regulis tradita, quibus veluti ſumma doctrinae chriſtianae de moribus continetur ac ſingula effata Scripturae S. teſtimoniis comprobantur. Nec omitti debent eiusdem Ἀσκητικά *ſ. de inſtitutionibus Monachorum Sermones duo;* it. Ὅροι κατὰ πλάτους, *Regulae fuſius diſputatae* ac Ὅροι κατὰ ἐπιτομήν *Regulae compendioſe expoſitae:* praeter haec autem, Conciones morales XXIV ex libris Basilii a Simeone *Magiſtro* excerptae, adiungendae ſunt. Omnia haec ingenii monumenta, quae a Basilio accepimus, multa recte, perſpicue ac praeclare dicta

nobis exhibent; quia autem ille vitae Monachorum propriae nimium pretium ſtatuebat, in id adductus eſt, ut doctrinam moralem ad hoc vivendi genus maxime accommodaret. *)

Gregorii *Nyſſ.*, monumenta moralia, quorum multa ſuperſunt. In eorum numero ſunt: Lib. *de vita Moſis*, (περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος) quam myſtice enarrat, ut habeat occaſionem, perfectae vitae exemplum Chriſtianis praeſcribendi; Lib. *de virginitate*, (περὶ παρθενίας), quam vehementer commendat ac quae cum illa coniuncta ſint commoda longe recenſet; Lib. *de perfectione et qualem oporteat eſſe Chriſtianum* (περὶ τελειότητος καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν Χριστιανόν) ad Olympium Monachum, *Epiſtola de iis, qui adeunt Hieroſolyma* (περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσολύμα), quoniam etiam in ſcriptis moralibus numerari poteſt, quum ſuperſtitioni peregrinationum religioſarum oppoſita eſt. Quodſi Gregorii huius Sermones morales in *Orationem dominicam* (περὶ εὐχῆς κυριακῆς); in *octo Beatitudines* (εἰς τοὺς μακαρισμούς); *de Pauperibus, caritate complectendis* (περὶ φιλοπτωχίας); *contra Foeneratores* (κατὰ τῶν τοκιζόντων); *de fugienda fornicatione* (λόγος εἰς τό· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτεύει) atque alios adiungere velimus, facile videbimus, Gregorium noſtrum doctrinam moralem multum illuſtraſſe ac diligenter curaſſe, ut homines vitae ſanctiori ſtudeant. Id vero reprehenditur recte, illum allegoricam Scripturae S. interpretationem nimio ſtudio ſectatum eſſe. **)

Ephraemi *Syri* ſcripta, quae pleraque complectuntur argumenta, ad vitam Chriſtianorum ſanctiorem ſpectantia, *de Sacerdotio*, *de Caritate*, *de Amore pauperum*, *de Virtutibus et Vitiis*, *de Ti-*

---

*) Stäudlin l. c. III, 198.
**) Stäudlin III, 287.

more Dei, de Longanimitate, de Patientia, Impatientia, Lenitate, Iracundia, Obedientia, Inobedientia, de Recta vivendi ratione, de Vita ſpirituali, de Morbo linguae ac plures aliae generis huius commentationes, quibus ſi eiusdem Sermones ſ. Homilias atque ab aliis memoratos Commentarios in Scripturae S. libros addamus, facile patet, non exiguum eſſe numerum ſcriptorum, quibus Ephraemus memoriam ſuam poſteris commendavit. Ad ſanctimoniae ſtudia excitanda atque augenda non ſolum praeclara praecepta ſcripſit, ſed illuſtre quoque exemplum ad imitationem reliquit. Utitur ſtilo, qui ſimplex eſt ac ſimul gravis, qui cum facile intelligitur, tum ad animos commovendos valet. Bene de ſcriptis Ephraemi Guil. Caveus haec pronuntiat monetque: *Leves plane ſunt et futiles ut plurimum exceptiunculae, quae ſcriptis eius intentari ſolent. Si quae occurrant, quae S. Patri minus digna, aut quae aliis locis non bene convenire videntur, noſtrae potius ſyriace loquendi modorum inſcitiae, vel verſionibus ex verſione male factis, quam Ephraemi inelegantiae et inſcitiae imputari poſſent, quin ſi revera errores eſſent, ſummo hominis zelo, ſimplicitati ac pietati condonari debeant.* Stäudlinius vero l. c. p. 282. de iis iudicat, ea magis ad hiſtoriam ascetices et homiletices, quam ad morum doctrinam attinere.

Macarii, ſenioris Aegyptii, ſcripta, quae omnia ad doctrinam moralem ſpectant. Praeter *Homilias*, reliquit *Opuſcula*, eaque *de Cuſtodia cordis, de Perfectione ſpiritus, de Oratione, de Potentia* et *diſcretione mentis, de Caritate, de Libertate mentis.* Ex iis luculenter patet, iſtum non ſolum ipſum vitae ſanctiori, ſummae temperantiae, patientiae, precationi atque aliis virtutibus ſingularem operam dediſſe, ſed etiam ſtudia illarum aliis diligenter commendaſſe. Quum ita Macarius hic gratia divina atque experientia inſtructus eſſet, adhibuit quoque

ſcribendi genus, quod magnam vim habet, mentem humanam commovendi atque ad id, quod pium ſanctumque eſt, incitandi. Recte de eo Io. Ge. Pritius dicit *Praefat. ad Macarii Opera* §. XV.: *Conſtare autem vel ex prima operum eius inſpectione poterit omnibus, virum fuiſſe Macarium ut ſanctitatis ſtudioſiſſimum, ita in rebus divinis et ſpiritualibus, ſi ullum alium, longe experientiſſimum, et admirandis divinae gratiae dotibus cumulate exornatum, quales qui ſunt, illi vero maxime omnium exiſtant idonei, qui, qua luce divina colluſtrantur, alios perfundant.* Aliter de iis ſentit Stäudlinius l. c. p. 294., ſcribens: *Man ſindet in denſelben eine Menge zum Theil recht ſeltſame caſuiſtiſche Fragen und Entſcheidungen, manche aus der innerſten Tiefe des menſchlichen Herzens geſchöpfte Bemerkungen, aber viel Aberglauben, ängſtlichen Geiſt, unglückliche und geſchmacklose Vergleichungen, einen Mangel an philoſophiſcher Anordnung, Entwickelung und Beſtimmtheit.* Inter alia vetat, ne Solitarius opem medicorum in morbis ſuis adhibeat, ſed in Chriſto omnem ſuam ſpem reponat.

Io. Chrysostomi ſcripta, quibus permulta ſanctioris vitae argumenta enarravit. Sunt illa diverſi generis exſtantque eius *Sermones*, *Epiſtolae* atque *Opuſcula*, quibus omnibus doctrinam moralem illuſtravit, vel oblata occaſione, vel ſingulari ſtudio. Inter ſcripta ex inſtituto compoſita atque ad vitam hominum ſpectantia, locum habent: Libri *de Compunctione cordis* (περὶ κατενύξεως) *ad Demetrium* et *ad Stelechium* de eodem argumento, conſcripti a Chryſoſtomo, adhuc Lectore, ſaltem Diacono, *quod regulares feminae viris cohabitare non debeant* (περὶ τοῦ μὴ κανονικὰς συνοικεῖν ἀνδράσιν) *in eos, qui ſorores adoptivas habent* (πρὸς τοὺ ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους), opus *de Virginitate* (περὶ παρθενίας), libri *adverſus vitae monaſticae vituperatores* (πρὸς τοὺς πολ-

μοῦντας τοῖς ἐπὶ τὸ μονάζειν εἰσαγοῦσιν), libri duo *ad viduam iuniorem* (εἰς νεωτέραν χηρευσάσαν), liber paullo ante obitum ſcriptus, *quod nemo laeditur, niſi a ſe ipſo* (ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα, οὐδεὶς παραβλάψαι δύναται). De vita, pie recteque inſtituenda, Chryſoſtomus, non ſolum praeclare expoſuit omnique ſtudio alios ad ſanctimoniae exercitationem hortatus eſt, ſed etiam quae dedit, praecepta praeclaro exemplo confirmavit, quum conſtat, eum vitae ſanctiori multam operam dediſſe. Sed vivendi rationem, quae Monachorum propria eſt, nimis magni aeſtimabat atque in eximio honore habebat, et quum eloquentiae, qua valebat, non iuſtum ac ſapientem modum teneret, planum ac ſimplex dicendi genus, quod doctrina moralis requirit, neglexit. De Chryſoſtomo quum Io. Franc. Buddeus *Iſagog. ad theologiam univerſam* Libr. II. Cap. 4. §. 5. p. 633. diſſerit, bene animadvertit: *In ſcriptis eius multa recte et praeclare dicta, nemo temere diſſitebitur, ſemper tamen meminiſſe oportet, eum oratorem eſſe, adeoque nec in verbis, nec ſententiis ubique exactum. Namque ad demulcendas aures, ad concitandos in affectum animos, magis, quam ad convincendum intellectum, quam ad veritatem, aut* ἀκριβῶς *proponendam, aut rite demonſtrandam, iſtorum hominum ſermo comparatus eſſe ſolet.* *)

Ambrosii libri, in quibus multa, ad doctrinam moralem ſpectantia, habentur. In illis eſt libellus de *dignitate humanae conditionis,* quo egregium argumentum enarratur atque oſtenditur, hominis naturam Dei ſummam ſapientiam, potentiam ac bonitatem prae ſe ferre; animale, quod ratione careat, longe antecedere, ſique praeſtantiae huius diligens ac recta fiat meditatio, animos noſtros commovere

---

*) Cf. Dupin *Nova Biblioth. Auctorum eccleſiaſt.* III, 79. Stäudlin l. c. III, 221.

illam posse ad colendum Deum aliaque peragenda, quae in lege divina sunt praescripta. Exstat eiusdem opusculum *de bono mortis*, in illorum gratiam conscriptum, qui cupiunt, ut per beatam mortem a molestiis miseriisque liberentur, ac praeter hoc alia scripta, quae huc referri possunt. Pervenerunt ad nos libri de *Caino et Abele*, de *Noacho et arca*, de *Abrahamo*, de *Isaaco et anima*, de *Iacobo et vita beata*, de *Iosepho*, de *Davide*, de *Elia et ieiunio*, de *Nabutha iezraelita*, de *Tobia* s. *adversus foeneratores*. Quum Ambrosius in libris his historiam sacram de Patriarchis atque aliis sanctis hominibus recenset atque illustrat, occasionem sumit, exempla virtutum ac vitiorum exhibendi ac methodo, doctrinam moralem tradendi, paradigmatica utitur. Dignus est Ambrosius laude, qua Gebh. Th. Meierus *Introduct. in univers. theol. moral. studium*. Cap. XI. §. 18. eum ita ornat: *Imitandus est Ambrosius in dictione, in sententiis, in interpretandis Scripturis, in ratione excerpendi et compilandi scrinia aliorum doctorum, in modo tractandi τὰ ἠθικὰ, et denique in omni sua vita. Theologi moralis, praesertim ubi paraeneticum agit, dictio sit modesta, pie iucunda et civilis necesse est, ut alibi declaratum. Iam vero dictioni Ambrosianae adest modestia quaedam ac pia iucunditas, grataque civilitas, ut vel hoc nomine merito Ambrosius audiat. Deinde, nil aeque animis nostris haeret, ac sententiae argute dictae, quarum propterea insignis est usus in vita et moribus hominum formandis ac regendis. Illarum summus artifex vel vulgo perhibetur Seneca, cui tamen hac in re praeferendus noster Ambrosius, quod mollior ac sedatior incedat. Sententias loquitur melle ac papavere sparsas, melleas perpetua semper dignissimas vita.* Quamvis Ambrosii nec acumen nec magnitudo ingenii admodum sit laudanda; de morum doctrina tamen bene meruit, quamquam non tam in summa

praeceptorum ac diſciplinae rationem exponenda, quam in ſingulis praeceptis tradendis et proponendis.*) Severum iudicium experti ſunt libri de Officiis apud I. Mich. Heinzium in Progrr. II. *Beſchreibung d. Bücher d. heil. Ambroſius de Officiis*, Vinar. 1790. 4. „Unbeſtimmte Begriffe, unrecht verſtandene Worte und Erklärungen, ſchlechte Auslegungen der Schriftſteller A. u. N. T., die gewaltſam angezogen werden, und nichts beweiſen, unſchickliche Exempel, Wiederholungen, Unordnung und Verwirrung in den abgehandelten Materien, ſchlechte Uebergänge von einer zur andern, weitläuftige Abſchweifungen auf unnöthige Dinge, wobei den Leſer die Geduld verläſst, und nichts herauskommt, wechſeln durch das ganze Werk oft mit einander ab."

Hieronymi *Epiſtolae* aliaeque Commentationes: de *vita Clericorum ad Nepotianum; Inſtitutio Monachi ad Ruſticum*; de *Monogamia*; de *cuſtodia Virginitatis ad Demetriadem*; de *ſeruanda Viduitate ad Saluinam*; item: *Exhortatio de laude vitae ſolitariae ad Heliodorum; Invitatio ad ſeceſſum Bethlehemiticum ad Marcellum*, atque alia generis huius ſcripta, quae tamen parum iuvant ſtudia verae theologiae moralis. Solitariam vitam Hieronymus nimis commendat atque in matrimonium iniquum ſe praebet. Quum ipſe fervido ac concitato ingenio animoque eſſet, omnis fere moderationis oblitus eſt, affectuique ſaepe ita indulſit, ut neque rectae rationis, neque Scripturae S. normam earumque effata ſequeretur. Quae animi vehementia in cauſſa etiam eſt, quod in morum doctrina abſurda ſatis multa proferat. Quae Io. Dallaeus de *de uſu Patrum* Lib. 1. Cap. 8. p. 177. de eo ac quibusdam aliis Patribus pronuntiat, ea non penitus improbanda ſunt, quando iſte ſcribit: *Hic mos apud Patres frequens*

*) Stäudlin l. c. III, 42.

eſt, maxime apud Tertullianum, Ambroſium et Hieronymum, qui quum ingenio ſint feruido ac concitato, quam in partem propendent, eo tanto impetu feruntur, ut quos quidem laudant, eos inter Angelos, quos vero vituperant, inter Diabolos collocare videantur. Ita, quae credenda putant, non aliter commendant, quam ſi totidem eſſent Chriſtianiſmi fundamenta, quae reiiciunt ac refutant, non aliter explodunt, quam ſi merum Atheismum ſpirarent. *)

Augustini ſcripta, qui in doctrina morali explananda ac moribus hominum recte formandis laudabilem operam poſuit, non ſolum oblata occaſione, in Homiliis ac Scripturae S. interpretationibus, ſed etiam in libris ac commentationibus, ſingulari ſtudio conſcriptis. Spectat huc: *Enchiridion ad Laurentium de Fide, Spe et Caritate*, ubi non ſolum dogmata fidei traduntur, ſed etiam, de iis, quae ad vitam pertinent, ſed brevius diſſeritur. Exſtant quoque eiusdem Libri de *Fide et Operibus*, in quibus maxime inculcatur, fidem operibus carere non poſſe; de *Agone chriſtiano*, quo hortatur ad pugnam contra Diabolum ac pravas cupiditates, ad corpus ſervituti ſubiiciendum, ad Chriſtum fide amplectendum, vultque ſimul, ut haereſes devitentur. Scripſit praeterea Auguſtinus de *Continentia; de Opere Monachorum*, quo libro cauſſam agit eorum Monachorum, qui manibus ſuis ac propriis alimentis ſe ſuſtentabant contra illos, qui aliorum tantum liberalitate alebantur, hosque ignaviae atque arrogantiae inſimulat. In fine Crinitos Monachos reprehendit ac petit, ne contra praeceptum apoſtolicum in coma nutrienda pergant. Generis huius alia monumenta adiungi debent: Lib. de *Patientia;* alius de *utilitate Ieiunii;* Libb. II de *moribus Eccleſiae catholi-*

*) Stäudlin l. c. p. 78. Cf. Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chriſtl. Dogmengeſch.* p. 311.

cae et Manichaeorum, quorum prior velut compendium doctrinae moralis complectitur ac fundamenti loco ponitur, solum Deum esse animae nostrae summum bonum hocque nomine supra omnia amandum, idque oraculis V. ac N. T. comprobatur. Quibus expositis, ostendit Augustinus, virtutes omnes nihil aliud esse, quam diversos amoris divini modos: temperantiam nimirum esse amorem, quo quis se Deo purum et incorruptum servet; fortitudinem, amorem, quo quis omnia libenter pro gloria Dei patiatur, id quod etiam de aliis virtutibus dicendum. Ad regulam hanc Christianorum mores diiudicat ac libro secundo monstrat, ab ea mores Manichaeorum longe discedere. Nec praetermittendi sunt Libb. II *Soliloquiorum*, eo consilio scripti, ut ex illis discamus, quomodo in cognitione Dei ac virtute proficere queamus. Sunt alia Doctoris huius monumenta moralia, quae autem non tam ad ethicam, quam ad iurisprudentiam divinam, ad eam theologiae moralis partem pertinent, qua de legibus divinis officiisque hominum exponitur; Libri de *Coniugiis adulterinis*; de *Mendacio et contra Mendacium*, de quibus atque aliorum Patrum huiusmodi scriptis postea plura dicenda erunt. In argumentis moralibus pertractandis, Augustinus ab aliis Patribus discrepat, qui praesertim ante eum in doctrina morum ingenia sua exercuerunt. Quamquam artem rhetoricam esset professus ab eloquentiae tamen nimio studio, abstinebat; quum autem inprimis scholae inservire vellet, Philosophos eorumque docendi methodum sectatus est: varios casus formavit, varias quaestiones subtiles excogitavit proposuitque ac reliquit exemplum, quod Doctores scholiastici, praesertim, uti adpellantur, *Moralistae* ac *Casuistae*, imitarentur. De eo iure dici potest in rebus quae ad theologiam et morum doctrinam attinent, quod de se in philosophando fatetur Ci-

cero, *Magnum Opinatorem* eſſe, h. e. ſolere Auguſtinum, plerasque probabiles duntaxat opiniones proferre. *)

Salviani monumenta, omni laude ac lectione digna, quibus doctrinae morali lucem attulit. In illis ſunt Libb. VIII de *Providentia et Gubernatione Dei deque iuſto ac praeſente eius iudicio*, ad Salonium Epiſc., diſcipulum olim eius. Quum Deus eo tempore, Orbem Roman. per Gothos et Vandalos, haereſi Arianae addictos, affligeret, multorum querelae factae ſunt contra Deum, eum vel negligere res humanas, vel ſi curaret illas, in hac tamen vita iudicium non exercere, aut ſi quod exercere, id tamen iniquum videri. Impiis his querelis, immo blasphemiis vt Salvianus fortiter reſiſteret, occaſionem ſumſit, adductos libros de Providentia Dei ſcribendi ac monſtrandi, per calamitates, quibus gentes affligantur, Deum iuſtiſſimum iudicium adhibere hocque rationibus, teſtimoniis atque exemplis probandi. Omnia haec Salvianus copioſe graviterque exponit, eum in finem, ut flagitioſos atque impios homines ad poenitentiam incitet ac commoveat. Reliquit etiam Salvianus Libb. IV *adv. avaritiam, praeſertim Clericorum et Sacerdotum*, ſub ficto *Timothei* nomine editos. Digni et illi ſunt, qui legantur nemo autem morum praeceptis, quae tradit ſine exceptione ſubſcribet. Diſputat contra Avaritiam atque oſtendit, illud vitium eſſe omnium vitiorum graviſſimum et maxime deteſtabile ac quibus homines iſti ſpeciem conciliare velint, ea omnia eſſe vana. Docet, liberalitate in pauperas eſſe redimenda peccata, in exitu praeſertim vitae bona pauperibus eſſe diſtribuenda,

*) *Morale tirée du St. Auguſtin* p. Mr. l'Abbé Grou. Par. 1786. II. 8. Stäudlin p. 110. Notae ſunt turbae, quae ſuper Auguſtini doctrina de humanae naturae ſanitate, aegritudine, medicina, qualem Corn. Iansenius expoſuit, natae ſunt.

ſemperque aliquam bonorum partem ad pias uſus eſſe legandam. Vid. I. A. ERNESTI *de avaritia eccl. et Salviani adv. avaritiam libello — Opuscc. theol.* p. 549. *) Addi poſſunt eiusdem *Epiſtolae,* in quibus etiam continentur argumenta, ad vitam ac mores hominum ſpectantia.

IO. CASSIANI Libri XII de *inſtitutis Coenobiorum,* in quorum octo poſterioribus, qui et titulum habent *de remedio octo vitiorum,* de octo vitiis capitalibus diſſerit: de *Spiritu* videlicet *Gaſtrimargiae* i. e. τῆς περὶ γαστέρα μανίας ſ. inſani ventris ſtudii, de *Spiritu Fornicationis, Phylargyriae, Irae, Triſtitiae, Acediae* ſ. gloriae inanis cupidinis, *Cenodoxiae, Superbiae,* in quibus multa legenda ſunt non ſine utilitate: accommodata autem eſt Caſſiani doctrina moralis praecipue ad monaſticum vitae genus. **)

LEONIS *Magni* ſcripta, inter quae ſunt *Sermones* atque *Epiſtolae* quam plurimae. In *Sermonibus* Leo non raro morales res pertractat ac de virtutibus vitiisque diſſerit et quae illarum commoda, horum

---

*) „Etſi negari non poteſt, in iis libris eſſe quasdam de avaritia univerſa ſententias, casque ſaepe bellas et argutas, reprehenſionem etiam Clericorum et Monachorum L. II. et IV., qui divitias ſervent, nec vel vivi vel moribundi Deo tradant, inprimisque locum egregium adverſus hereditatum captatores, in lib. III. ſine, tamen, ſi quis argumentum, quod proprie per univerſum opus tractatur, exprimere, et inde titulum verum operi facere velit, rectiſſime *Pro avaritia eccleſiaſtica* inſcribat. Nam omnia, a principio ad finem, eo ſpectant, ut omnes omnium pecuniae per donatiònes et teſtamenta, verbo ad pauperes, re vera ad Eccleſias et Monaſteria confluant. Vult enim haeredes ſcribi Eccleſias, non liberos, non fratres et amicos, atque id dicit *reddere Deo ſua,* et *redimere peccata.* Hoc ille inculcat, centies repetit: durum videri fatetur; et tamen neceſſarium eſſe defendit, ut unum remedium peccatorum, quod morituro reliquum ſit, unum, in quo aliqua ſalutis ſpes ſit, unum, quo etiam ſancti redimere reliquias peccatorum poſſint." Haec ERNESTI p. 561.

**) PHOTIUS *Cod.* 197. mirifice eos libros laudat. Cf. BUDDEI *Iſagoge* p. 504 ſq.

autem incommoda ſint enarrat. Quum ita non ex inſtituto, ſed data tantum occaſione doctrinae morali lucem attulit, dimittimus *Sermones* ac de *Epiſtolis* memoramus, in illis praecipue ea ſcripta eſſe, quae ad diſciplinam eccleſiaſticam ritusque ac ceremonias pertinent. De omnibus tamen hoc minus dicendum eſt. In *Epiſtola* ſ. Libello *ad Demetriadem virginem*, exponitur de *humilitate chriſtiana*; de auctore autem eius disputatur. Sunt, qui illam Prospero *Aquitanico* tribuunt. Repugnat Paschas. Quesnellus, qui Leonis *Opera* edidit, ac ſingulari *Diſſertatione* quae eſt *quarta* inter reliquas *Diſſertationes*, a Quesnello in *Tomum II. Leonis* translatas p. 221. probare annititur, Epiſtolam hanc omnino a Leone exaratam fuiſſe. Ita Leo hic non magnum locum inter Patres, qui theologiae morali illuſtrandae operam dederunt, ſibi fecit. *)

Gregorii *Magni* Libri *Moralium*, ſ. *Expoſitio in Iobum*, quae non interpretationem libri Iobi complectitur **), uti inſcriptio eius indicare videtur, ſed promtuarium tantum rerum moralium. Operis huius auctoritas olim magna fuit eamque fabulis ac commentis maiorem reddere, nonnulli conati ſunt; minus autem viam ad veram pietatem oſtendit Gregorius et quum curas cogitationesque maxime ad ritus ac ceremonias ſervandas ac multiplicandas contulit, dicendum omnino eſt, Gregorium hunc ſanctimoniae ſtudiis magis nocuiſſe, quam profuiſſe. Idem pronuntiandum eſt de reliquis eius ſcriptis, de *Libro paſtoralis curae* ad Ioannem, Ravennae Epiſc., de

---

*) Stäudlin III, 162.

**) Interpretandi rationem, quam ſequitur in his libris Gregorius, declarat ipſe in *Ep. ad Leandrum*. *Primum quidem*, inquit, *fundamenta hiſtoriae ponimus: deinde per ſignificationem typicam in arcem fidei fabricam mentis erigimus; ad extremum quoque per moralitatis gratiam, quaſi ſuperducto aedificium colore veſtimus*.

libris Dialogorum, de vita et miraculis Patrum italicorum et *de aeternitate animarum*, de quorum fide autem disputatur, dum alii maxime inter Reformatos negant, Gregorium M. horum *Dialogorum* auctorem esse atque argumenta afferunt, quae sententiam eorum probabilem reddunt, alii autem, iique Pontificii, libros monumentis Gregorii, ut germanos ingenii fetus, annumerant. Exstant etiam eiusdem Libri *Epistolarum*, in quibus quidem res morales habentur, multae autem earum sunt adulterinae. In primis memorandus est Liber de *Conflictatione virtutum et vitiorum*, qui ab aliis Augustino, ab aliis Ambrosio adscribitur, minus autem vere. Gregorium enim auctorem esse, ideo alii statuunt, quoniam libellus hic in libris *Moralium super Iob* de verbo ad verbum contineatur. Omnia haec si expendamus, facile ex iis colligendum est, Gregorii Magni monumenta de doctrina morali non magni esse momenti. Eo tempore doctrina moralis iam multum corrumpi coepit. Verum esse Christianum, perversa erat persuasio, qui talis videbatur, reipsa autem non erat, specimen tantum sanctioris vitae prae se ferebat ac superstitosos ritus praeceptaque humana accurate sequebatur; ut autem pectora plena essent fidei atque amoris, id haud curabant.*)

Isidori *Pelusiotae Epistolae*, quarum quinque libri prodierunt cum notis. Inter varia argumenta, quae ibi habentur, sunt etiam moralia, quamobrem, quando de Patrum Ecclesiae theologia morali exponitur, illius etiam mentio fit. Multa divini humanique iuris capita explicat ac de iis praecipit, quae ad mores formandos vitamque recte instituendam usui esse possunt. Eam ob rem Gebh. Th. Meierus l. c. Cap. XII. §. 28. de Isidoro nostro haec scribit: *Placuit ipsi epistolari scribendi genere Scripturam et*

*) Stäudlin III, 168.

alia occurentia dubia explanare, quamvis nonnullae Epistolae orationi similiores videantur. Uti autem Chrysostomi discipulus, ita ipsius doctrinae addictior fuit, ut non raro Chrysostomum imitatum fuisse, aliquando et exscripsisse deprehendatur. De rebus expetendis fugiendisque disseruit erudite, et multa iuris cum divini, tum humani capita luculentis epistolis illustravit. Et vero quia τὰ πρακτὰ ipsius sunt saepe πολυτικώτερα, ideo et iuris romani interpretes subinde ad epistolas Isidori provocare solent. Nobis in theologia morali Isidorus post Chrysostomum locum habebit. *)

Isidori *Hispalensis* varia monumenta, ob quae ille ad locum hunc referri potest. Sunt illa: Libb. III *Sententiarum*, magnam partem ex Gregorii *Magni* libris *Moralium* excerpti; **) Libb. II *Soliloquiorum;* Libellus de *Contemtu mundi;* Or. de *flendis semper peccatis ad correctionem vitae.* ***)

§. 124.

Inter Patrum Ecclesiae scripta moralia sunt nonnulla, quae ad sic dictam *Iurisprudentiam divinam* pertinent, ad disciplinam illam, qua de legibus divinis deque officiis hominum hinc fluentibus exponitur, †) ita conscripta, ut in aliis

*) Stäudlin III, 259.

**) Harum sententiarum Epitomen exhibent *Progrr. III. de libris III Sententiarum Isidori Hispalensis,* Regiom. 1826 sq. 4.

***) Stäudlin III, 177.

†) Qui superiori aetate theologiam moralem accuratiori quadam ratione tractabant, eam, quae de inferiori animi cultura, virtutibusque et earum incremento, agit, doctrinam, discernere solebant ab ea, quae de Officiis h. e. Actionibus hominum ad legem divinam componendis, praecipit; illamque *Theologiae moralis* specialim hic dictae, hanc autem *Iurisprudentiae divinae*, eo quod in ea quoque de legibus divinis consideratio instituebatur, nomine insigniebant.

maior, in aliis minor induſtria probata ſit ac Commentationes nunc longiores, nunc breviores exhibeantur.

Argumenta Iurisprudentiae divinae a Patribus Eccleſiae ſaepe explanata ſunt oblata occaſione, in Homiliis ac Sermonibus, in interpretationibus Scripturarum SS.; alio tempore atque opportunitate, cuiusmodi tamen ſcripta omittimus. Quum et fuerunt, qui ex inſtituto Iurisprudentiae divinae lucem afferrent, ad horum monumenta enarranda nos convertimus. Sunt iſta:

Tertulliani Lib. de *Spectaculis*, quo contra illa diſputat atque oſtendit, Chriſtianorum officium eſſe, ut a ludis his abhorreant, nec eorum ſint ſpectatores. Ut ſententiam ſuam probet, non ſolum ad ea reſpondet, quae pro ſpectaculis afferuntur, ſed etiam recenſet varia argumenta, quae illis repugnant. In illis ſumtum eſt quoddam a Baptismo noſtro, quo nos renuntiaverimus Diabolo et Pompae et Angelis eius, per conſequentiam etiam ſpectaculis, quum illa ad Pompam Diaboli pertineant. Ita quoque alii veterum ChriſtianorumDoctores hac de re ſtatuunt, Theophilus Antioch., Cyprianus, Chryſoſtomus, Epiphanius atque alii. Diverſa erant horum Spectaculorum genera. Referri et huc poteſt Tertulliani Lib. de *Cultu feminarum*. Intelligit per *Cultum* ornatum corporis eiusque partium, ac varias rationes enarrat, cur feminae illum haud ſectari debeant, quia de carne gloriari, neminem liceat; quia id a feminis curandum ſit, ut ſolis maritis placeant; quia Deo diſpliceant eumque reprehendant, quae cutem medicamentis ungant, genas rubore maculent, oculos fuligine collinant; quia nomine chriſtiano indignum ſit, fictam faciem geſtare, quibus ſimplicitas omnis ſit praeſcripta, effigiem mentiri, appetere, quod datum non ſit. Addit veluti

novum argumentum, suspicionem impudicitiae esse vitandam, nec ad pudicitiam christianam sufficere, ut illa in pectore feminae omnino sit, sed necesse quoque esse, ut ista videatur casta ac pudica.

Cypriani liber de *Habitu Virginum*, ubi Virgines hortatur, ut ab inani cultu ac vanis ornamentis abstineant, veram continentiae ac pudicitiae laudem sibi concilient, omnia fugiant, quae homines ad pravas cupiditates atque ad peccata incitare, Deum autem ad iram ac poenas infligendas commovere possint. Addit, sectanda esse aeterna ac divina, imitandum Christum. Virgines non gloriari debere de suis divitiis iubetque, vestium insignia negligere; cerussam non adhibere ad novum colorem corpori afferendum, quoniam, ubi hoc fiat, Deus, qui corpus formaverit, reprehendatur; cum viris balnea non celebrare. Spectant huc alia quaedam Cypriani scripta atque in his de *Opere et Eleemosynis*, quo multas ac graviores rationes recenset, ob quas misericordia ac liberalitas erga pauperes monstranda sit, it. Liber de *Zelo et Livore*, contra invidiam, quae detestabile esse vitium monstratur.

Augustini Libb. II de *Coniugiis adulterinis ad Pollentium*, quibus Paulli verba sententiamque de coniugio, 1 *Corinth.* VII. illustrat disputatque de divortio ac de quaestionibus, quae ad illud spectant: num divortium fieri possit sique id factum sit, num liceat, novum matrimonii foedus inire. Exstant nonnulla alia Augustini scripta, quae ad locum hunc referri solent. In his est liber de *Mendacio*, quo explanat mendacii naturam ac postquam quaestionem proposuit: num mendacium dicere liceat? octo mendaciorum genera recenset atque affirmat, numquam esse mentiendum. Idem statuit Libro *contra Mendacium ad Consentium*. Respondet ibi ad scripta, quae ipsi diiudicanda miserat Consentius de ad-

hibendo usu mendacii ad detegendos latentes Priscillianistas, qui se Catholicos esse simulabant, atque ostendit, nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias quaerendos esse. Refellit Priscillianistarum opinionem, ad occultandam religionem religiosos debere mentiri ao monstrat, quae proferantur dicta atque exempla haud probare, quod probare debeant sique et mendacium ad salutem huius atque alterius vitae utile ac necessarium videatur, illud tamen impium esse, maximeque in rebus, quae ad religionem pertineant, vitandum.

Ambrosii Libri tres de *Officiis*, quod inter Patrum scripta iurisprudentiae divinae princeps opus est. Imitari voluit Ciceronem in libris eius de *Officiis*, idque feliciter praestitit: imo eum, quem veluti exemplum ob oculos posuit, multum superavit. Generatim quidem libri hi inscripti sunt *de Officiis*, exponunt autem speciatim de officiis Ministrorum Ecclesiae ac monstrant, quomodo illi munus suum recte ac rite administrare debeant. In principio ostendit Ambrosius, Episcopi proprium munus esse docere; sibi autem discendum esse, ut doceat. Quibus explanatis, progreditur atque enarrat, qua ratione sit loquendum ac tacendum, decorum quale debeat servare ac de locis statuit, quamvis illi nonnumquam honesti sint, eos tamen in ecclesiasticis viris omnino proscribendos; vocem autem puram ac simplicem esse oportere. Tria in rebus peragendis adhibenda esse, addit, nimirum ut rationi appetitus subiiciatur; ut in studiis iusta seruetur moderatio; ut denique suo quaeque tempore atque ordine gerantur. Indicant haec quidem ac multa alia, quae sequuntur, Ambrosium praecipere de officiis, omnium Christianorum communibus; attamen opus hoc praecipue ad Ministros Ecclesiae spectat. Confirmant hoc etiam Codices mspti, qui titulum de *Officiis Ministrorum* prae se ferunt. Et-

dem inſcriptio eſt in Benedictinorum editione AMBROSII *Operum*. *)

§. 125.

Exſtant praeterea Patrum ſcripta moralia, quae ut ab aliis diſtinguantur ac proprium locum obtineant, a nonnullis *myſtica* vocantur; quae autem appellandi ratio minus eſt apta. Quodſi theologia myſtica *impura* l. *corrupta* intelligatur, illa antiquis Eccleſiae Doctoribus, recte ſentientibus, haud attribui poteſt, ſive ad eius dogmata, ſive ad dicendi genus animum advertamus; ubi autem ſermo eſt de *pura* theologia myſtica, non eſt cauſſa, cur inter moralia Patrum monumenta conſtituere velimus ſingularem ordinem eumque myſticorum cum per hanc ipſam theologiam myſticam nihil aliud intelligitur, quam ipſa theologia moralis ſtricta ſic dicta.

Ex ordine eorum Patrum, quibus ſcripta myſtica tribuuntur, a nonnullis adducuntur:

DIONYSIUS *Areopagita*, ſub cuius nomine inter alia adulterina monumenta circumfertur Opuſculum de *myſtica theologia;* minus autem recte ad locum hunc refertur. Suppoſitum illud eſt, nec quidquam ex theologia morali complectitur.

---

*) Cf. I. MICH. HEINZE *Beſchreibung d. BB. des h. Ambroſius de Officiis* p. 668 laud. OELRICHS *Commentarii* p. 78. *Agit Noſter in his libris non tam de Officiis Clericis ratione peculiari ſervandis, quam de iis, quae homini cuique, Clericis autem, qui virtute reliquos homines antecellere debent, inprimis ſancte ſervandae ſunt.* Cf. WERNER IMMINK *Comment. ad Quaeſtionem: E* IOHANNIS CHRYSOSTOMI *opere de Sacerdotio et* AUGUSTINI *cum de Doctrina chriſt. libro IV. tum de catechizandis rudibus libello, nec non ex* AMBROSII *de Officiis Miniſtrorum Eccl. libris conquirantur et iuſto ordine diſpanantur praecepta, quae in ſacro adminiſtrando munere etiamnum in uſum ſuum convertere poſſint doctrinae chriſt. interpretes;* in *Annal. Academiae Lugd. Batavae* a. 1827 — 28.

Clemens *Alex.*, qui hominem suum christianum, quem *Gnosticum* vocat, aeque ac Stoici suum sapientem, et prorsus ἀπαθῆ et tantum non ἀναμάρτητον describebat. Quod licet non malo fecerat consilio hoc ipso tamen πλατωνίζοντος theologiae mysticae fundamenta iecisse creditur. At vero propter solam doctrinam de homine, omnium affectuum experte, propter unicum dogma Stoicorum, inter magistros ac defensores pravae theologiae mysticae haud numerari potest, nec affirmare licet, Clementem doctrinam moralem mysticam, quae impura est, tradidisse.

Ephraemus *Syrus*, de quo omnino pronuntiandum est, inter scripta moralia, ab ipso relicta, quaedam ita composita esse, ut illis locus inter monumenta mystica pura nimirum, facile assignari possit.

Macarius senior, de quo idem pronuntiandum est, quod diximus de Ephraemo. Sunt in eius *Homiliis* atque *Opusculis* monumenta, quae mystica appellare licet, sensu nimirum sano rectoque. Nulla tamen adest causa, Patres hos in theologia morali a reliquis ita distinguendi, ut singularem ordinem constituant, quemadmodum nonnulli et inter Nostrates praesertim: Gfr. Arnoldus in *Historia et descriptione theologiae mysticae* fecerunt. Ea sana, quae ad theologiam mysticam pertinent, non singularia eique soli propria, sed omni theologiae morali communia sunt. Quando enim exponitur ibi de rebus, quae sublime quid prae se habent, de unione fidelium cum Deo, speciatim cum Christo; de operationibus gratiae divinae in anima, de mente, a pravarum cupiditatum sordibus omni studio purganda; de vitiis ex intimis cordis recessibus eiiciendis perdomandisque prorsus ac subigendis affectibus; quando similia argumenta pertranctantur, doctrina huiusmodi appellari solet mystica, qui eam tradunt, illi dicuntur Mystici. Sermo tamen est de puriore theologia mystica, id quod iam antea monuimus.

§. 126.

Quid de Patrum Ecclesiae theologia morali sit statuendum, qua in existimatione illa haberi debeat, quaestio est, quae distinctam responsionem postulat. Quodsi enim ad methodum animum advertimus, qua Patres in argumentis moralibus enarrandis usi sunt, non penitus illa laudanda, aut approbanda est. Qualem methodum in Patrum scriptis sanctioris doctrinae deprehendimus, quando dogmata vel tradunt atque explicant, vel ab adversariis defendunt, talem etiam in moralibus eorum monumentis habemus. Neque accuratioris ordinis, neque iustae ac solidae probationis studiosi erant.

Intelligendum hoc est praecipue de Patribus, qui maxime tribus prioribus seculis vixerunt. Versati illi multum sunt in illis, quae ad ἄσκησιν spectabant, ac quum alios instigarent ac commoverent ad studia sanctioris vitae, methodum asceticam sequuti, accuratum ordinem negligebant. Seculo quarto ac quinto vero antiquioris Ecclesiae Doctores coeperunt, id diligenter curare, ut scholae inservirent ac methodi ordinisque regulas sequerentur. In illis princeps fuit *Augustinus* ac permultos nactus est asseclas.

§. 127.

Ad Patrum dogmata moralia ipsa si animos convertimus eademque cum iudicio diligenter contemplamur, videbimus sane in scriptis illorum praecepta atque effata praeclara, omni lectione digna ac diligenter custodienda. Nec tamen negandum est, illos, uti in reliquis theologiae partibus, ita in hac quoque a veritatis via nonnumquam aberrasse ac variae imbecillitatis documenta reliquisse. Generatim ab eo, quod Ecclesiae

Lutheriae Doctoribus verum eſt, deflexerunt, quum diſcrimen Naturae ac Gratiae vel non exploratum habuerint, vel non accurate applicaverint.

Inde factum eſt, ut de principiis deque morali ratione actionum humanarum non ſemper recte iudicarent ac quod Gratiae divinae debemus, id Naturae tribuerent, nec vere definirent, quae ſint Naturae, quae Gratiae opera. Quum certamina Pelagiana non tam in Eccleſia orientali, quam occidentali fierent atque in hac maior diligentia ad inveſtiganda dogmata de peccato originali et hominum corruptione naturali adhiberetur, fieri aliter non poterat, quam ut Doctores Eccleſiae orientalis de principio actionum humanarum moralium, num illae Naturae, an Gratiae ſint adſcribendae et num homo naturalis in rebus ſpiritualibus liberum arbitrium habeat, nec ne, accuratius ſtatuerent, quam Patres orientales. Hi tamen poſtquam cognoverant, quae contra Pelagianos diſputata fuerant, meliora tradere coeperunt.

§. 128.

Speciatim Patres in errores Doctrinae moralis inciderunt, quando de ratione morali actionum noſtrarum iudicare ac determinare debebant, num bonae illae ſint an malae, num licitae an illicitae. Philoſophorum gentilium ſententias, quae pulcrae quidem ac praeclarae videbantur, re ipſa autem non erant, maxime ex Schola Platonicorum ac Stoicorum, nonnumquam approbarunt, laudarunt ac cum dogmatibus chriſtianis coniunxerunt, ſine omni prudentia, et, quae adhiberi debuiſſet, circumſpectione. Quales ſint errores, quos Patres Eccleſiae circa theologiam moralem errarunt, ut videamus, quaedam eorum exempla memorabimus. Varia illa ſunt ac ſpectant:

1) ad *Coniugium*, a quo nonnulli inter Patres plane alieni fuerunt; vehementer ac nonnunquam iniuriose adversus illud pugnarunt; vitam autem caelibem ac solitariam, perpetuam virginitatem ac continentiam summo studio commendarunt. Testem habemus Tertullianum *Libro ad uxorem* Cap. III., qui haec reliquit: *Quod denique scriptum est, melius est, nubere, quam uri: quale hoc bonum est, oro te, quod mali comparatio commendat? ut ideo melius sit nubere, quia deterius est uri. At enim quanto melius est, neque nubere, neque uri? Etiam in Persequutionibus melius est, ex permissu fugere de oppido, quam comprehensum et distortum negare: atque isto beatiores, qui valent beata testimonii confessione non excidere. Possum dicere, quod permittitur, bonum non est. Quid enim? Necesse est mori mihi. Si ploro, bonum est. Quod si timeo quod permittitur, suspectam habet permissionis suae caussam. Quod autem melius est, nemo permisit, ut indubitatum et sua sinceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quaedam, quia non vetantur: etsi quodammodo vetantur, quum alia illis praeferuntur. Praelatio enim superior, dissuasio est infimorum. Non ideo quid bonum est, nec ideo malum non est, quia non obest.* Similia de *Exhortatione castitatis* Cap. III. pronuntiat. Postquam Paulli verba adduxerat: *Melius est nubere, quam uri*, addit: *Quae vox licet ad eos pertineat, qui inupti, vel vidui a fide deprehenduntur; quia tamen omnes eam ad nubendi licentiam amplectuntur, velim pertractare, quale bonum ostendat, quod melius est poena; quod non potest videri bonum, nisi pessimo comparatum; ut ideo bonum sit nubere, quia deterius est ardere. Bonum ita est, si perseveret nomen obtinens sine comparatione, non dico mali, sed etiam boni alterius; ut et si bono alii comparatur, et alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni*

nomine. Ceterum, ſi per mali conditionem cogitur bonum dici, non tam bonum eſt quam genus mali inferioris, quod a ſuperiore malo obſcuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique conditionem comparationis, ut non dicas, melius eſt nubere, quam uri; et quaero, an dicere audeas, melius eſt nubere, non adiiciens quid ſit id, quod melius eſt. Ergo quod non melius, utique nec bonum; quia abſtuliſti et removiſti conditionem comparationis, quae dum melius illud facit, ita bonum haberi cogit. Melius eſt nubere quam uri; ſic accipiendum eſt, quomodo melius eſt uno oculo, quam duobus carere: ſi tamen a comparatione diſcedas, non erit melius, unum oculum habere, quia nec locum. *) Fuerunt alii inter Patres, qui inique de Matrimonio ſentirent ac nimium pretium caelibatui tribuerent. In numero illorum ſunt: Ambrosius, qui Matrimonium fere in rebus turpibus numeravit, ut apparet ex eius libris *de Virginibus ad Marcellinam ſororem; de Virginitate ad Virginem devotam; de Virginis conſervatae lapſu; de Viduis; de inſtitutione Virginis ſ. Sermo de virginitate perpetua S. Mariae* **); Hieronymus, qui omni ſtudio omnique occaſione vitam caelibem perpetuamque virginitatem commendavit, alios ad huiusmodi vivendi genus incitavit non ſolum ore ſcriptisque, ſed etiam proprio exemplo. Solitariam vitam appellat perfectam, quum qui illam amplectantur, curis rerum ſeculi careant ac tranquillitate animi fruantur et quae divina ac caeleſtia ſunt, attente ac diligenter contemplentur ac multam ea peragendi habeant opportunitatem, quae ad ſalutem ſempiternam conſequendam pertinent.

---

*) Stäudlin *Geſch. d. Sittenl. Jeſu* II, 333. Eiusd. *Geſch. d. Vorſtellungen u. Lehren von d. Ehe.* Götting. 1826. 8. (2 Rth.) p. 271.

**) Stäudlin l. c. III, 56. Oelrichs *Commentarii de Scriptorib. Eccl. latinae* p. 78 ſq.

In monumentis eius, quae conſervata atque ad nos delata ſunt, exſtant: Libri de *Virginitate adv. Iovinianum; Exhortatio de laude vitae ſolitariae ad Heliodorum; Invitatio ad ſeceſſum Bethlehemiticum ad Marcellam; Exhortatio ad perfectam vitam ad Lucinium Boetium;* de *reliquendo ſeculo ad Exuperantium*, una cum aliis Epiſtolis; de *vita Clericorum, ad Nepotianum; Inſtitutio Monachi ad Ruſticum* aliaque argumenti huius ſcripta, quorum et ſupra eſt commemoratio. *)

2) ad *Nuptias ſecundas*, quas Patres nonnulli plane improbarunt, nec ſine iniuria interdum de illis pronuntiarunt, ſi et ipſum matrimonium permitterent primasque nuptias fieri poſſe, putarent. Athenagoras *Legation. pro Chriſtianis* p. 299. nuptias ſecundas appellat *honeſtum adulterium.* Clemens *Alex.* matrimonium ipſum non reiicit, imo dignitatem eius commendat; arbitratur tamen *Lib. III. Stromat.* p. 548., ſecunda vota haud convenire perfectioni evangelicae. **) Eadem damnat Tertullianus Libro de *Monogamia* atque de *Exhortatione caſtitatis,* nec cauſſam erroris huius ſumenda eſt a Montanismo, in quem Tertullianum incidiſſe, conſtat, quoniam alii Patres iique orthodoxi erga Nuptias ſecundas itidem iniquiores fuerunt. In eos, qui matrimonii foedus iterum ineunt, maxime iuiurium ſe praebet Hieronymus praecipue in *Epiſt. de Monogamia ad Gerontiam,* ſ. potius, ut Martianaeus habet, *Ageruchiam.* Comparat illos cum immundis arcae Noae animalibus ac ſerpentibus, ac mulierem, quae nuptias repetat, cum cane ad vomitum revertente.

---

*) Stäudlin *Geſch. d. Sittenl. I.* III, 89. Laudo nuptias, inquit Hieronymus *Ep.* 22. *ad Euſtochium*, laudo coniugium, ſed quia mihi virgines generant.

**) C. F. Stäudlin *Geſch. d. Vorſtellungen u. Lehren v. d. Ehe* p. 265.

6) ad *Eleemosynas*, in quibus laudandis ac commendandis Patres nonnumquam nimii sunt iisque vim meriti tribuere videntur. Videmus hoc ex Cypriano eiusque libro de *Opere et Eleemosynis*, aliique itidem illud testantur, ad effata tamen eorum mitiorem interpretationem adhibendam esse, si quis affirmare velit, non plane ei repugnabimus. Per pium eorum fervorem et quod abuterentur eloquentia, fieri interdum potuit, ut melius sentirent, quam loquerentur.

7) ad *Supplicia capitalia*, quae improbat Lactantius *Libr. VI. Institution. divinar.* Cap. 20. verbis his: *Non enim, quum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet, sed ea quoque ne fiant, monet, quae apud homines pro licitis habentur. Ita neque militare iusto licebit, cuius militia et ipsa iustitia, neque vero accusare quemquam crimine capitali, quia nihil distat, utrumne verbo, an ferro potius occidas, quoniam occisio ipsa prohibetur. Itaque in hoc Dei praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit.* Nec non Ambrosius *Epist. L. V. Ep.* 51.*)

8) ad *dominia impiorum*, quo spectat Augustini sententia (*Epist.* 153. *Operum* edit. Benedict. II, 405.), eos bona seculi non iuste possidere, qui illis non bene utantur. Id quod quum ab improbis fiat, illos bonis seculi non bene uti, sequitur ex principio hoc aperte, malos homines bona sua non iuste possidere legemque postulare, ut a longiore possessione abstineant. Sententia haec non solum in se falsa est, sed etiam turbulenta, sive ita comparata, ut ad tranquillitatem publicam turbandam viam parare

*) Stäudlin *Gesch. d. Sittenl. Iesu* III, 67.

possit. Verba eius sunt: *Iam si vero prudenter intueamur, quod scriptum est: Fidelis hominis totus mundus divitiarum est, infidelis nec obulus,**) *nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena convincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur; hoc autem iure, quod iuste, et hoc iuste, quod bene. Omne igitur, quod male possidetur, alienum est; male autem possidet, qui male utitur. Cernis igitur, quam multi reddere debeant aliena, si vel pauci, quibus reddantur, reperiuntur; qui tamen ubi sunt, tanto magis ista contemnunt, quanto ea iustius possidere potuerunt. Iustitiam quippe et nemo male habet, et qui non dilexerit, non habet. Pecunia vero et a malis male habetur, et a bonis tanto melius habetur, quando minus amatur. Sed inter haec toleratur iniquitas male habentium, et quaedam inter eos iura constituuntur, quae appellantur civilia, non quod hinc fiat, ut bene utentes sint, sed ut male utentes minus molesti sint.* **)

9) *ad Vim in religionis caussa adhibendam*, qua in re Augustinus etiam a recta via aberravit. ***)

10) ad *Martyrium*, de quo veteres christiani Doctores Scriptoresque nonnumquam ita loquuntur, ut illi salutarem vim ad peccata delenda atque expianda tribuant atque illud *Baptismum secundum, Baptismum sanguinis* appellent. Cyprianus *Ep.* 73. de Catechumenis, qui propter nominis Christi confessionem capti et extremo supplicio affecti erant, antequam in coetu Christianorum sacro fonte ablui possent, dicit: *Sciant, Catechumenos illos primo integram fidem et Ecclesiae veritatem tenere et ad de-*

---

*) Verba haecce in Versione LXX interpretum *Proverbior.* Cap. XVII. post vers. 6. leguntur, passimque ab Augustino, Hieronymo aliisque citantur, sed in textu ebraeo non exstant.

**) Stäudlin l. c. p. 149.

***) Stäudlin l. c. p. 152.

bellandum Diabolum de divinis castris cum plena et sincera Dei Patris et Christi et Spiritus S. cognitione procedere; deinde nec privari Baptismi Sacramento, utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo Sanguinis Baptismo, de quo et Dominus dicebat, habere se aliud Baptisma baptizari. Sanguine autem suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et divinae pollicitationis gratiam consequi, declarat in Evangelio idem Dominus, quando ad latronem, in ipsa passione credentem et confitentem, loquitur et quod secum futurus sit in paradiso, pollicetur. Idem Auctor de *Oration. dominic.* p. 212.: *Quale,* inquit, *delictum est, quod nec Baptismo sanguinis potest ablui? quale crimen est, quod Martyrio non potest expiari?* *) Origenes Baptismum Martyrii vocavit *Baptismum per ignem,* ut ex Eusebio *Lib. VI. Hist. eccl.* Cap. 4. patet, et affirmavit, vi illius hominem peccatis purgari. Verba eius sunt *Comment. in Matth. Tr. XVI.* Tom. III. *Oper.* p. 718.: *Si peccatorum remissionem pollicetur Baptisma, quemadmodum accepimus de Baptismate in aqua et spiritu; remissionem autem peccatorum recipit itidem, qui Martyrii Baptisma perfert. Martyrium sane recte Baptisma dici potest; peccata autem ei remitti, qui Martyrium patitur, liquet ex Matth.* X, 32. Opinionem et doctrinam hanc tempore isto omnibus Christianis communem fuisse, ex eo elucet, quod res haec tam cognita tamque pervulgata exstiterit, ut istam homines superstitiosi haud ignorarent. In *Actis Martyrii Perpetuae ac Felicitatis* de Saturo Catechumeno, leopardo proiecto, relatum legimus, illum de uno morsu tanto perfusum fuisse sanguine, ut populus testimonium de secundo Baptismo dixerit et per irrisionem clamaverit: *Saluum totum! Saluum totum!* Perversa erat persuasio haec, in qua

*) Cf. *Exhortatione Martyrii* p. 262.

defendenda Henr. quidem Dodwellus *Diſſertt. Cyprian. XIII.* p. 124. operam collocavit, argumenta autem, quae affert, non ſunt magni momenti. Legi poſſunt hac de re Io. Casp. Suicerus *Sacrar. Obſervatt.* Cap. III. p. 65.; Io. Andr. Bosius *Opuſcc. hiſtor. et antiquitat. eccleſiaſtic.*, quae eiusdem *Introduction. in notitiam Scriptor. eccleſiaſt.* a I. Ge. Walchio addita ſunt, p. 604.; Ios. Binghamus *Origin. ſ. Antiquit. eccleſ. Vol. IV.* p. 44.; Chr. A. Saligius de *Diptychis Veterum* Cap. X. §. 6 ſqq. Sed haec ſatis errorum moralium, in quos inciderunt Eccleſiae Patres.

§. 129.

Antequam autem finem commentationis huius faciamus, res propter quam ſcriptionem hanc ſuſcepimus poſtulat, ut et controverſiam, ſuperiore aetate de Patrum theologia morali natam, commemoremus ac quae ab utraque parte diſputata ſunt, enarremus, ea ratione, ut pateat, adverſarios in eas extremitates delapſos eſſe, ut a media eaque tutiore via aberraverint.

Io. Barbeyrac gallice reddiderat Pufendorfii opus de *iure naturae et gentium.* Amſtel. 1712. 4. ac praefationem praemiſerat, eàque inter alia de Patrum doctrina morali copioſe expoſuerat, non ſolum ut iis ſolidam doctrinae moralis chriſtianae cognitionem denegaret, ſed etiam quorundam eorum ſententias acriter perſtringeret atque acerbiorem adhiberet cenſuram. Interpretatio haec gallica poſtquam publicam lucem adſpexerat, inſcripta: *Le droit de la nature et de gens*, Amſtel. 1712. 4., nactus eſt Barbeyracius adverſarios, qui contra eum arma ferrent ac Patrum cauſſam agerent. Princeps fuit Rem. Ceillier, qui edidit: *Apologie de la Morale des Pères de l' Egliſe contre les iniuſtes accuſations du Monſ. Iean Barbeyrac* Prof. en Droit et

en Hiſtoire à Lauſanne, Par. 1718. 4. ac Patres ab accuſationibus Barbeyracii defendit, una cum quibusdam eorum dogmatibus, quae a Barbeyracio iure reprehenſa fuerant, ab Eccleſia autem Romana, cui auctor ſe addixerat, approbantur. *) Adiunxit ſe illi Io. Franc. Buddeus *Iſagog. ad univerſ. theologiam* Libr. II. Cap. 4. §. 4. p. 620., qui quamvis in eo cum Barbeyracio conſentiat, Patres ut in aliis, ita et in doctrina morali errorum non eſſe expertes, de ipſa tamen Barbeyracii cenſura ſtatuit, illam eſſe partim iniuſtam, partim aequo vehementiorem. Ab utroque adverſario ut Barbeyracius, tunc Prof. iur. Groningae et Membrum Soc. reg. Scientiar. Berolin., ſe defenderet, ſcripſit ac iuris publici fecit: *Traité de la Morale des Pères de l'Egliſe, où en défendant un Article de la Préface ſur Pufendorf contre l'Apologie de la Morale des Pères du P. Ceillier, Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Vanne et de S. Hydulphe, on fait diverſes réflexions ſur pluſieurs matières importantes*, Amſtel. 1728. 4. In ipſo libro reſpondit Ceilliero, principali hoſti, in praefatione autem eius Buddeo. **) Recentionibus temporibus Barbeyracii adverſariis adiunxerunt ſe Damiani *Della morale de SS. Padri utiliſſima per la ſcienza del Gius della Natura et delle Genti.* Neap. 1756. 8. Dan. Tobenz *Examen Tractatus Barbeyracii de doctrina morali Patrum.* Vienn. 1758. 8. Griffini *de Patrum eloquentia in morum inſtitutione tradenda adv. Barbeyracum.* Bonon. 1762. 8. Liberalis Fassoni *de morali Patrum doctrina adv. librum Io. Barbeyraci.* Liburn. 1767. 4. Io. Bapt. Miche-

*) Cf. Eiusd. *Hiſt. générale des Auteurs ſacrés eccléſiaſtiques*, ubi de ſingularium Eccl. Patrum doctrina morali plura lectu digna inveniuntur. Elegans etiam theologiae moralis compendium ex Athanasio exhibet, in ſupra laudata Apologia.

**) *Bibliothèque raiſonné* I, 108.

letti cum sua *Apologia de SS. Padri de' primi sei Secoli della Chiesa — contro Barbeyrac*, Neap. 1790. II. 8., sed nihil novi, nihil quod maioris momenti esset afferentes. Barbeyracii de Patribus iudicio similia habet I. Pet. Miller in *Vollständige Einleit. in die theolog. Moral überhaupt u. in die Mosheimische insbesondere*, Lips. 1772. 4. p. 315 sqq. haec asserens: „Meiner Meinung nach muss man in der Bestimmung des Werthes oder Unwerthes der *Patrum*, oder ihrer Brauchbarkeit in dem gelehrten oder populären Vortrage der Moral darauf sehen, wie dieselben theils von der Moral überhaupt und folglich von der Moralität d. i. von den Erfordernissen der christlichen Heiligkeit und Tugend und theils von den besondern Pflichten der Christen gedacht und gelehrt haben. Da man nun nicht in Abrede seyn kann, dass viele unter ihnen den Umfang und die Grösse des moralischen Verderbens der menschlichen Natur nicht tief genug eingesehen, und bei ihrem zu mangelhaften Begriffe von der christlichen Heiligkeit, dem Menschen zu viele Naturkräfte zugeschrieben haben; da sie das Wesen der Busse nicht sowohl in der μετανοίᾳ, als vielmehr nur in einer äusserlichen Veränderung der vorhergegangenen Lebensart, und also in einem Uebergange von freien zu strengen Sitten gesucht haben; da sie den Glauben und die übrigen evangelischen Heiligungskräfte und Mittel nicht genugsam kannten und am allerwenigsten die gesammte Heilsordnung des Evangelii, so fern sie Rechtfertigung und Heiligung genau mit einander verbindet; da sie auch den innern Zusammenhang der natürlichen, bürgerlichen und christlichen Pflichten nicht gehörig einsahen; da sie endlich dem ungegründeten Unterschiede *inter praecepta et consilia evangelica* zu sehr nachgehangen: so ist der Ursprung ihrer meisten Mängel und Irrthümer klar und begreiflich. Proben

dieser Mängel geben die *Centuriae Magdeburgenses* durch alle Iahrhunderte in dem Capitel *de Doctrina.*"

In proponenda et recensenda Patrum Ecclesiae theologia morali varii Viri operam posuerunt, inter quos non sine laude nominandus est Gebh. Theod. Meierus. Edidit ille *Introductionem in universum theologiae moralis, cum dogmaticae, tum pragmaticae studium,* Helmst. 1671. 4., eâque non solum argumentum de ipsa theologia morali, de vera eius essentia, de modo, quo ista docenda sit pariter ac discenda, explanat, sed etiam Scriptores theologiae huius, atque in his Patres diligenter enarrat ac de illis sententiam suam significat. Addi potest Ad. Bernd., qui in *der Einleitung zur christlichen Sittenlehre* p. 176 sqq. de Patrum ecclesiasticorum theologia morali etiam quaedam commentatus est; pauciora tamen illa sunt. Memorari quoque potest Ioach. Langius, qui dum historiam pseudadiaphoristicam exhibet in *Antibarbar. orthodoxiae dogmatic. hermeneutico* Part. III. p. 14 sqq., studiose quoque Patres Ecclesiae laudat, ab Adiaphoria, uti dicitur, alienos, imo illi adversos, Spectaculis nimirum, Exercitationibus ludicris', Saltationibus, Iocis, Musicae abusui aliisque similibus actionibus. In numero illorum sunt Tertullianus ob librum de *Spectaculis* atque *Apologeticum adv. gentes;* Cyprianus ob varias *Epistolas,* quibus nonnulli addunt eiusdem Libros de *Spectaculis* atque de *Aleatoribus;* eos autem a Cypriano haud scriptos esse, constat; item Clemens *Alex.*, Arnobius, Lactantius, Augustinus, Ambrosius, Salvianus, Tatianus, Chrysostomus, Gregorius *Nazianz.* Omnes hos, tamquam testes, ex antiquitate christiana Langius adducit, effata eorum recenset, quibus opinionem de Adiaphoria reiecerunt, veluti rem a vita ac disciplina vere christiana alienam. Prae caeteris vero, qui de Patrum ecclesiasticorum doctrina morali egerunt, nominandi

ſunt C. F. Stäudlin et Io. Matth. Schroeckh, quorum ille, in libro *Geſchichte d. Sittenlehre Ieſu*, Gött. 1799 ſqq. IV. 8. ex profeſſo, hic vero in Hiſtoria ſua eccleſiaſtica, data occaſione, hac de re docte et ſine omni partium ſtudio disputarunt. Nec ſilentio praetereundus eſt Io. Franc. Baltus, e Soc. Ieſu, in cuius libro *Iugement des SS. Pères ſur la Morale de la philoſophie payenne*, Argentor. 1719. 4. multa praeclara, et ab aliis ante eum praetermiſſa, de Patrum ingenio et praeceptis moralibus afferuntur. Lectu etiam digna ſunt, qua I. Andr. Cramer in Commentatt. ad Bossueti *Einleit. in d. Geſch. d. Welt u. Relig.* III, 444 ſqq. de fatis doctrinae moralis inter Eccleſiae Patres disputavit, nec non quae E. Sal. Cyprianus affert in libro, cui titulum fecit *Die Sittenlehre Chriſti a. d. alten Kirchenvätern erläut.*, Coburg. 1707. 8.

Caput XIV.

DE PATRUM ECCLESIAE ERRORIBUS*) OPINIONIBUS HETERODOXIS, SINGULARIBUS, VEL MEMORABILIBUS, MAXIME IN REBUS AD FIDEI DOGMATA PERTINENTIBUS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. 130.

Exposuimus de Patrum Ecclesiae dogmatibus ac singulis doctrinae sanctioris partibus, speciatim

*) I. A. Ernesti *Neueste theol. Biblioth.* I, 86. *Wir wissen nicht, ob es rathsam oder recht ist, wenn man den Titel so macht: „Von den Fehlern und Irrthümern der Kirchenväter?" Es ist dem Missbrauche unterworfen, und kann die Leute abschrecken, sie zu lesen, oder sie verächtlich zu machen. Welch ein grosses Buch könnte man schreiben von den Fehlern und Irrthümern, die man in den Schriften der neuern Lehrer findet!*

de eorum theologia exegetica, dogmatica, polemica, ſymbolica, catechetica, morali praecipue et monſtravimus, iſtos teſtatos eſſe de veritate religionis evangelicae ad praeclara hanc in rem reliquiſſe effata. Quum tamen vix ac ne vix quidem exiſtimandum eſt, Doctores hos antiquiorum Chriſtianorum non alia, niſi quae vera ſint tradidiſſe atque omnis erroris expertes fuiſſe, nunc de iis, in quibus lapſi ſunt, de falſis ſententiis, quas amplexi ſunt atque in ſcripta ſua tranſtulerunt, diſſerendum erit.

Male fert SCRIVENERUS in *Apol. pro S. Eccl. Patribus*, quod Dallaeus errores quosdam Patrum ex ſcriptis eorum collegerit, eumque hac de cauſſa cum ave Indica comparat, quam Scaliger nullo alio pabulo, quam aliarum avium ſtercore veſci memorat. Ad quae ITTIGIUS *Or. pro Io. Dallaei Tr. de uſu PP.*: „Videat Scrivenerus ne, dum omnes Patrum errores diſſimulari cupit, ex eorum ſcriptis pro pipere nuſcerdam capiat." Aliter AUGUSTINUS *Ep. III. ad Fortunatum*, dum monet, *ſe Patrum errores, ſicuti ſunt, modeſte tamen et ſalva honorificentia, quae ipſis debetur, et agnoscere et reprehendere.* Quam modeſtiam probavit de errore *S. Cypriani* circa Rebaptizationem, loquens *de Baptismo* Lib. VI. Cap. 2. his verbis: *Qua propter reddam debitam reverentiam, dignumque honorem, quantum valeo, perſolvens pacifico Episcopo et glorioſo Martyri Cypriano; audeo tamen dicere, eum aliter ſenſiſſe de Schismaticis vel Haereticis baptizandis, quam poſtea veritas prodidit.* *Epiſt.* autem 82. *ad Hieronymum* haec ſcribit: *Non te arbitror, legi tuos libros velle tamquam Prophetarum et Apoſtolorum, de quorum ſcriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium eſt; abſit hoc a pia humilitate, et veraci de temetipſo cogitatione.*

§. 131.

Errores Patrum, qui in eorum monumentis exstant, varii diversique sunt generis. Quodsi animum ad dogmata advertimus, in quibus a veritate aberrarunt, dividi illi possunt in *errores historicos*, *exegeticos*, *dogmaticos*, *morales*. Qui appellantur *exegetici*, illi ad interpretationem Codicis S. spectant suntque perversae expositiones Scripturarum divinarum; errores *historici* repugnant fidei historicae; *) *dogmatici* dogmatibus fidei, divinitus patefactis; *morales* autem regulis vitae sanctioris, a Deo praescriptis.

§. 132.

De erroribus exegeticis ac moralibus antea commentati sumus; hanc autem ob rem, praeter historicos quosdam, restant tantum errores *dogmatici*, nunc enarrandi. Diversum illi momentum habent suntque vel *fundamentales*, vel *non fundamentales*. Qua ante posita differentia, si quaeras, cuius generis sint Patrum errores, num fundamentales illi haberi debeant, nec ne? dogmata ipsa ac modum, illa explicandi, discernere debemus. In ipsis dogmatibus iisque, uti dicuntur, fundamentalibus, sine quorum notitia nec in Christum credere, nec salutem aeternam consequi possumus, a recta via Patres haud deflexerunt, immo praeclara veritatis testimonia de illis reliquerunt, uti supra monstratum est, modus

*) Vid. Dallaeus *de usu Patrum* Lib. I. Cap. 3. p. 237., qui etiam de Patrum erroribus geographicis, physicis, grammaticis etc. agit. Inter plures, quos affert, errores grammaticos notatu dignissima Gregorii I, quamvis Magni, hallucinatio in *Cornustibio*, quod unius ex Iobi filiabus nomen est apud latinum interpretum, quodque ille sic accipit, ac si esset ex *Cornu* et *Tibia* compositum, nesciens vel certe non attendens, quid esset latine *Stibium*.

autem, quo iſta explicarunt, non penitus vitiis caret, quae uti in aliis ſanctioris doctrinae diſciplinis, ita in theologia quoque dogmatica prodiderunt.

Dogmata fidei et ea inprimis, quae Eccleſiae Lutheriae principalia viſa ſunt, recte quidem Patres tradiderunt, non omnia autem eorum capita, accurate ſatis, diſtincte, perſpicue. Non verbis ſemper uſi ſunt, quae neceſſaria erant, ubi ſententiae ipſae recte exprimi debebant vel formulis dicendi, theologis noſtratibus ſolemnibus. Natae ex eo ſunt perverſae interpretationes eorum, quae Patres ſcripta reliquerunt. Praebuit haec loquendi ratio, non ſatis accurata aptaque, materiam diſputationum ac controverſiarum. Paucis: Patres melius interdum ſenſerunt, quam loquuti ſunt.

§. 133.

Sunt quoque errores Patrum ita diverſi, ut alii illis vere tribuantur, alii autem affingantur. Poſterius praecipue ab iis fit, qui ſententias ſuas Patrum auctoritate tueri volunt ſeque cum his conſentire, aliis perſuadere annituntur. Ad conſenſionem hanc probandam, Patrum effata prave interpretantur atque ita dogmata, quae nunquam docuerunt, ipſis adſcribunt. Eiusmodi niſum apud Pontificios, Reformatos, Socinianos, Fanaticos atque alios invenimus.

§. 134.

Accedimus ad rem ipſam, propter quam ſcriptionem capitis huius ſuſcepimus, id eſt, ad commemorationem errorum, in quibus Patres ſe verſatos eſſe, in ſcriptis ſuis ipſimet teſtati ſunt. Enumerabimus eos ordine temporis, quo iſti vixerunt atque ex monumentis eorum de quavis falſa perſuaſione teſtimonia adducemus. Sunt iſti:

Athenagoras, in cuius *Legatione pro Christianis* haec ut errata notantur Cap. 24. Universam omnium rerum providentiam ad Deum, particularem autem ac singularem ad Angelos pertinere (Τοῦτο ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων πρόνοιαν, τὴν δὲ ἐπὶ μέρους, οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι. *Hoc consilio Angelos Deus creavit, rebus scilicet a se creatis providens, ita ut universam quidem Deus et generalem omnium procurationem gereret, eam autem, quae partes attingit, instituti ad hoc munus Angeli sustinerent.*); Angelos quosdam amore virginum captos ac libidine carnis accensos et ex his Gigantes natos esse, quorum animae sint Daemones, circa mundum oberrantes. (Ὡς δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἐχόντων — καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἐν ὁμοίῳ καθέστηκεν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι αὐθαίρετοι δὴ, οἷοι γεγόνασι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔμειναν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησεν καὶ διέταξεν ὁ Θεός· οἱ δὲ ἐνύβρισαν καὶ τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει καὶ τῇ ἀρχῇ· οὗτός τε ὁ τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ εἰδῶν ἄρχων, καὶ ἕτερα τῶν περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα (ἴστε δὲ, μηδὲν ἡμᾶς ἀμάρτυρον λέγειν, ἃ δὲ τοῖς προφήταις ἐκπεφώνηται, μηνύειν)· ἐκεῖνον μὲν, εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων, καὶ ἥττους σαρκὸς εὑρεθόντες· οὗτος δὲ, ἀμελήσας, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γενόμενος διοίκησιν. Ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων, οἱ καλούμενοι ἐγεννήθησαν Γίγαντες. Εἰ δέ τις ἐκ μέρους εἴρηται περὶ τῶν Γιγάντων καὶ ποιηταῖς λόγος, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας καὶ θεολογικῆς, ὅσον ἀλήθεια πιθανοῦ διαφέρει, διαλλατουσῶν, καὶ τῆς μὲν οὔσης ἐπουρανίου, τὸ δὲ ἐπιγείου. Καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης.

Ἴσμεν ψεύδεα πόλλα λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. *Quemadmodum autem in hominibus, qui liberam habent eligendae virtutis aut vitii optionem — sic etiam in Angelis se res habet. Alii enim, liberi scilicet, quales a Deo facti fuerant, in his permanserunt, quo-*

rum caufa creati a Deo fuerant, quaeque illis commiferat Deus: alii vero et naturae fubftantia et munere fibi commiffo abufi funt, ifte videlicet materiae eiusque fpecierum princeps, et alii circa primum hoc firmamentum conftituti: (fcitis autem nihil nos fine teftibus dicere, fed quae a Prophetis praedicata, funt, exponere) ifti quidem in virginum cupiditatem lapfi et carnis amore fuperati, ille autem in rerum fibi commiffarum adminiftratione negligens et improbus. Ex his igitur virginum amatoribus nati funt ii, qui vocantur Gigantes: de quibus fi qua ex parte ipfi quoque Poetae loquuti funt, ne miremini: cum divina fapientia tantum diftet, a mundana, quantum verum, a probabili, atque haec quidem coeleftis, ifta vero terrena fit. Nam fecundum materiae principem:

Scimus falfa loqui non pauca fimillima veris.) Tribuunt ei errorem quoque de Angelis adorandis, LUD. ELLIES DU PIN *Biblioth. des Auteurs écclefiaft.* I, 64. et IO. BARBEYRACIUS *Praef. verfion. gallic. Operis Pufendorfiani De Iure Naturae et Gentium* §. IX. p. 41.; alii autem animadvertunt, accufatione hac fieri illi iniuriam, quoniam Athenagoram hoc docuiffe, neutiquam fit probandum; e. g. BASNAGIUS in *Hiftorie de l'Eglife* Libr. XVIII. Cap. 12. p. 1105., CEILLIERIUS *Apologie de la morale des Pères de l' Eglife* Cap. I. Legantur de naevis Athenagorae; PET. BAELIUS *Diction. hift.* voce ATHENAGORAS; THOM. ITTIGIUS *Select. Hiftor. ecclef. Capit. Sec. II.* Cap. 3. p. 228.

IUSTINUS *Martyr*, in cuius fcriptis varii exftant errores. Affirmat *Apolog.* I. Cap. 46., eos effe Chriftianos, qui μετὰ λόγου vixerint, atque in illis numerat Socratem et Heraclitum (καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, *et qui cum ratione vixerunt Chriftiani funt, etiamfi athei exiftimati funt.*) De effato hoc multa funt difputata. Nonnulli id agunt, ut IUSTINUM defendat,

aut excusent; de ratione autem, qua verba eius commode intelligi debeant, inter eos dissensio est. Alii enim, τὸν λόγον, de quo Iustinus loquitur, de Christo, alii de sana ratione explicant, ut pluribus Thom. Ittigius *Select. Histor. eccles. Capit. Sec. II. Sect.* 4. Cap. 3. §. 4. p. 206 sq. observat. At vero sive de Christo, sive de sana ratione sumas, quae hic Scriptor christianus de λόγῳ disserit; haud tamen sententia eius excusari, multo minus approbari potest. Quodsi per λόγον significare voluerit sanam rationem, quis dicat, Socratem eam ob caussam in Christianis numerandum esse, quia vitam suam ad normam sanae rationis composuerit; ubi autem tibi persuadeas, λόγον Iustini nostri esse ipsum Christum, falsum est, Socratem cum hoc λόγῳ vixisse et cognitione Christi praeditum fuisse. *) Praeter haec, ad Iustini naevos et illa pertinent, quod cum viribus naturae humanae in rebus spiritualibus (Apol. I, 54.)**), tum vitae caelibi plus, quam decet, tribuerit; quod arbitratus sit, animas piorum, a corporibus per mortem separatas, ante iudicium universale ad domicilia caelestia haud transferri (Dial. c. Tryph. C. 5.) simulque sibi persuaserit, prophetam Samuelem defunctum a Pythonissa evocatum Dial. c. Tryph. Cap. 105. (Ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαὶ, ἀπέδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. Φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποῖα δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. *Animas quidem manere ex eo demonstravi, quod etiam Samuelis anima a ventriloqua Pythonissa, ut petierat Saul, evocata sit. Apparet autem omnes animas eiusmodi iustorum et Prophetarum, sub potestatem talium virtutum cecidisse, qualem virtutem et in Ventriloqua illa fuisse*

---

*) Cf. Rössler *Biblioth. d. Kirchenväter* I, 120. Not. 25.
**) Cf. Stäudlin *Gesch. d. Sittenl. Iesu* II, 97.

rebus ipsis declaratur); Angelos cum mulieribus complexu venereò iunctos Apol. II, 5. (Ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας, καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας, καὶ τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς αὔξησιν καρπῶν, καὶ ὡρῶν μεταβολαῖς κοσμήσας, καὶ θεῖον τοῦτον νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἄνθρωπον φαίνεται πεποιηκὼς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν Ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. Οἱ δὲ Ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν, καὶ παῖδες ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Δαίμονες· καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν· τὰ μὲν διὰ μαγικῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν ἐπέφερον, τὰ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι· καὶ εἰς ἀνθρώπους φόνους, πολέμους, μοιχείας, ἀκολασίας, καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπειραν. *Deus, qui mundum universum creavit, cum terrena hominibus subiecisset, ac caelestia elementa, quae et ipsa hominis causa ab eo creata esse liquet, ad frugum proventum et temporum conversiones adornasset, atque hanc divinam legem sanxisset, hominum ac rerum sub caelo positarum curam Angelis, quos huic praefecit muneri, commisit. Angeli autem ordinem institutum praetergressi, in stupra cum mulieribus prolapsi sunt ac filios susceperunt eos, qui Daemones appellati; atque etiam postea genus humanum sibi in servitutem addixerunt, partim scriptis magicis, partim terroribus et suppliciis inferendis, partim sacrificiis, suffimentis et libaminibus edocendis; quibus rebus egere coeperunt, et quo cupiditatum morbis emancipati sunt: denique in humanum genus caedes, bella, adulteria, flagitia atque omne vitiorum genus proseminarunt*), et a Christo in his terris regnum, per mille annos duraturum, Hierosolymis constituendum esse; item Daemones ante Christi adventum damnationem suam ignorasse, nec ante diem iudicii extremi torquendos. His erroribus addendi sunt alii, iique historici et philologici.

Quum enim de graeca versione LXX interpretum agit, Ptolemaeum Aegypti regem legatos suos ad regem Herodem misisse et ipsos LXX interpretes, totidem cellulis separatim inclusos, versionem suam adornasse, *) refert et Christum extra oppidum Bethlehemum in spelunca quadam natum esse, tradit. Ebraicarum litterarum eum rudem fuisse, satis luculenter ea monstrant, quae de origine vocum *Hosianna* et *Satanas* disserit. Omnes hi errores, iam breviter notati, in libris eius, praesertim *Apologiis* er *Dialogo cum Tryphone Iudaeo* deprehenduntur, quorum loca pariter atque uberiorem ipsorum naevorum narrationem si quis desiderat, ille praeter iam laudatum Ittigium, adeat Abr. Scultetum *Medull. theol. Patr.* p. 37., W. Caveum *Histor. litter. Scriptor. ecclesiast.* I, 61. et *Antiquit. Patr. et ecclesiast.* Part. I. p. 326., Nic. le Nourry *Apparat. ad Biblioth. max. PP.* I, 384. *Observat. Hallens.* II, 89 et 170., Io. Dallaeum *de usu Patrum* Lib. II. Cap. 3. p. 255. et alios, iam supra §. 94. memoratos.

Irenaeus, qui male audit propter varios errores, quibus libros suos contaminavit. Existimat Libr. IV. Cap. 70. p. 371. edit. Grabii, Angelos malos rem veneream cum hominum filiabus exercuisse atque ex illis suscepisse liberos, quae vetus fuit opinio multorum Auctorum; item Libr. V. Cap. 26. p. 441. Diabolum ante Christi adventum haud ausum fuisse, de Deo ac rebus divinis iniuriose loqui,

---

*) Apologiam pro sententia PP. de origine LXX versionis Sim. de Magistris adiecit *Danieli secundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis primum edito e Cod. Chisiano.* Rom. 1772. fol. et Alexius a S. Aquilino in libro: *Pentateuchi hebr. samaritani praestantia in illustrando et emendando textu masorethico ostensa.* Lips. et Heidelb. 1783. S. historiam de LXX interpretibus, quoniam per MD annos illi non fuisset contradictum, catholice magis quam critice, veram esse indicavit. Cf. Theoph. Chph. Harlesii *Introd. in Hist. linguae gr.* II, 2, 2 sqq.

quoniam haud sciverit, se damnationi esse obnoxium. Quando contra sententiam, quam postea Manichaei amplexi sunt, disputat, ut CHEMNITIUS *Orat. de lectione Patrum* p. 5. notat, nonnumquam duriores dicendi formulas adhibet. Inprimis falsa sunt, quae Libr. IV. Cap. 45. p. 347. scribit, post Christi adventum et cognitionem a peccantibus nullam noxarum veniam sperandam esse, nec quo utitur argumentum ullum robur habet. Quando enim sententiam suam ex eo probare instituit, quod Christo mors non iterum contingere possit, verum quidem hoc est, sed sufficit, Servatorem nostrum semel pro peccatis omnium temporum mortuum esse. Nec caute satis atque accurate dicta sunt, quae Libr. IV. Cap. 30. p. 319. de iustificatione Patriarcharum ante legem, per Mosen promulgatam, legimus; aperte autem veritatem deserit, quando cum aliis veteris Ecclesiae Doctoribus contendit Lib. V. Cap. 31., piorum animas, corporibus solutas, non statim ad sedem caelitum transferri, sed ad statum et locum quemdam medium pervenire atque in isto commorari usque ad tempus reditus mortuorum hominum ad pristinam vitam. (Αἱ ψυχαὶ ἀπέρχονται εἰς τὸν τόπον τὸν ὡρισμένον αὐταῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, κἀκεῖ μέχρι τῆς ἀναστάσεως φοιτῶσι, περιμένουσαι τὴν ἀνάστασιν· ἔπειτα ἀπολαβοῦσαι τὰ σώματα, καὶ ὁλοκλήρως ἀναστᾶσαι, τουτέστι σωματικῶς, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἀνέστη, οὕτως ἐλεύσονται εἰς τὴν ὄψιν τοῦ Θεοῦ. *Animae abibunt in invisibilem locum, destinatum eis a Deo, et ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem: post recipientes corpora et perfecte resurgentes, hoc est, corporaliter, quemadmodum et Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei*). Qui ubi factus sit, addit Irenaeus, Cap. 35. pios adesse debere Christo, postquam ille in his terris regnum, per mille annos duraturum, sibi formaverit. Cf. SAL. DEYLINGII *S. Irenaeus evangel. veritatis confessor et*

testis §. 26. Ad errores *historicos* pertinent, quae Libr. III. Cap. 25. p. 254. refert de Septuaginta Interpretibus et cellulis, quibus fuerint inclusi. Quod autem ibid. p. 256. de Scriptoribus N. T. contendit, eos oracula prophetica secundum horum interpretum versionem graecam recitasse, dum dicit: *Petrus et Ioannes et Matthaeus et Paullus et reliqui deinceps et horum sectatores prophetica omnia ita annuntiaverunt, quemadmodum seniorum interpretatio continet*, hoc non omnino inter errores referendum. Caesar Baronius, Rob. Bellarminus, Brianus Waltonus aliique verba allata intelligunt, ac si dixisset, omnia testimonia, quotquot ex V. T. ab Apostolis et Evangelistis proferantur, ex graeca hac versione petita esse. Sunt tamen qui monent, hoc solum voluisse significare Irenaeum, Apostolorum de adventu Christi doctrinam consentire cum Prophetarum praedictionibus, quae in graeca ista versione legantur. Erronea sunt, quae Irenaeus habet de aetate Christi Libr. II. Cap. 39. p. 161., quod illa non longe abfuerit a senectute, quum cruciatus sit perpessus. Caesar quidem Baronius *Annal. ad ann. Christ.* 34. *num.* 148. putat, quae dicto loco apud Irenaeum de aetate Christi legantur, ab aliena manu esse addita, eidemque sententiae favet Dionys. Petavius *ad Epiphanium haeres. LI.* p. 125. Sed omnes Codices, cum editi tum manuscripti, hunc Irenaei locum ea ratione, qua istum nunc habemus, exhibent, ut pluribus observat Nic. le Nourry *Apparat. ad maximam Biblioth. Patr.* I, 596. Stiebritz *Widerlegung e. Irrthums d. Irenäi, welchen er v. d. Alter Christi geheget*; in *Wöchentl. Hallische Anzeigen* a. 1751. p. 81 sqq. Cf. Ge. Chph. Pisansky *Progr. de errore Irenaei in determinanda aetate Christi*, Regiom. 1778. 8. *) His iam me-

*) Ernesti *Neueste theol. Biblioth.* IV, 226.

moratis Irenaei erroribus historicis Alii addunt, quod tradiderit Lib. III. Cap. I. p. 198., Matthaeum Evangelium suum lingua ebraica scripsisse, quae etiam sententia fuit Papiae apud Eusebium *Libr. III. Hist. ecclesiast.* Cap. 39.; Enochum legatione ad Angelos functum, Libr. IV. Cap. 30. p. 319., huncque pariter, ac Eliam in paradiso, in quo Adamus fuerit, collocatos esse, Libr. V. Cap. 5. p. 404.; item Christum animabus, quae in locis subterraneis sedem suam habuerint, Evangelium annuntiasse iisque veniam peccatorum promisisse, ubi fiduciam suam in meritis eius essent collocaturi, Libr. IV. Cap. 45. p. 346. Quae habet de nomine *Iesu*, Libr. II. Cap. 41. p. 163., et nomine *Adonai*, Libr. II. Cap. 66. p. 194., luculenter indicant, eum linguae ebraicae haud peritum fuisse. Quos iam enarravimus Irenaei errores etiam alii passim notarunt. Legendi ex illi sunt: Abr. Scultetus *Medull. theolog. Patr.* p. 83 sqq.; Nic. le Nourry *Apparat. ad maxim. Biblioth. Patr.* I, 569 sqq.; Thom. Ittigius *Select. Histor. eccles. Capp. Sec. II.* Cap. 3. Sect. 5. p. 212.; Io. Dallaeus l. c. p. 256.; G. Stollius in *Nachr. v. d. Leben, Schriften u. Lehren der Kirchenväter* p. 87. et Io. Iac. Griesbach in *Progr. de potentiore Ecclesiae Rom. principalitate ad loc. Irenaei Lib. III. Cap.* 5. Ien. 1780. 4. et in Eiusd. *Opuscc.* T. I.

Clemens *Alex.* ex nostrorum theologorum sententia, alia minus recte, alia minus circumspecte atque accurate tradidit. Quod ad dogmata attinet, de *Peccato originali* non semper ea, qua isti solent, ratione loquutus est. Quando disputat contra Encratitas, *Libr. III. Stromat.* p. 556. edit. Potteri, inter alia Λεγέτωσαν ἡμῖν, inquit, ποῦ ἐπόρνευσεν τὸ γέννηθεν παιδίον; ἢ πῶς ὑπὸ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ὑποπέπτωκεν ἀρὰν τὸ μηθὲν ἐνεργῆσαν; *Dicant ergo nobis, ubi fornicatus est infans natus, vel quomodo sub Adae cecidit exsecrationem, qui nihil est operatus?* De ne-

ceſſitate porro moriendi differit eiusque rationem indicare vult; dicit autem tantum *Libr. III. Stromat* p. 540.: Γένεσιν καὶ φθορὰν, τὴν ἐν κτίσει προηγουμένως γίνεσθαι ἀνάγκη, μεχρὶ παντελοῦς διακρίσεως καὶ ἀποκαταστάσεως ἐκλογῆς, δι' ἣν καὶ αἱ τῷ κόσμῳ συμπεφυρμέναι οὐσίαι τῇ οἰκειότητι προσνέμονται. *Ortum et interitum rerum creatarum*, (adeoque et hominum), *propter ipſorum naturas fieri neceſſe eſt, usque ad perfectam diſtinctionem et reſtitutionem electionis, per quam, quae etiam ſunt mundo permixtae et confuſae ſubſtantiae, proprietati ſuae reſtituuntur;* nec ullam peccati originalis mentionem facit. De quo quum non ea ratione, qua Orthodoxi iubent, ſenſit atque expoſuit, mirum non eſt, quod et in doctrina de *libero arbitrio* a via eorum aberraverit, aut iſtam non rite atque accurate tradiderit; cuiusmodi vitio et alii veteris Eccleſiae Doctores obnoxii fuerunt, qui ante certamina Pelagiana ſcripſerunt. Sane in libris eius habemus effata, quae ad Pelagianismum, aut ſaltim ad quemdam illius gradum accedere videntur. Loquitur de ſide, propter quam nos a Deo iudice iuſti declaramur, hancque appellat *Libr. II. Stromat.* p. 432. et 444. πρόληψιν ἑκούσιον, *anticipationem voluntariam*, et *Libr. VII. Stromat.* p. 333. et *Libr. IV.* p. 633. pronuntiat, nos ipſos poſſe obedientiam praeſtare erga praecepta divina iisque ſatisfacere. De *Chriſto* docuit *Libr. VI. Stromat.* p. 775., eum ſecundum humanam naturam omnium affectionum humanarum expertem fuiſſe; nihilominus autem corpus illius pulcritudine atque elegantia excelluiſſe negavit, *Paedag. Libr. III.* Cap. I. p. 252. De *Poenitentia* ea tradidit, quae Novatianismum ſapere videntur, nec ſolida adeſt ratio, iſta excuſandi, aut ſpeciem quamdam illis conciliandi. In rebus *hiſtoricis* non ſemper ea, quae vera ſunt, narravit ſuamque credulitatem haud obscure prodidit. Multa memorat tamquam vera, quae autem

falſa ſunt atque auctoritate carent, ut de verſione graeca LXX Interpretum, cui ſane plus, quam decet, tribuit; de ſcriptis apocryphis ſpeciatimque Carminibus Sibyllinis; de Chriſto, quod per unius tantum anni ſpatium docendi munere in his terris ſit perfunctus ac mortuis annuntiaverit evangelium. Legantur, quae inter Io. Clericum et Guil. Caveum de Clemente Alex. eiusque erroribus diſputata ſunt. *) Plura habet Io. Achat. Felix Bielcke vel potius I. Ge. Walch D. *de Clemente Alex. eiusque erroribus*, Ienae 1737. 4. et in I. Ge. Walchii *Miſcell. ſacr.* Amſtel. 1744. 4. p. 510. Cf. Io. Dallaeus l. c. p. 258. A. Neander D. *de Fidei Gnoſeosque idea ſecundum Clementem Alex.* Heidelb. 1811. 8.

Theophilus *Antioch.* ſenſit interdum perverſe, nec ſemper accurate loquutus eſt. Affirmat *ad Autolyc.* Lib. II. C. 27., Deum primum hominem neque mortalem, neque immortalem condidiſſe et admittit medium quendam illius ſtatum inter mortalitatem et immortalitatem (οὔτε ἀθάνατον ἄνθρωπον ἐποίησεν, οὔτε μὲν θνητὸν, ἀλλὰ — δεκτικὸν ἀμφοτέρων· ἵνα ῥέψῃ ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας, τηρήσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, μισθὸν κομίσηται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν, καὶ γένηται θεός· εἰ δ' αὖ τραπῇ ἐπὶ τὰ τοῦ θανάτου πράγματα, παρακούσας τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ᾖ τοῦ θανάτου. *Nec immortalem fecit hominem nec mortalem, ſed — capacem utriusque, ut ſi ad ea ferretur, quae ducunt ad immortalitatem, obſervandis Dei mandatis, mercedem ab eo acciperet immortalitatem, et deus fieret; ſi vero deflecteret ad ea, quae ducunt in mortem, non obediens Deo, ipſo ſibi mortis auctor eſſet*), quam ſententiam etiam alii Eccleſiae Patres amplexi ſunt. Quae vero porro addit: Ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ὁ βουλόμενος δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. Ἔδωκε γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῖν νόμον καὶ ἐντολὰς

*) Vid. Clerici *Epiſtol. critic. Epiſt. I.*

ἁγίας, ἅς πᾶς ὁ ποιήσας δύναται σωθῆναι, καὶ τῆς ἀναστάσεως τυχὼν κληρονομῆσαι τὴν ἀφθαρσίαν. *Qui Dei voluntati obtemperat, volendo ſibi aeternam poterit parare vitam. Nam legem et praecepta ſancta communicavit nobis Deus, quae ſi homo ſervarit, ſalutem conſequi et reſurgens, incorruptibilitatem nanciſci valeat* — facile ad heterodoxam vel erroream ſententiam trahi poſſunt, quamvis Theophilus recte ſenſiſſe videatur. Carminibus Sybillae (ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένης προφῆτις) maius, quam par eſt, pretium poſuiſſe, videtur, dum eam, e. g. *adv. Autolyc.* Lib. II. Cap. 37. cum caeteris Prophetis componit, et quando Lib. II. Cap. 12. de die ſeptimo ſ. Sabbato tradit, quod ille *inter omnes mortales celebris habeatur* (παρ' Ἑβραίοις ὃ καλεῖται Σάββατον ἑλληνιστὶ ἑρμηνεύεται Ἑβδομὰς, ἣ τις εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ὀνομάζεται μὲν, δι' ἣν δὲ αἰτίαν καλοῦσιν αὐτὴν οὐκ ἐπίστανται. *Quod apud Hebraeos Sabbatum dicitur, graece redditur Hebdomas, quae quidem apud omne humanum genus appellatur, quam autem ob cauſam ita vocent, ignorant*), hoc minus poterit probari. Eum de Trinitate ac ſpeciatim de aeternitate Filii haud recte praecepiſſe et longe aliter iſtam explicaſſe, quam chriſtiana ferat profeſſio, non ſolum contendit Chph. Sandius *Nucl. Hiſtoriae eccleſiaſt.* I, 90., ſed idem quoque exiſtimant Dionys. Petavius *Theolog. dogmat. Lib. I. de Trinit.* Cap. 3. §. 6. Tom. II. p. 23.; Abr. Scultetus *Medull. theol. Patr.* p. 97.; *Centuriator. Magdeburgenſ. Centur. II.* Cap. 4. p. 43. et Cap. 10. p. 132. et Pet. Dan. Huetius *Origenian.* II, 45. Sed cauſam, eamque iuſtam, Theophili egerunt et monſtrarunt, illum veram doctrinam de Trinitate tradidiſſe, Ge. Bullus *Defenſ. fidei Nicaenae Sect. II.* Cap. 4. §. 10. p. 72. et *Sect. III.* Cap. 7. p. 214. et Nic. le Nourry *Apparat. ad maxim. Biblioth. Patr.* Tom. I. p. 507.

Tertullianus varios errores communes habuit cum Iustino Mart., Athenagora, Irenaeo, Clemente Alex., *de statu* nimirum *animarum post mortem*, eas in abditis quibusdam locis usque ad tempus iudicii extremi servari solasque Martyrum animas in Paradisum transferri; de *Chiliasmo*, in cuius falsam persuasionem cum aliis ingressus est *) atque existimavit, utile esse, si infantum baptismus ad tempus differatur. Naevis his alii adduntur, isque praesertim a nonnullis, quod Deum esse corpus, dixerit. Quaerit enim *Lib. adv. Praxeam* Cap. 7.: *Quis negabit, Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est?* Alii tamen eum excusant ac monent, illum vocabulum *Corporis* usurpasse pro ipsa rei substantia, inprimis quum alibi de Deo ita loquatur, ut perspicue pateat, eum credidisse, quod Deus sit spiritus omnisque materiae expers. Ita inter antiquiores Augustinus de *Haeresibus* Cap. LXXXVI. p. 226. illum hac in caussa excusandum esse putat. Uberius ea, quae ad eius defensionem pertinent, inter recentiores Nic. le Nourry *Apparat. ad Biblioth. maxim. veter. PP.* II, 1279., Barth. Germon. de *veterib. Haereticis ecclesiast. Codic. corruptor.* p. 587. et C. A. Beyer Ep. *Quo sensu Tertullianus Deum dixerit Corpus.* Lips. 1764. 4. edisserunt. Beierus ad eorum revolvitur sententiam, qui iudicant, Tertullianum tribuisse Dei corpus ea, qua Stoici, notione: habere enim in *Lib. de Carne Christi* Cap. 11. axioma Stoicum: *Omne quod est, corpus est sui generis. Nihil est incorporale, nisi quod non est.* Vid. etiam Ios. Ant. Cantova *De Septimio et S. Epiphanio Dissertt. II. theol. crit.*, in quibus *Anthropomorphismo neutrum laborasse ostenditur.* Mediol. 1783. 8. **) Cf. Baumgarten - Crusius *Dogmengesch.* p. 932. Not. *)

*) Vid. A. Neander *Antignostikus* p. 499.

**) Ernesti *Neueste theol. Biblioth.* III, 639.

Ipſi Tertulliani errores paſſim ab eruditis Viris ſunt notati. Legi poſſunt ABR. SCULTETUS *Medull. theol. Patr.* p. 242.; IAC. PAMELIUS in *Paradoxis Tertulliani*, quae praemiſſa ſunt Eiusdem *Annotationib. in Tertulliani Opera;* PAGANINUS GAUDENTIUS in *Salebris Tertullianeis*, Florent. 1639. 4.; THOM. ITTIGIUS *Select. hiſt. eccleſ. Capp. Sec. II.* Cap. 3. *Sect.* II. §. 6 ſqq. p. 239.; IO. DALLAEUS de *Uſu Patrum* p. 259.

MINUCIUS FELIX exiſtimat *Octav.* C. 30., nullo modo homicidium licitum eſſe: *Nobis*, inquit, *homicidium nec videre fas, nec audire: tantumque ab humano ſanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus.* Nonnulli notant quoque, quae Cap. 27. hunc in modum ſcripſit: *Impuri Spiritus Daemones, ut oſtenſum a Magis, a Philoſophis et a Platone, ſub ſtatuis et imaginibus conſecrati delitescunt et afflatu ſuo auctoritatem, quaſi praeſentis numinis, conſequuntur, dum inſpirant interim vates, dum fanis immorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, avium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt falſis pluribus involuta.*

CYPRIANUS quoque ſtatuit ac ſcripſit, quae minus probanda ſunt. In concertatione de *Baptismo Haereticorum* aberravit omnino a veritate, quum Baptismum illum plane reiiceret atque affirmaret, eum omni vi atque auctoritate carere. De ipſo Baptismo, in ſe ſpectato, nonnumquam ita loquitur, ut ſtatuere videatur, illum abſolute neceſſarium eſſe, ſi quis ſempiternam felicitatem conſequi velit. Idem ſignificat de S. Coena, ut Io. DALLAEUS de *Uſu Patrum Lib. II.* Cap. 4. p. 263 ſq. oſtendit. Inprimis notandum eſt, quod Epiſcopis plus, quam decet, tribuat et nimiam venerationem obedientiamque erga eos requirat. Inter alia *Epiſtol.* 27. p. 37.

Oper. edit. Baluzii dicit: *Dominus noſter, cuius praecepta et monita obſervare debemus, Epiſcopi honorem et Eccleſiae ſuae rationem diſponens, in Evangelio loquitur et dicit Petro: Ego tibi dico, quia tu es Petrus,* ceter. *Inde per temporum et ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio et Eccleſiae ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur et omnis actus Eccleſiae per eosdem Praepoſitos gubernetur.* Et *Ep.* 55. haec habet: *Sacerdotibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisquis Sacerdoti eius et ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, ſtatim necaretur.* Qua veritate, aut ſaltem qua veriſimilitudine S. Cyprianus Epiſc. Carthag. auctor adſeratur doctrinae *de unica* Chr. religione ac *Eccleſia ſalviſica* disquiſivit Fructuosus Freher Diſſertatione, quae prodiit Erfordiae 1792. 4., quaque ſe inprimis opponit ſacrorum romano-catholicorum Curatori in Sileſia, qui librum ediderat ſ. t. *Weder die chriſtl. Religion, noch die römiſch-cathol. Kirche iſt die alleinſeligmachende*, Frcf. et Lipſ. 1791. 8.

Origenes, de cuius orthodoxia antiquiore aetate multa diſputata ac poſt obitum eius varia diverſaque iudicia promulgata ſunt. Primus doctrinam illius impugnavit Methodius, Tyri Epiſc., libro de *Reſurrectione*, cuius fragmenta apud Epiphanium *Haereſ. LXIV.* et Photium *Cod. CCXXXIV.* exſtant.: item Commentatione de *Pythoniſſa adv. Origenem*, cuius nihil ad nos pervenit; non defuerunt autem, qui pro Origine eiusque fama dimicarent. Poſtea vehementior de doctrina eius disputatio inſtituta eſt, ab eo inprimis tempore, quo haereſis Ariana enata erat. Quum enim Ariani varia ex ſcriptis eius colligerent ſuaeque cauſſae per illius auctoritatem praeſidium conciliare vellent, ipſi Orthodoxi Origenis doctrinam oppugnare coeperunt, et quoniam alii eum defendebant, ab utraque parte

de illius Orthodoxia multa ſunt diſputata. Pugnarunt *contra* iſtum *Euſtathius Antioch.*, *Theodorus Mopſueſt.*, *Apollinaris*, *Hieronymus* ac praeter alios praecipue *Epiphanius*, qui quantis maxime viribus poterat, Origenianam haereſin impugnandam ſuſcepit ſummaque contentione hanc rem adverſus Ioannem Hieroſolymitanum tractavit. *Defenſorum* Origenis, qui *Origeniſtae* appellati ſunt, duo genera fuerunt. Alii erant *orthodoxi*, qui partes Origenis tuebantur ac merita eius in rem chriſtianam laudabant, ita tamen, ut errores eius haud probarent, multo minus defenderent; ſed quae inepte ab eo dicta fuerant, benigne interpretari mallent, qualem agendi modum, praeter alios, ſequuti ſunt *Athanaſius*, *Baſilius*, *Gregorius Nazianz.*, *Hilarius*, *Ioannes Chryſoſtomus*. Alii fuerunt *heterodoxi*, qui quum nimio cultu Origenem proſequerentur, tam acriter cauſſam eius egerunt, ut non ſolum quae recta, ſed etiam falſa ab iſto tradita erant, defenderent. Ita propugnabant eum Ariani; hac autem de cauſſa Pet. Dan. Huetius *Origen. Libr. II.* Cap. 4. p. 198. merito dicit: *Quot fere vel fautores habuit Ariana haereſis vel oppugnatores, totidem propemodum Origenianam doctrinam vel amplexi ſunt, vel deteſtati.* Sic Euſebius Caeſareenſis amicum ſuum *Pamphilum* commovit ad ſcribendam pro Origene *Apologiam*, cui, quum martyrio exſtinctus eſſet Pamphilus, ipſe Euſebius ultimam adhibuit manum. Sic et alii eiusmodi partes, Origenem defendendi, implerunt, *Didymus Alex.*, *Ioannes Hieroſol.*, *Evagrius Ponticus*, *Palladius*, *Iſidorus*, *Rufinus* et complures ex Aegyptiis Monachis, qui Nitriae montem incolebant. Inter *recentiores Auctores*, uti inter veteres, diſſenſio eſt de Origenis doctrina. Nonnulli iis inter antiquiores accedunt, qui in diiudicandis illius ſententiis iuſto ſeveriores fuerunt; eum multorum ac gravium errorum poſtularunt, imo condemnarunt, Dion.

Petavius *Animadversionib. ad Epiphanium Haeres. LXIV.*; Io. H. Horbius in *Hist. Origeniana s. de ultima origine et progressu Haereseos Origenis Tractatu*, Frcf. 1670. 4.; Lud. Doucinus in *Hist. des Mouvemens arrivéz dans l' Eglise au suiet d' Origéne et de sa doctrine*, Par. 1700. 12. Alii pro ea pugnarunt illumque a vitiis atque erroribus, quorum accusatus fuit, defendere tentaruut, cuiusmodi labore perfuncti sunt Io. Picus *Mirandulanus Dissert. de salute Origenis* p. 131. *Oper.*; Pet. Halloixius in *Origene defenso*, atque alii. Sunt quoque, qui media incedunt via, et quamvis agnoscant et fateantur, Origenem amplexum esse sententias haud probandas, non tamen illum acerbe perstringunt, aut in Haereticorum ordinem adscribunt; sed simul laudibus, quibus per eruditionem et merita in rem christianam dignus est, ornant, nec quae iustam habent excusationem, practermittunt. Ex horum numero memorandi sunt Io. Meisnerus *Tract. hist. theol. de Origene et Origenianis*, Witteb. 1665 et iterum 1712. 4.; Natalis Alexander *Histor. ecclesiast. Secul. III. Dissertat.* 16 sq. p. 701.; Pet. Dan. Huetius *Origenian. Libr. II.* Cap. 2 sqq. p. 27.; W. Caveus *Histor. litter. Scriptor. ecclesiast.* I, 114. et Io. Alb. Fabricius *Bibliothec. graeca Libr. V.* Cap. I. p. 215. Inter Veteres Sulpicius Severus *Dialog. I.* Cap. 6. dixit: *Ego miror, unum eumdemque hominem tam diversum a se esse potuisse, ut in ea parte, qua probatur, neminem post Apostolos habeat aequalem, in ea vero, qua iure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse.* Hinc illud apud Cassiodorum *Institut. divinar. litterar.* Cap. I.: *Ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo peius.* Id satis manifestum est, reperiri in eius scriptis non pauca, quae cum Ecclesiae doctrina vel pugnant, vel certa pugnare videntur. Omnes hominum animas simul a Deo conditas esse hocque

nomine iſtas iam exſiſtere, antequam corpora earum formentur, exiſtimavit, quod non ſolum Hieronymus, Auguſtinus, Epiphanius teſtantur, ſed etiam ex Origene ipſo patet. Eum porro poenarum infernalium et felicitatis coeleſtis tempus, certis terminis circumſcriptum ſtatuiſſe, itidem conſtat; nec negandum eſt, quod Pelagio viam paraverit et docuerit illius erroribus ſimilia; quod ſententias, Scripturae S. haud conſentaneas, prodiderit. Sed tamen propter dogmata haec Origenes in Haereticorum numerum referri aut damnari non potuit, quoniam is tantum ex iure eccleſiaſtico pro Haeretico habendus eſt, qui in principalibus doctrinae chriſtianae capitibus a veritate diſcedit et errores pertinaciter defendit et diſſeminare annititur, cuiusmodi factum eſſe ab Origene, minime dicendum eſt. Diſputationes enim de doctrina eius enatae ſunt, quum in vivis eſſe iam deſiiſſet. Imo licet in quibusdam a veritate aberraverit, in aliis tamen, quae itidem obiiciuntur, eum excuſandum eſſe, docti Viri iudicarunt. Nec iuſtas cauſſas adeſſe, eum excuſandi diſſitebitur, qui rem ſine partium ſtudiis diiudicare et expendere velit, nonnulla commodam admittere interpretationem, ſi aequus lector accedat, alia Haereticorum fraude eſſe interpolata, alia Philoſophorum et Haereticorum principiis conſentanea ab eo tantum proponi, non adſirmari ac ſtatui: ipſos imo illius libros, in quibus praecipue errores notantur, in privatum amicorum uſum eſſe compoſitos, nec ab ipſo Origine, ſed ab aliis in lucem editos. Quae quum ita ſint, haud difficulter intelligendum eſt, qualis ſit ratio Controverſiae de Origenis Orthodoxia, et ſimul luculenter videndum, *quid pravae cupiditates in Certaminibus theologicis efficere poſſint.* Scriptoribus, hac de re iam memoratis, addendi ſunt Casp. Sagittarius *Introd. in Hiſt. eccleſiaſt.* p. 1113. Io. Franc. Buddeus *Iſagog. ad theol. univerſ.*

Lib. II. Cap. 7. §. 3. p. 1005 ſq. et qui inſtar omnium eſſe poteſt Chr. W. Franc. Walch *Entwurf e. vollſtänd. Hiſt. d. Kezereien* VII, 362 ſqq.

Methodius dicitur quidem ab Epiphanio *Haereſ. LXIV. num.* 63. *Tom. I. Oper.* p. 591. ἀνὴρ λόγιος καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενος, *vir multum doctus et acerrimus veritatis patronus*, in eius tamen ſcriptis, aut horum reliquiis, quae ad nos pervenerunt, eſſata haud probata inveniuntur. Quae ubi ab ipſo Methodio profecta, nec ab aliena manu addita ſunt, ſatis dilucide teſtantur, iſtum etiam nonnumquam a veritate eccleſiaſtica aberraſſe. Scripſit librum περὶ ἀναστάσεως *de Reſurrectione*, in cuius fragmentis, quae apud Epiphanium *Haereſ. LXIV. num.* 12 ſqq. longiora habemus, traditur, quod poſt reditum mortuorum ad priſtinam vitam, pii et ſancti homines in his terris domicilia ſua habere debeant, quod Daemones cum filiabus mortalium rem veneream exercuerint, quemadmodum Io. Dallaeus de *Uſu Patrum Libr. II.* Cap. 4. p. 265. et Sam. Basnagius *Annal. polit. eccleſiaſt. Tom. II.* p. 465. iam obſervarunt. De Methodii *Sympoſio X Virginum* (περὶ τῆς ἀγνῆς ἀμιάντου παρθενίας καὶ ἁγνείας) idem Basnagius l. l. monet, illud benignum potius, quam accuratum lectorem poſtulare, quum in eo duriora et aperte falſa occurrant. Inter alia fingitur Dei Filius, cum Adamo ita coniunctus fuiſſe, ut vere Chriſtus extiterit, huiusque ſententiae probandae cauſſa haec inanis ratio additur: *Erat enim decentiſſimum, antiquiſſimum Aeonem et primum Archangelorum, verſari cum hominibus volentem, in antiquiſſimum et primum hominum Adamum inſinuari, in eoque habitare.* Ex opere eius περὶ τῶν γενητῶν *de Creatis*, Photius *Biblioth. Codic. CCXXXV.* p. 938. hanc ſententiam refert, Filium eſſe omnipotentem et invictam manum Patris, qua materiam, ex nihilo prius creatam, poſtea perficiat, ſive exornet, quam

autem illis, qui de Trinitate non recte sentiunt, favere, aut ad eorum errorem facile accommodari posse, quis non videat? Praeterea Io. Dallaeus l. l. in falsis eius doctrinis numerat, quod Providentia Dei tantum ad caussas universales pertineat et res particulares curandae Angelis traditae sint. Quae et alia postquam in Methodio, Origenis hoste, notaverat, subiungit: *Quas sane sententias qui recte expenderit, non minus perniciosas Scripturaeque adversas iudicabit, quam eas ipsas, quas in Origene notat atque reprehendit.* Io. Andr. Sixtus autem in *Commentat. de Methodio, Tyri quondam Episc.* Altorf. 1787. 4. p. 13. hanc tulit de Methodio sententiam. *Argumentis disputans philosophicis, praesertim iis, quibus mundi aeternitatem diluere et originem mali demonstrare studuit, plurima bene tractavit acumen acumine superando; materias disciplinae moralis exponere genus sectatur μυστικότατον et revera humanae indolis modulum excedens; oratoris sacri partes explens pretioso et saepe turgido dictionis genere declamat; dicta S. Codicis interpretans ἀλληγορίαν saepe argute ludentem affert; subinde tamen sententias tam veritate quam gravitate commentabiles proponit.*

Dionysius *Alexandrinus* cum illi acriter et subtiliter adversus Sabellium disputanti, quaedam excidissent, quae sensum minus sanum et orthodoxum fundere viderentur, arguitur ipse a suis ipsis Pentapolitanis erroris, quem Arius cum sectatoribus suis propagavit; eum autem de Trinitate et speciatim de divinitate Iesu Christi recte sensisse, eruditi Viri monstrarunt et iam supra a nobis observatum est. Add. Steph. le Moyne *Not. ad varia sacra* p. 235., Sam. Basnagius *Annal. polit ecclesiast.* II, 340., et Fleury *Hist. ecclesiast.* II, 343. Num idem Dionysius in Controversia de Baptismo Haereticorum partes Cypriani amplexus sit, nec ne? disputatur.

Affirmat id Hieronymus de *Viris illustr.* Cap. LXIX. et ita scribit: *Dionysius, Alexandrinae urbis Episcopus, in Cypriani et Africanae Synodi dogma consentiens de Haereticis rebaptizantis, ad diversos plurimas misit epistolas, quae usque hodie exstant.* Cuius testimonii auctoritate freti inter recentiores H. Valesius *Annotat. in Libr. VII. Eusebii Histor. eccles.* Cap. 5. p. 141., Ant. Pagius *Critic. in Annal. Baronii ad ann.* 256. *num.* 12. et W. Caveus *Histor. litterar. Scriptor. ecclesiastic.* I, 124. itidem existimat, Dionysium hunc a Cypriani atque aliorum Afrorum et Orientalium sententia de Baptismo Haereticorum haud alienum fuisse. Alii tamen ab his dissentiunt ac contendunt, Dionysium Cypriani sententiam haud probasse, nec Baptismum, ab Haeretico administratum, plane reiecisse. Rationes, quibus utuntur, sententiam hanc omnino probabilem reddunt. Refert istas Sam. Basnagius *Annal. politico-ecclesiast.* II, 341.

Eusebius *Caesareensis*, de cuius doctrina multa disputata esse, constat. Antiquiori aeque ac recentiori aevo fuerunt, qui eum e numero Doctorum recte sentientium eximerent atque Arianis annumerarent; imo pro principe Arianae factionis habere, haud dubitarent. Inter Veteres praesertim Hieronymus animadversionem censoriam eamque iniquam et acerbam adversus illum adhibuit. Recentiore aetate eum inprimis Io. Clericus *Vita Eusebii Tom.* X. *Biblioth. univers.* p. 380. et *Epistol. critic. num.* 11. p. 30. Ariani erroris arguit; praeter eum autem alii eamdem fecerunt accusationem, ut Dion. Petavius *Theologic. dogmat. de Trinitat. Libr. I.* Cap. 11 et 12. 11. 47., H. Norisius *Dissert. de Synodo quinta* Cap. XIII. *Tom. I. Oper.* p. 801., Ch. Sandius atque alii. Quam sententiam ut probent, variis utuntur argumentis; nec solum ex Eusebii libris ea afferunt effata, quae Arianismum sapiant;

ſed provocant quoque ad Hieronymum, veluti locupletem rei huius teſtem; ad ipſum Arium, qui Euſebium inter erroris ſui fautores retulerit apud Theodoretum *Libr. I. Hiſtor. eccleſ.* Cap. 5.; ad conſtantem illus amicitiam cum Arianis adduntque, quod ſe ab Athanaſio alienum monſtraverit, nec in *Hiſtoria* ſua *eccleſiaſtica* res contra Arianos geſtas perſequutus ſit. Alii cauſſam Euſebii egerunt atque affirmarunt, fieri illi iniuriam, ubi in Arianorum ordinem adſcriberetur; aut ſaltem eum excuſandum eſſe, arbitrari ſunt, ex quibus memoraſſe, ſufficiat Abr. Calovium *Confeſſion. Martyrum Tom. II. Scriptor. anti-Socinian.* p. 518.; H. Valesium *Diſſertat. de Vita Scriptisque Euſebii*, huius *Hiſtor. eccleſiaſt.* praemiſſa; Ge. Bullum, *Defenſionis fidei Nicaenae* variis locis; Sam. Basnagium *Tom. II. Annal. politico-eccleſiaſt.* p. 734. et 770., inprimis W. Caveum. Hic enim ſingularem *Diſſert. de Euſebii Caeſareenſis Arianiſmo* adv. Io. Clericum ſcripſit quae eiusdem *Hiſtor. litterar. Scriptorum eccleſiaſticor.* ſubiecta eſt. Rationes, quae ad Euſebii defenſionem adhibentur, non omni pondere carent, et ubi cum argumentis eorum conferantur, qui Doctorem hunc Arianis annumerant, maiorem probandi vim produnt. Certe ſi vocabulum *Ariani* ſententia ſtrictiore accipitur, ita ut per illud ſignificetur is, qui ipſius Arii errores proprios approbat, pro eiusmodi Ariano Euſebius haberi haud poteſt. Primum enim in ſcriptis eius plurima habemus eſſata, quae Arianismo, proprie ſic dicto, plane repugnant. Appellat Chriſtum *Orat. de laudib Conſtantin.* Cap. XII. p. 639 ſq. αὐτοθεὸν, *per ſe Deum*, μονογενέα θεὸν *unigenitum Deum*, ἐκ Θεοῦ γεγεννημένον λόγον *Deum ex Deo genitum.* Diſerte profitetur *Libr. I. de eccleſiaſt. theol.* Cap. 9. et *Libr. III.* Cap. 2., ſe reiicere eos, qui τὸ λόγον κτίσμα, vel ἐξ οὐκ ὄντων dicere auſi ſint, cuiusmodi loca antea laudati Euſebii defenſores plura

alia memorant, praefertim Caveus non folum dicta *Differtatione*, fed etiam *Antiquitat. Patr. et ecclefiaft. II*, 178 fqq. Merito ex illis conficitur, eum a propria Arii opinione alienum fuiffe. Accedit, quod licet ὁμοουσίου vocabulo primo uti dubitaverit, poftea tamen, quum rem accuratius expenderit, in Synodo Nicaena dogmata Ariana expreffe damnaverit eiusque Symbolo poft longam cauffae disquifitionem ex animo fubfcripferit. Qui eum fimulationis accufant ac fcriptionem dolofe factam effe, contendunt, id neutiquam probare poffunt; nec leviter leges amoris et aequitatis violant. Quam falfum, quam iniquum hoc fit, ex *Epiftola* eius *ad Caefareenfes* fatis luculenter patet apud, Gelasium *Cyzicenum* in *Actis Concilii Nicaeni* II, 35 fq., Socratem *Libr. I. Hiftor. ecclefiaft.* Cap. 8. et Theodoretum *Libr. I. Hiftor. ecclefiaft.* Cap. 12. At vero ubi nomen *Ariani* latiori fenfu fumitur et ii per id intelliguntur, qui non omnia, ad dogma de Trinitate pertinentia, ad opinionem Orthodoxorum Nicaenornm tradunt, Eufebius quidem Arianis adfcribi poteft; eiusmodi autem ufus vocis *Ariani* non eft probandus. Nullo modo enim negandum eft, in fcriptis eius, cum ante tum poft Synodum Nicaenam editis, deprehendi dicendi formas, quae indicant, tres divinitatis perfonas gradu tantum inter fe differre. Patrem et Filium haud effe aequales *Libr. II. de ecclefiaftic. theolog.* Cap. 7., pronuntiat ac dicit: οὐδὲ γὰρ ἰσοτίμους αὐτὰς ὁριζόμεθα, *nam neque illas*, hypoftafes Patris et Filii, *honore pares ponimus;* eadem quoque ratione Filium aborandum effe, qua Pater adoratur, ibidem negat. Cf. Schroeckh *Chriftl. KGefch.* V, 180 fqq. 339. Praeter ea, quae de Trinitate haud recte atque accurate docuit, alias pro falfis declaratas fententias tribuit ei Abr. Scultetus *Medull. theolog. Patrum* p. 871., quod fcripferit, *totum hominem ab ipfius Dei natura abforptum effe et rurfus Deum fuiffe,*

Deum Verbum, cuiusmodi etiam fuerit, antequam homo fieret; quod defenderit caelibem vitam Sacerdotum atque existimaverit, preces populi, pro anima defuncti Imp. Constantini ad Deum factas, esse laudandas; Essenos fuisse Christianos; plures extitisse Apostolos, quam duodecim; Philippum Aug. Christo nomen dedisse, cuiusmodi nonnulla alia memorat, quae autem omnia nec eiusdem momenti, nec aperte vitiosa sunt, si quidem rite intelligantur.

Athanasius, qui a nonnullis variorum errorum accusatur: tribuisse eum homini naturali in rebus spiritualibus plus, quam par sit, atque existimasse, sanctos esse invocandos, quia Deus in illis habitet; Adamum ac ceteros ante Christi adventum salutis haud participes factos esse; nonnullos legem naturalem servando, Deum sibi propitium reddidisse; sacramenta V. T. tantum significasse, non contulisse gratiam; fieri hominis iustificationem diversam variamque. Numerus huiusmodi naevorum iusto amplior constituitur huiusque rei caussa est, quia non omnia Athanasii effata recte explicantur, vel testimonia ex iis libris sumuntur, quorum ille haud auctor est. Eum enim putasse, Sanctos esse invocandos, ut *Centur. Magdeburg.* p. 295 et Gfr. Arnoldus in *Hist. eccl.* iudicant, quoniam Deus in illis habitet, verba, quae producuntur, tantum abest, ut probent, ut potius contrariam indicent sententiam. Quum enim disputat adversus eos, qui affirmant, Christum esse hominem et Deum in eo tantum habitare, ac monet, hac ratione inter Christum et nos nullum esse discrimen, utitur argumento κατ' ἄνθρωπον haecque subiicit, de *Incarnat. verbi Dei Tom. I. Oper.* p. 593.: Εἰ καὶ Θεὸν ἐνοικεῖν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ λέγοιεν, μὴ παραδεχώμεθα, ἐνοικεῖ δὲ ἐν ἡμῖν· οὐδὲν οὖν διαφέρει ἡμῶν κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον; ὥστ' εἰ συμπροσκυνεῖς τὸν ἄνθρωπον τῷ Θεῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἐνοίκησιν, συμπροσκυνεῖν καὶ τοῖς ἁγίοις διὰ τὸν ἐνοικοῦντα ἐν αὐτοῖς. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον;

τὸ δὲ πρὸ ἁγίου πνεύματος τοῦτ' ἔστι πρὸ Θεοῦ δοξασθῆναι ἄνθρωπον, τῆς ἐσχάτης ἐστὶν ἀσεβείας, *quapropter ſi adoras hominem Chriſtum, eo quod ibi inhabitet Dei verbum una opera adora quoque Sanctos, ob Deum, qui in illis domicilium habet.* Eum porro varia iuſtificationis genera ſtatuiſſe, itidem haud planum fieri, nec probari poteſt. Quod hanc in rem producunt teſtimonium nullius eſt momenti. Agit ibi Athanaſius non de iuſtificatione, ſed de perfecta et plena Servatoris noſtri redemtione. Dicit enim de *Incarnatione Chriſt. Tom. I. Oper.* p. 618.: Διὸ τῆς μὲν ἁμαρτίας τὴν κατάκρισιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιήσατο ὁ Χριστὸς, τῆς δὲ κατάρας τὴν ἀφαίρεσιν, ἐπὶ ξύλου, τῆς φθορᾶς τὴν καθαίρεσιν, ἐν τῷ τάφῳ, καὶ τοῦ θανάτου τὴν κατάλυσιν, ἐν τῷ ᾅδῃ, *quapropter peccati condemnationem in terra, piaculi, ſive exſecrationis abolitionem in ligno, corruptionis redemtionem in ſepulcro, mortis condemnationem in inferno peregit.* Recte haec adverſus Arnoldum obſervata ſunt in Henr. Klausingii *Diſſert. de Athanaſio vindicato.* Lipſ. 1724. 4. p. 2. 5. Sed quamvis Athanaſius ſine cauſſa errorum quorundam accuſetur, nonnullas tamen in ſcriptis eius ſententias deprehendimus, quae iure ei tribuuntur, nec ſatis accuratae ac rectae ſunt. De *libero hominis arbitrio* in rebus ſpiritualibus ita loquitur, ut ſignificare videatur, nobis omnino facultatem naturalem relictam eſſe, ea ſuſcipiendi et peragendi, quae Deo placeant et grata ſint. De anima pronuntiat *Orat. contra Gentes* Cap. 4., quod *poſſit, ut ad bona ſe inclinare, ita bona quoque averſari* (δύναται γὰρ ὥσπερ πρὸς τὰ καλὰ νεύειν, οὕτω καὶ τὰ καλὰ ἀποστρέφεσθαι et addit: Γινώσκουσα τὸ αὐτεξούσιον ἑαυτῆς, ὁρᾷ ἑαυτὴν δύνασθαι κατ' ἀμφότερα τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι χρᾶσθαι, εἴς τε τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα· ὄντα δὲ ἐστὶ τὰ καλὰ, οὐκ ὄντα δὲ τὰ φαῦλα. *Propriae libertatis conſcia videt ſe membris in utramque partem uti poſſe, tum ad ea, quae ſunt, tum ad ea, quae non ſunt.*

Ea autem ſunt, quae bona ſunt; ea vero non ſunt, quae mala ſunt. Verba haec ſi quis de animae facultate, ad res naturales et externas, non ſpirituales atque internas relata, intelligere atque Athanaſium defendere velit, ei haud repugnamus, quamvis non ſit negaadum, illum liberam animae humanae facultatem nec diſtincte, nec accurate explanaſſe. Duriora hac de re videntur, quae l. c. Cap. 34. ita ediſſerit: Δύναται, ὥσπερ ἀπεστράφησαν τῇ διανοίᾳ τὸν Θεὸν, καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἀνεπλάσαντο εἰς Θεοὺς, οὕτως ἀναβῆναι τῷ νῷ τῆς ψυχῆς, καὶ πάλιν ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν Θεόν. Ἐπιστρέψαι δὲ δύνανται, ἐὰν ὃν ἐνεδύσαντο ῥύπον πάσης ἐπιθυμίας, ἀπόθωνται, καὶ τοσοῦτον ἀπονίψωνται, ἕως ἂν ἀπόθωνται πᾶν τὸ συμβεβηκὸς ἀλλότριον τῇ ψυχῇ, καὶ μόνην αὐτὴν, ὥσπερ γέγονεν, ἀποδείξωσιν. *Ut Deum mente deſeruere, et res quae nullae ſunt, Deos affinxere, ſic eadem ſuae animae mente aſcendere et ſe iterum ad Deum poſſunt convertere. Poſſunt, inquam, ſi quas omnium cupidatum ſordes induerint, deponant, et tamdiu abluant, donec quicquid alienum animae acceſſerit abiecerint, eamque ſolam, qualis creata eſt, exhibuerint.* Haec enim ita expreſſa ſunt, ut ex illis facile ſit colligendum, Athanaſium exiſtimaſſe, quod homo propriis viribus ſe emendare et ad Deum convertere queat. Quum porro de *Salutar. adventu Chriſti Tom. I. Oper.* p. 641. eorum mentionem facit, *qui Deo per legem naturae placuerint*, minus recte ac caute haec dicta ſunt, nec mitiorem admittunt interpretationem; minus autem ex illis iuſta fieri poteſt accuſatio contra Athanaſium, quod iuſtificationem legi eiusque operibus tribuerit. Aliis locis diſerte docuit, nos non alia ratione, niſi per ſolam fidem in Ieſum Chriſtum, criminum noſtrorum veniam a Deo conſequi poſſe. De *Corpore Chriſti* non ſatis commode loquutus eſt, quoniam *de Incarnatione Verbi Dei* Cap. 20. affirmavit, fuiſſe *illud mortale* et *ad ſimilitudinem ſui generis mortem*

excepisse, propter inhabitans autem *Dei verbum expers corruptionis extitisse.* (Τὸ σῶμα, ὡς καὶ αὐτὸ κοινὴν ἔχον τοῖς πᾶσι τὴν οὐσίαν· σῶμα γὰρ ἦν ἀνθρώπινον· εἰ καὶ καινοτέρῳ θαύματι συνέστη ἐκ παρθένου μόνης· ὅμως θνητὸν ὄν, κατὰ ἀκολουθίαν τῶν ὁμοίων καὶ ἀπέθνησκε.) De doctrina Athanasii exposuerunt Monachi Benedictini *Praefatione*, quam illius *Operibus* praemiserunt.

Cyrillus *Hierosol.* itidem dicendi formis usus est durioribus tradiditque sententias non satis veras atque accuratas. Existimat *Catechef. II.* §. 6. p. 26. edit. Milles, Angelos adhuc legem divinam violare atque a Deo veniam peccatorum impetrare. Φιλάνθρωπος ἀληθῶς, inquit, ὁ Θεὸς, καὶ οὐ δυνήσεται ὁ πᾶς ἄνθρωπος κατ' ἀξίαν ἐξειπεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· οὐδ' ἂν πᾶσαι αἱ γλῶσσαι συνέλθωσιν ἀνθρώπων ὁμοῦ, οὐχ' οὕτως μέρος τι τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν διηγήσασθαι δυνήσονται. Ἡμεῖς γὰρ λέγομεν μέρος τι τῶν γεγραμμένων περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ φιλανθρωπίας, ἀλλ' οὐκ οἴδαμεν ὅσα καὶ ἀγγέλοις συνεχώρησε. Συγχωρεῖ γὰρ κἀκείνοις, ἐπειδὴ εἷς μόνος ἀναμάρτητος, ὁ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καθαρίζων Ἰησοῦς. *Vere benignus est Deus, nec ullus poterit homo illius benignitatem satis praedicare; imo etiamsi omnes omnium hominum linguae simul coarcervarentur, ne sic quidem partem aliquam benignitatis illius enarrare possent. Dicimus sane nos ex parte quadam, de illius erga homines benignitate, sed nescimus, quanta ille et Angelis condonaverit. Indulget enim et illis: quandoquidem ipse tantum unus est, qui peccare non possit, qui purgat et peccata nostra Iesus.* De anima dicit *Catechef. IV.* §. 14. p. 58.: αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ ψυχή, *sui iuris suique arbitrii est anima;* eum autem liberam facultatem, quam animae tribuit, non solum de rebus externis ac civilibus, sed etiam internis ac spiritualibus intelligere, ex sequentibus haud obscure patet. *Baptismum Haereticorum* non esse legitimum existimavit, hancque sententiam

his verbis prodidit *Praefat. ad Catechef.* §. 4. p. 6.: Μόνον οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται· ἐπειδὴ τὸ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα, *foli Haeretici rebaptizantur, fiquidem prius illud non erat Baptisma.* Ipfi Baptismo abfolutam neceffitatem tribuit, ita ut crediderit, fine ifto neminem, nifi martyrem, ad fempiternam felicitatem pervenire poffe. Expreffe enim fcribit *Catech. III.* §. 7. p. 39.: Εἴτις μὴ λάβῃ τὸ βάπτισμα, σωτηρίαν οὐκ ἔχει, πλὴν μόνων μαρτύρων, οἳ καὶ χωρὶς τοῦ ὕδατος λαμβάνουσι τὴν βασιλείαν, *fi quis non baptizatur, falutem non habet, praeter folos Martyres, qui vel fine aqua regno caelefti potiuntur;* ac cum aliis veteris Ecclefiae Doctoribus ftatuit, Baptismum fanguinis, f. Martyrium, tantam vim habere, ut per illum omnes animae fordes fint eluendae. Exorcismos utiles, imo neceffarios effe, his indicat verbis *Praef. ad Catechef.* §. 5. p. 7.: Τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆς· κἂν ἐμφυσηθῇς, κἂν ἐπορκισθῇς, σωτηρία σοι τὸ πρᾶγμα νόμισον εἶναι. Ἀργὸν χρυσὸν, καὶ δεδολωμένον ποικίλαις ὕλαις ἀναμεμιγμένον, χαλκῷ, καὶ κασσιτέρῳ, καὶ σιδήρῳ, καὶ μολύβδῳ, ζητοῦμεν τὸν χρύσον μόνον ἔχειν, χρυσὸς μὴ δύναται ἄνευ πυρὸς καθαρθῆναι τὰ ἀνοίκεια· οὕτως ἄνευ ἐπορκισμῶν οὐ δύναται καθαρθῆναι ψυχή. Εἰσὶ δὲ θεῖοι, ἐκ θείων γραφῶν συνεκλεγμένοι. Ἐσκέπασταί σου τὸ πρόσωπον, ἵνα σχολάσῃ λοιπὸν ἡ διάνοια, ἵνα μὴ τὸ βλέμμα ῥεμβόμενον, ποιήσῃ ῥέμβεσθαι καὶ τὴν καρδίαν· τῶν δὲ ὀφθαλμῶν ἐσκεπασμένων οὐκ ἐμποδίζεται τὰ ὦτα δέξασθαι τὸ σωτήριον. Ὃν γὰρ τρόπον οἱ τῆς χρυσοχοϊκῆς ἐργασίας ἔμπειροι, διά τινων λεπτῶν ὀργάνων τὸ πνεῦμα τῷ πυρὶ παρεμβάλλοντες, καὶ τὸ ἐν τῇ χώνῃ κεκρυμμένον χρυσίον ἀναφυσῶντες, τὴν παρακειμένην ἐρεθίζοντες φλόγα εὑρίσκουσι τὸ ζητούμενον, οὕτω τῶν ἐπορκιζόντων διὰ πνεύματος θείου ἐμβαλλόντων τὸν φόβον, καὶ ὥσπερ ἐν χώνῃ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἀναζωπυρούντων, φεύγει μὲν ὁ ἐχθρὸς δαίμων, παραμένει δὲ ἡ σωτηρία, καὶ παραμένει ἡ ἐλπὶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ λοιπὸν ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα τῶν ἁμαρτημάτων, ἔχει τὴν σωτηρίαν. *Exorcismos ftudiofe fuscipe: five enim infuffle-*

ris, ſive exorcizeris exiſtima eam rem tibi eſſe ſaluti. Nam ut rude, infectumque aurum, vel aduli eratum, multisque aliis commixtum mineris, uti cum aere, ſtanno, ferro, plumbo, ſi cupimus aurum tantum habere, non poterit illud ſine igne ab diverſis a ſe metallis purgari, ſic absque exorcismis anima purgari non poterit. Divini enim ſunt, ex divinisque ſcripturis collecti. Velatus eſt vultus tuus, ut mens tua vacet, neve oculus vagus efficiat ut mens vagetur: clauſis vero oculis, aures minime impediuntur ſalutaria ſuscipere. Quemadmodum enim aurifabri, per quaedam ſubtilia inſtrumenta, ſufflantes ventulum igni, et aurum in fornace conflantes, excitantesque propoſitam flammam, id quod quaerunt, reperiunt; ſic cum Exorciſtae per Spiritum S. incutiunt timorem, et in corpore tamquam in fornace, animam accendunt, fugit tunc inimicus Daemon, adeſt autem ſalus, et ſpes vitae aeternae permanet: denique omnia repurgata a peccatis, ſalutem conſequitur. Signum Crucis magna virtute eſſe praeditum, ſibi perſuaſit eamque his verbis commendavit, *Catech. IV.* §. 10. Μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῶμεν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ κἂν ἄλλος ἀποκρύπτῃ, σὺ φανερῶς ἐπὶ μετώπῳ σφραγίζου, ἵνα οἱ δαίμονες τὸ σημεῖον ἰδόντες τὸ βασιλικὸν, μακρὰν φύγωσι τρέμοντες. Ποιεῖ δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον, ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πράγματι. *Ne Chriſti Crucem erubescamus; ſed ſi quis alius abſcondat, tu palam ad frontem obſignato, ut Daemones regium ſignum intuentes, tremuli procul aufugiant. Signo autem iſto utere, tum edens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans, et ut ſemel dicam, in omni negotio.* Cf. *Catech. XIII.* §. 18.

BASILIUS *Magnus*, in cuius ſcriptis etiam non omnia recte atque accurate pronuntiata ſunt. Io. DALLAEUS de *vero uſu Patrum Libr. II.* Cap. 4.

p. 268. obſervat, eum tradidiſſe, Haereticos, ubi ad verum Chriſtianorum coetum ſe conferrent, iterum ſalutari aqua eſſe abluendos ac qui usque ad mortem volentes peccent, igne purgandos. DION. PETAVIUS *Not. ad Epiphanium* p. 341. diſerte dicit, in *Baſilii Epiſtola ad Amphilochium Canon. I.* contineri *multa mirifica et ſi verum quaerimus, parum catholica.* Notat quoque ABR. SCULTETUS *Medull. theolog. Patr.* p. 1204. varias illius ſententias, quae a veritate ſint alienae. Nec negari poteſt, in monumentis, a magno hoc antiquiori Doctore relictis, nonnulla inveniri, quae parum commode ac recte dicta ſint. Baptismum Ioannis non eamdem dignitatem atque excellentiam habuiſſe cum baptismo Chriſti, affirmat; qualis autem inter utrumque fuerit differentia, non diſtincte explicat, *Libr. I. de Baptismo* Cap. 2. Tom I. *Oper.* p. 559. Deum longe ante hunc mundum, quem videmus, alium ab oculis noſtris remotum atque Angelorum domicilium, produxiſſe, tradit *Homil. I. in hexaemer. Tom. I.* p. 6. Quando porto de *vera virginitate Opp.* I, 660. diſcrimen conſtituit inter vitia corporis atque animi haecque illis graviora eſſe, putat, ſententiam ſuam ita exprimit, ut iſta pro dicendi modo, quo utitur, no.. penitus ſit probanda. Verba enim eius ſunt: Ὅσῳ ἔλαττον ψυχῆς σῶμα τῇ ἀξίᾳ, τοσοῦτον ἔλαττον, οἶμαι, τὸ διὰ σώματος ἁμάρτημα τοῦ διὰ γυμνῆς τῆς ψυχῆς καταφαίνεται· ὅτι ἐκεῖ μὲν φυσικὴ τροφή τε καὶ ὄρεξις, πρὸς τὴν γαστριμαργίαν ἢ πορνείαν τὸ σῶμα διὰ τῶν συντρόφων ἡδονῶν γαργαλίζεται. Ἐνταῦθα δὲ ἄνευ τινὸς σωματικῆς ἡδονῆς, μοχθηρία προαιρέσεως τὰ πάθη παρὰ φύσιν τῇ ψυχῇ ἐπεισάγει. *Quanto corpus inferius eſt dignitate, quam anima, tanto minus eſt vitium, quod per corpus admittitur, quam quod per nudam perpetratur animam. Nam ibi quidem neceſſarius et naturalis cibus atque appetitus ad gulam, ſeu fornicationem per adiunctas ſibi voluptates corpus omne titillat, hic absque ulla corporali*

voluptate sola perversione voluntatis vitia in animam influunt.

Gregorius *Nyssenus* in monumentis suis, ad nos delatis, non solum adhibuit loquendi modos duriores, nec ad rem accurate exprimendam satis aptos; sed etiam sententias amplexus est orthodoxiae lutheriae adversas. Scripsit Ἀντιῤῥητικὸν πρὸς τὰ Ἀπολλιναρίου, *Antirrheticum adv. Apollinarem*, quod opus primus e Cod. Vaticano antiquiss. iuris publici fecit cum versione et notis Laur. Alex. Zacagnius in *Collectaneis Monumentorum vet. Ecclesiae graec. ac lat.* p. 123 sqq. rec. in Gallandii *Bibl. PP.* VI. 317. Disputat quidem accurate et solide contra Apollinarem, nonnumquam tamen ita loquitur, ut ipse a recta via et vera doctrina deflectere videatur. Hypostaticam enim divinae et humanae naturae in Christo unitionem μῖξιν, *mixtionem*, σύμμιξιν, *commixtionem*, σύγκρασιν, *temperationem* cum in excitato opere, tum passim in aliis scriptis vocat; praeterea autem, quando de utriusque naturae coniunctione differit, humanam, vilem abiectamque naturam, ita a divina assumtam dicit, ut ab huius immensitate illam absorptam, abolitam atque exstinctam fuisse, affirmare videatur. Simili ratione de Christi gloria post adscensionem in caelum tam magnifica verba facit, ut facile quis suspicari possit, ipsum nullam humanae carnis substantiam atque proprietatem in glorificato Christi corpore agnovisse. Ita rem observat Zacagnius *Praefation. Collectan.* §. XX et XXI. p. 21 sq.; simul autem mitiorem instituit interpretationem atque id agit, ut Nyssenum suspicione erroris, quo postea Eutyches implicitus fuit, liberet. Idem Ecclesiae graecae Doctor Origenem sequutus, suppliciorum, quibus damnati in inferno affliguntur, finem et omnium rerum ἀποκατάστασιν, sive restitutionem in pristinum statum, affirmat, ut Io. Dallaeus de *poenis et satisfactionib. humanis*

Libr. IV. Cap. 7. p. 368. pluribus oſtendit. Add. CASIMIR. OUDINUS *Comment. de Script. eccleſiaſt.* I, 587. Negat porro, *infantem ſanitatis, quae per purgationem contingit, indigere,* ὅτι μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν νόσον τῇ ψυχῇ παρεδέξατο, *quia nec ab initio quidem prorſus in animum morbum admiſit Lib.* de *Infantibus, qui praemature abripiuntur Tom. II. Oper.* p. 761. Effatum hoc verae doctrinae de peccato originis haud convenit hocque nomine DAN. WHITBY *Tract. de imputatione divina peccati Adami* Cap. VI. §. 14. p. 102. Gregorium quoque Nyſſenum in illis veteris Eccleſiae Doctoribus numerat, qui, ut cenſet, negarunt, infantes peccati Adamitici reos eſſe, aut labem nllam ab origine traxiſſe, quae ipſos irae divinae obnoxios reddat. De Chriſto, homine facto, tradit *adv. Apollinarem Tom. II. Oper.* p. 695., non neceſſe fuiſſe, ut humanam naturam ſibi iunxiſſet, ſi omnes mortales tales eſſent, quales Elias, Ieſaias et Ezechiel fuiſſent, quae ita dicta ſunt, ut minus poſſint probari. Εἰ πάντες κατὰ τὸν Μωϋσέα δυνατῶς εἶχον ἐντὸς γενέσθαι τοῦ γνόφου, ἐν ᾧ εἶδεν ὁ Μωϋσῆς τὰ ἀθέατα· ἢ κατὰ τὸν ὑψηλὸν Παῦλον, τριῶν οὐρανῶν ὑπεραρθῆναι, καὶ ἐν τῷ Παραδείσῳ περὶ τῶν ὑπὲρ λόγον πραγμάτων διδαχθῆναι τὰ ἄῤῥητα· ἢ κατὰ τὸν ζηλωτὴν Ἠλίαν τῷ πυρὶ πρὸς τὸν αἰθέριον χῶρον συνεπαρθῆναι, καὶ μὴ βαρυνθῆναι, τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος· ἢ κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ τε καὶ Ἠσαΐαν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης ἰδεῖν, ἢ ὑπὸ τῶν Χερουβὶμ ἐπαιρόμενον, ἢ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ δοξαζόμενον· οὐδ᾽ ἂν ἐγένετο πάντως χρεία τῆς διὰ σαρκὸς τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐπιφανείας, πάντων τοιούτων ὄντων. *Si omnes ut Moſes caliginem ingredi potuiſſent, in qua vidit Moſes, quae ſpectari non poſſunt; aut quemadmodum ſublimis ille Paulus, ſupra tres coelos attuli, atque in Paradiſo ſecretis doceri rebus, quae, verbis efferri non poſſunt; aut cum illo zelo ardente Elia curru igneo in locum aethereum transferri, neque corporis mole ac pondere gravari; vel cum Ezechiele atque Eſaia ſedentem, in gloriae throno*

contueri, aut supra Cherubim sublatum, aut a Seraphim collaudatum nihil penitus opus fuisset, hac Dei secundum carnem apparitione, si tales omnes fuissent. Liberum arbitrium homini naturali maius, quam par est, tribuere videtur *Orat. de mortuis Tom. II. Oper.* 1066. (Ἰσόθεόν ἐστι τὸ αὐτεξούσιον *Liberum voluntatis arbitrium est honor divino aequalis.* Θεοειδὴς ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος καὶ μακάριος τῷ αὐτεξουσίῳ τετιμημένος. *Deo similis beatusque ea re est homo, quod libera praeditus est voluntate*), ac de *Coniugio* sentit, eo haud opus fuisse ad propagandum genus humanum, si primi homines haud peccassent. Ita enim *Libro de hominis opificio* Cap. 16. Ἔμεινε ἂν ἐν τῇ τῶν πρωτοπλάστων δυάδι τὸ ἀνθρώπινον γένος, μὴ τοῦ κατὰ τὸν θάνατον φόβου πρὸς διαδοχὴν τὴν φύσιν ἀνακινήσαντος. *Genus humanum supra duum numerum, qui primi existere, auctum non fuisset, nisi mortis metus naturam, ut de successione perpetua cogitaret, promovisset.* De *Signo Crucis* pronuntiat in *Orat. adv. eos, qui differunt Baptismum Tom. I. Oper.* p. 956., quod *malis opem ferat et remedium*, et *Orat. de Placilla Tom. II. Oper.* p. 980. (cf. Io. Dallaeus *de vero usu PP.* Libr. II. Cap. 4. p. 269.) quod *nidoribus inquinatum aëra expiet ac lustret* (τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τὸν μεμολυσμένον ταῖς κνίσσαις ἀέρα καθαγνίσας, διήγαγην). Gregorium hunc nullum reliquisse testimonium de *Transsubstantiatione*, quemadmodum Romanae Ecclesiae addicti sibi persuadent, copiose ostendit Edm. Albertinus *Libr. II. de Eucharist.* Cap. 2. p. 483.

Gregorius *Nazianz.* non alienus fuit ab opinione Origenis de fine poenarum infernalium.*) De iis, qui gratiae divinae participes fiunt, ita loquitur *Orat. XXIV. Tom. I. Oper.* p. 429., ut illis divinitatem quamdam adscribere videatur. Εἰ μὴ θεὸς τὸ

*) Vid. C. Ullmann *Gregorius v. Nazianz, d. Theologe* p. 503.

πνεῦμα τὸ ἅγιον, θεωρήτω πρῶτον, καὶ οὕτω θεούτω με τὸν ὁμότιμον, *si Spiritus Sanctus*, inquit, *Deus non est, Deus prius efficiatur atque ita demum me aequalem suum, Deum efficiat;* haec autem durius, quam par est, dicta esse, quisque facile videt. Homini naturali relictum esse liberum arbitrium, in rebus quoque spiritualibus, haud obscure significat, quando dicit *Orat.* XXXI. Opp. I, 508.: Οὐκ ἀτιμάζω, τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἀμφότερα τίθημι, τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν εἰς ἔργον ἄγουσαν τὰ ἐκ φύσεως ἐπιτήδεια. *Liberam voluntatem haud quaquam sperno, sed utrumque statuo, nimirum et naturae ad bonum facilitatem atque aptitudinem et animi voluntatem, naturalem illam aptitudinem ad bonum ducentem:* quumque agit de variis generibus Eunuchorum spiritualium haec addit: Ἀλλὰ τὸν ἐν σοὶ λόγον κινήσας, ἀλλὰ τὸν σπινθῆρα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς προαιρέσεως ἀνάψας, σαυτὸν εὐνουχίσας, τὴν ῥίζαν ἐξέτεμες, τὰ ὄργανα τῆς κακίας ἐξώρισας, τοσαύτην ἕξιν ἐκτήσω τῆς ἀρετῆς ὥστε καὶ σχεδὸν ἀδύνατόν σοι γενέσθαι τὴν περὶ τὰ χείρω φοράν. Διὰ τοῦτο ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμόν. *At tu, rationem tibi insitam movens ac virtutis igniculum per arbitrii libertatem exuscitans, te ipsum exsecuisti, radicem excidisti, vitii instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut iam ad vitium ferri propemodum nequeas. Quam ob rem hanc quoque exsectionem laudandam censeo.**) Naevis iam memoratis et hic merito annumeratur, quod existimaverit *Orat. III.* p. 94., non tam legis divinae, quam prudentiae rationem postulare, ut salutis nostrae caussa rebus caducis nuntium mittamus, quemadmodum recte monuit Io. BARBEYRACIUS *Praefat.* quam *Versioni gallicae operis Pufendorfiani de iure naturae et gentium* praemisit p. 46. et in *Traité de la morale des Pères de l'Eglise* Cap. XII. §. 64. p. 202.

---

*) Vid. C. ULLMANN l. c. p. 428.

Didymus dogmata varia tradidit quae veteribus Ecclefiae Lutheriae Doctoribus displicent, ac praefertim Origenem fequutus ftatuit, a Damnatis finem poenarum infernalium exfpectandum effe. Quum difputaret adverfus Manichaeos, ad alterum extremum prolapfus, homini gratiae divinae experti tribuit liberam voluntatis facultatem, ea quae vere bona funt appetendi ac vere mala averfandi. Quando Apoftolus Eph. II, 3. dicit, nos effe *natura filios irae*, vocem *natura* explicat per *vere*, ac cenfet, Paulum indicare, nos effe per pravas actiones irae divinae obnoxios, qua explicatione peccatum originis negare, aut extenuare videtur. De omnium librorum divinorum auctoritate canonica fe haud certum fuiffe, fignificavit. Animarum praeexiftentiam non tam ipfe probavit, quam aliorum de ea fententiam retulit: Cf. Iac. Basnage *Animadverfionib. ad Henrici Canifii Lection. antiquar.* I, 199 fqq., qui copiofius de Didymi doctrina et erroribus exponit.

Macarius ftatuit, Animas atque Angelos iuncta fibi habere corpora fubtilia et tenuia. Ita enim *Orat.* IV. p. 48. Ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν σῶμά ἐστιν, ὁ Ἄγγελος, ἡ Ψυχή, ὁ Δαίμων. Ὅτι καὶ λεπτὰ ὦσιν, ὅμως ἐν ὑποστάσει καὶ χαρακτῆρι, καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς φύσεως αὐτῶν, σώματα τυγχάνει λεπτά. *Unumquodque horum fecundum naturam fuam corpus eft, Angelus fcilicet, Anima et Daemon. Quamvis enim fubtilia funt, tamen in fubftantia, forma et figura fecundum tenuitatem naturae eorum corpora funt tenuia.* Refurrectionem corporum tribuit igni, qui fit in corde noftro *Homil.* XI. init. Τὸ πῦρ, inquit, τὸ οὐράνιον τῆς θεότητος, ὅπερ δέχονται οἱ Χριστιανοὶ ἐντὸς αὐτῶν ἐν τῇ καρδίᾳ νῦν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐντὸς τῆς καρδίας αὐτῶν διακονοῦν, ὅταν ἀναλυθῇ τὸ σῶμα, ἐξώτερον γίνεται, καὶ πάλιν συμπήσσει τὰ μέλη καὶ ποιεῖ ἀνάστασιν τῶν λελυμέ-

νων μελῶν. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις πῦρ τὸ διακονοῦν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ αἰχμαλωτισμοῦ χωσθὲν ἦν ἐν λάκκῳ, καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἐν τῷ γενέσθαι εἰρήνην καὶ ἐπανελθεῖν τοὺς αἰχμαλωτισθέντας, ὥσπερ ἀνεκαινίσθη καὶ συνήθως διηκόνει· οὕτω καὶ νῦν τὸ πλησίον σῶμα, ὃ μετὰ τὸ λυθῆναι γίνεται βόρβορος, ἐργάζεται τὸ οὐράνιον πῦρ καὶ ἀνακαινίζει, καὶ ἀνιστᾷ τὰ ἐφθαρμένα σώματα· τὸ γὰρ νῦν ἐσώτερον ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνοικοῦν πῦρ, τότε ἐξώτερον γίγνεται καὶ ποιεῖ ἀνάστασιν τῶν σωμάτων. *Ignis ille coelestis divinitatis, quem accipiunt Christiani intus in corde suo nunc in hoc seculo, illo ipso, qui intus nunc cor eorum dirigit, quando corpus dissolvetur, erumpet, et rursus coagmentabit membra, et faciet resurrectionem dissolutorum membrorum. Quemadmodum enim ignis, qui Hierosolymis subministrabat altari, tempore captivitatis defossus erat in fouea, et ille ipse pace facta, et reversis captivis renovatus pro more serviebat; sic et corpus hoc familiare, quod post dissolutionem in coenum vertitur, reficit et revocat ignis coelestis et resuscitat corpora corrupta. Interior enim ille ignis, cordi nostro inhabitans, tunc emergit facitque resurrectionem corporum.* Homini tantam praestantiam adscribit *Homil. XV.* §. 22. p. 205. et §. 43. p. 228., ut fere haud dubitet, affirmare, illum esse excellentiorem bonis Angelis, eam ob caussam, quoniam Deus de Michaele, aut Gabriele haud dixerit: *Faciamus ad imaginem et similitudinem nostram.* Viribus naturae, quibus homines post lapsum valent, plus, quam decet, tribuere videtur, quum affirmat *Homil. XV.* §. 40. p. 224., in voluntate hominis positum esse, ut convertatur ad id, quod bonum, aut quod malum est, atque addit: ἔχουσι τὸ αὐτεξούσιον τοῦ τραπῆναι αὐτοὺς, καὶ ποιεῖν ὃ θέλουσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, *liberum habent arbitrium, ut convertantur et faciant, quidquid placuerit, in hoc seculo.* Apostolos non potuisse peccare, quia lumine et gratia praediti fuerint, apud

eum legimus *Homil. XXVII.* §. 11. p. 378. Hominem ad eiusmodi perfectiònis gradum pervenire posse, ut animus fiat vacuus ab omni perturbatione et affectu, docet Libro de *Oratione* Cap. XI. p. 62. *Opuscul.*

Epiphanio, qui in doctrina de Deo Anthropomorphismi accusatus est, patronus surrexit Ios. Ant. Cantova, in libro supra p. 711. citato.

Chrysostomus, qui quum per nimium eloquentiae studium in explicandis argumentis divinis simplicem et planam dicendi rationem negligeret, multa ea ratione edisseruit, ut facile ad perversas sententias trahi possint. Fatetur hoc ipse Dion. Petavius in *Animadversionib. ad Epiphanii haeresin LIX.* p. 244. *Multa sunt*, inquit, *a sanctissimis. Patribus, praesertimque a Chrysostomo in Homiliis adsperja, quae si ad exactae veritatis regulam accommodare volueris, boni sensus inania videbuntur. Quippe declamatorio illo more ad imperitam fere multitudinem, exaggerandi caussa; et subito quodam impetu dicendi ac calore profusa feruntur plerumque licentius. Unde ex aliorum comparatione locorum, vel Conciliorum potius ac Patrum temperanda et in gyrum veritatis revocanda sunt.* In scriptis eius leguntur, quae nobiscum sentientibus satis dura esse debent et quae non semper cum veritate', in sacris litteris divinitus nobis patefacta, congruunt. Tradit, Davidem, Psalmos, qui quinquagesimum proxime sequuntur, sine Spiritu S. scripsisse. Se non quae nostrae Ecclesiae est sententia, peccati originalis instructum fuisse, in eo significavit, quod natura in nobis peccatum inesse negat eoque infantes carere dicit. Multis in locis naturalibus hominum viribus plus, quam decet, tribuit, nec de libero arbitrio rite exponit. Piorum animas ante tempus supremi iudicii ad sedem caelestem haud pervenire, putat et preces pro ipsis damnatis probat, quae et alia, a Chrysostomo haud

recte atque accurate dicta, uberius enarrat Io. DALLAEUS de *vero uſu Patrum Libr. II.* Cap. 4. p. 273.

LACTANTIUS, praeclarus quidem orator, philoſophus autem ac theologus minime excellens, multa tradidit, a veritate doctrinae noſtrae chriſtianae maxime aliena. Inter veteres HIERONYMUS *Epiſt.* XII. *ad Paullinum* eum non adeo aptum extitiſſe ad tradenda et confirmanda religionis noſtrae dogmata, cenſet: *Lactantius,* inquit, *quaſi quidam fluvius eloquentiae Tullianae. Utinam, tam noſtra confirmare potuiſſet, quam facile aliena deſtruxit.* Alio autem loco, *Epiſtol.* XLI. *ad Pammachium et Oceanum,* notat eius errorem de Spiritu S. Imo quum in ſcriptis illius multae ſunt ſententiae ab eccleſiaſticis abhorrentes, voluit Epiſcopus Romanus, ut iſta in cenſu librorum apocryphorum haberentur. A recentioris aetatis Auctoribus idem eſt obſervatum. ABR. SCULTETUS, quum monuiſſet, Lactantium maiorem operam in falſis refutandis, quam in veris confirmandis poſuiſſe, addit in *Medull. theolog. Patr.* p. 422.: *Ideo pauca fidei noſtrae capita plene ab eo ſunt expoſita, pleraque tantum attigit, plurima non intellexit.* Ac quamvis GE. BULLUS id agat, ut Lactantium cum reliquis Patribus, qui ante Concilium Nicaenum vixerunt, ab Arianismi labe purget, de eo tamen ita pronuntiat, *Defenſion. fidei Nicaenae Sect.* 11. Cap. 14. §. 4. p. 170.: *Erat Scriptor ille pene rudis diſciplinae chriſtianae et in rhetorica melius, quam in theologia verſatus.* Ea ipſa, quae in libris ſuis minus recte atque accurate tradidit, nec pauciora, nec cuncta leviora ſunt; ſed deprehendimus in illis erronea, quae ad ſumma religionis chriſtianae capita ſpectant. De *Deo* affirmat *Libr. I. Inſtit. divin.* Cap. 11. §. 40., ab eo eſſe alienum, quemquam iuvare et opis aliquid in eum conferre: neminem eum ſic precari, ut adiuvet. Eum negaſſe, *Spiritum S.* in divinitate eſſe perſonam, eamque a

Patre et Filio distinctam, testatur HIERONYMUS his verbis *Epistola ad Pammachium, Tom.* IV. *Oper. Part.* 2. p. 345. edit. MARTIANAEI: *Lactantius in libris suis et maxime in Epistolis ad Demetrianum Spiritus S. negat substantiam et errore iudaico dicit, eum vel ad Patrem referri, vel ad Filium. Multi,* inquit in *Commentar. in Ep. ad Galat.* IV, 5., *per imperitiam Scripturarum, quod et Firmianus in octavo ad Demetrianum Epistolarum libro facit, asserunt, Spiritum S. saepe Patrem, saepe Filius nominari et sanctificationem utriusque personae sub eius nomine demonstrari.* Iniuria quidem temporis *Epistolae ad Demetrianum*, ad quas Hieronymus provocat, interciderunt, ex libris tamen Lactantii conservatis etiam haud obscure patet, eum memorato errore de Spiritu S. omnino implicitum fuisse. Loquitur enim de duabus tantum divinitatis personis, Patre et Filio, et quamvis rei ratio, de qua exponit, postulasset, ut adderet Spiritum S., huius tamen nullam mentionem facit. *) De *Christo* autem scribit *Libr.* IV. *Institut. divin.* Cap. 14. §. 18.: *Docuit, quod unus Deus sit, eumque solum coli oportere; nec umquam se ipse Deum dixit, quia non servasset fidem, si missus, ut Deos tolleret et unum assereret, induceret alium, praeter unum,* quae cum nostra Trinitatis doctrina neutiquam conveniunt. Qua de caussa *Centuriatores Magdeburg.* Centur. III. p. 1079. edit. Basil. *De Lactantio optimo iure quis dixerit, eum nec personam, nec officium Filii Dei unquam satis intellexisse; Doctorem enim eum, Legislatorem et Formatorem vitae hominum facit illum; praeter ea nihil.* Quae de *Angelis*, a Deo ad tutelam generis humani missis, habet, *Institut. divin.* II, 14. eos se mulierum congressibus inquinasse, nec ob peccata

---

*) Videmus hoc ex *Libr. IV. Institut. divin.* Cap. 29. et *Libr. II.* Cap. 16. §. 8.

haec in caelum receptos; qui autem ex illis procreati sint, eos neque Angelos, neque Homines fuisse, sed mediam quamdam naturam gerentes, itidem erroneam sententiam produnt, in quam et alii antiquae Ecclesiae Viri ingressi sunt, propter locum *Genes.* VI, 2. male intellectum. Deum hominem finxisse mortalem et fragilem, asserit *Libr.* VII. Cap. 5. §. 15. et de eodem tradit *Libr.* II. *Inst. divin.* Cap. 12. §. 7. illum *ex rebus diversis ac repugnantibus factum esse, sicut ipse mundus ex luce ac tenebris, ex vita et morte; haec duo autem inter se pugnare in homine. Deum praecepisse, ut si anima superaverit, quae ex Deo oritur, sit immortalis et in perpetua luce versetur; si autem corpus vicerit animam ditionique subiecerit, sit in tenebris sempiternis et in morte*, quae quam falsa et periculosa sint, haud difficili negotio intelligi potest, in primis quum paullo post subiiciat: *in hac societate caeli atque terrae, quorum effigies in homine expressa est, superiorem partem tenent ea, quae sunt Dei, anima scilicet, quae dominium corporis habet, inferiorum autem ea, quae sunt Diaboli, corpus utique.* Ita enim aperte animam ad Deum, corpus autem ad Diabolum refert. Inprimis gravissimum errorem prodidit *Libr.* IV. *Instit. divin.* Cap. 20. §. 1., quando scribit, Christum post reditum ad pristinam vitam *noluisse se Iudaeis ostendere, ne adduceret eos in poenitentiam atque impios resanaret*, quae sane aperte gratiae divinae et merito Salvatoris nostri universali adversantur. De *libero hominis* naturalis *arbitrio* ea docet, quae non longe a Pelagianorum dogmate remota sunt: *Vitam spiritualem*, inquit *Libr. VII.* Cap. 5. §. 19. *per nos ipsi acquirimus*, et *Libr. VI.* Cap. 5. §. 6.: *Scientia alieni beneficii est, quia posita est in audiendo: virtus tota nostra est, quia posita est in voluntate, faciendi bona.* Deum non impios, sed solos iustos iudicaturum esse; omnes animas in una communique cu-

ſtodia detineri, donec tempus adveniat, quo maximus iudex actionum faciat examen; pios, quum in priſtinam vitam ſint reſtituti, per ignem repurgandos ac cum Chriſto, ante iudicium extremum, in his terris regnaturos eſſe, affirmat *Libr.* VII. *Inſtitut. divin.* Cap. 14. et 20 ſqq.

Praeter haec ſunt alia a Lactantio minus recte et accurate dicta, quae non tantum ad ipſa religionis noſtrae dogmata, ſed etiam ad hiſtoriam et interpretationem Scripturae S. pertinent. Ad *Carmina Sibyllina*, tamquam monumenta germana, provocat *Libr.* VII. Cap. 16 ſqq. De *Hermete Trismegiſto* pronuntiat *Libr.* IV. Cap. 9. §. 3., eum veritatem paene univerſam inveſtigaſſe, virtutem maieſtatemque Verbi ſaepe deſcripſiſſe. Laudat porro et probat *Libr.* IV. Cap. 21. §. 2. *Praedicationem Petri et Paulli*, quam tamen eſſe librum confictum, ſatis eſt apertum. Loca Scripturae S. nec accurate ſemper excitat, nec rite interpretatur. Se ignarum fuiſſe linguae ebraicae, documentis monſtravit, quae luce clariora ſunt. Originem vocis *Paſchatis*, quae ebraea eſt, cum Ambosio *de Paſchatis Celebrat.* Cap. 1. ducit ex Graecia huiusque verbo πάσχειν, *Libr.* IV. Cap. 26. §. 40. Diem *Sabbati* lingua Ebraeorum a numero nomen accepiſſe, ſ. a voce שבע *ſeptem*, cum Theophilo Antiocheno *ad Autolyc.* II, 12, putat *Libr.* VII. Cap. 14. §. 8.; quum tamen ſatis conſtat, natum vocabulum hoc eſſe a verbo שבת *quievit.* At vero licet haec atque alia in Lactantii ſcriptis inveniamus a veritate aliena, aequitas tamen poſtulat, ut illius fiat excuſatio, inprimis per ſtudiorum rationem, quibus ingenium ſuum exercuit. In arte enim rhetorica atque aliis profanis litteris diutius et maiore induſtria verſatus eſt, quam in ſacris diſciplinis. Qui praeterea obſervant, quaedam mollius explicari poſſe et nonnulla, ceteris Lactantianis diſſimilia, ab aliis addita eſſe, non omni

ratione carent, cur ita exiſtiment. Quid multa? Erravit Lactantius bona mente, ex mera ignorantia atque inconſiderantia, non malo eoque animo, ut falſas opiniones defenderet ac diſſeminaret. Diſputari et poteſt, num Lactantius iure locum inter Patres Eccleſiae, ſtricte ſic dictos, obtinere ac tueri poſſit? In notandis et percenſendis Lactantii erroribus ſtudia ſua collocarunt: Io. Dallaeus *de vero uſu Patrum Lib.* II. Cap. 4. p. 266.; *Centuriatores Magdeburgenſes Centur.* IV. p. 161.; Casim. Oudinus *Comment. de Scriptor. eccleſiaſt.* I, 311.; Stollius in *Nachr. v. d. Leben, Schriften u. Lehren d. Kirchenväter* p. 212.; Lenglet du Fresnoy in *Praefat. edit. Opp. Lactantii;* Chr. Falster *Brevis Conſpectus errorum Lactantii in theologia*, in *Amoenitatt. philolog.* I, 111.; Chph. A. Heumannus *Praefat. ad Lactantii Opera.;* Io. Ge. Gerbet *Exercit. antilactantiana de mendoſa Euchariſtiae Platonicae interpretatione.* Vitemb. 1721. 4. et altera, qua exhibet *Variorum de Lactantio eiusque theologia iudicia*, Vitemb. 1722. 4. ac *Specim. Examinis theologiae Lactantianae in articulo de Deo, abſolute conſiderato, Filio et Spiritu S.* Ibid. 1723. 4. *) Merlin *Apologie de Lactance, calomnié en divers endroits du Dictionaire de Mr. Bayle;* in *Mémoires de Trevoux* a. 1736. Jun. p. 1220 et Jul.

*) Hic §. 18. ita de Lactantio: *Maxime ſane eſt differentia, Lactantium inter et Antitrinitarios hodiernos: licet enim errores Lactantii eiusmodi ſint, ut a tetra Arianorum haereſi longe abeſſe non videantur, abſit tamen, ut eum ideo Arianorum gregi annumerare velim. Nulla enim eſt conſecutio, Arianismum Lactantii ſapiunt errores, ergo Lactantius ex Arianorum eſt cohorte. Plus ad haereticum requiri hominem, quam errorem ex ſimplicitate ſ. veri ignorantia commiſſum, in Theologorum docetur ſcholis. Nullus autem dubito, quin, ſi his noſtris temporibus iterum reviviſceret Lactantius, veritatem penitus comprehenſurus, et omnes errores depoſiturus eſſet, imo impudentiae manifeſtae condemnaturus Antitrinitarios, quod vel ſexcenties iam moniti atque convicti, veritati locum relinquere nolint.*

p. 1400. et Io. Dieteric. Wincklerus *Praefat. ad Philologemata Lactantiana ſacra* p. 26 ſqq.

Optatus *Milevitanus*, apud quem habentur nonnulla, durius prolata, quam veritas et res chriſtiana permittit. De Eccleſia atque Apoſtolo Petro ea reliquit effata, quae Pontificis Romani ſectatores non ſine ſpecie ad cauſſam ſuam ſtabiliendam trahunt. Eam eſſe, dicit *Libr. II.* de *Schismat. Donatiſtar.* §. 2. 3. p. 30. edit. du Pinii, *Eccleſiam catholicam*, quae ſit in toto terrarum orbe diffuſa; *Petrum* fuiſſe primum Romanorum Epiſcopum, omnium Apoſtolorum caput et hoc nomine Cepham appellatum; habuiſſe illum perpetuos ſuos ſucceſſores: et Lib. VII. §. 3., meruiſſe, ut praeferretur omnibus Apoſtolis, et claves regni caelorum, communicandas ceteris, ſolum accepiſſe; Lib. II. §. 14. autem Eccleſiam eamque veram, certa membra ſua habere, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Miniſtros. Quae dicta quum Lud. Ellies du Pin recenſet, favere iſta cauſſae, pro qua pugnant Pontificii, monet atque addit *Praefat. ad Optatum* §. 11., Optatum ſatis oſtendere, Episcopos Presbyteris hosque Diaconis ſuperiores eſſe ac Romanam Eccleſiam pro matre reliquarum haberi debere, propter Petrum, Apoſtolorum caput. Porro innuit Optatus Lib. II. §. 25., Epiſcopos, quum lapſi fuiſſent, diſciplinae poenitentium haud ſubiectos eſſe. Homini tribuit liberum arbitrium in rebus, quae ad vitam ſpiritualem pertinent, ita ut ſignificet, ſe ab errore Semi-Pelagianorum haud longe remotum fuiſſe. Dicit enim *Libr. II.* §. 20. p. 43.: *Eſt chriſtiani hominis, quod bonum eſt, velle et in eo, quod bene voluerit, currere; ſed homini non eſt datum, perficere, ut poſt ſpatia, quae debet homo implere, reſtet aliquid Deo, ubi deficienti ſuccurrat, quia ipſe ſolus eſt perfectio et perfectus ſolus Dei filius Chriſtus.* Exorcismum valere ad malignos daemones, ex hominibus eii-

ciendos; credidit ac ſcripſit, nullum hominem, quamvis chriſtianis parentibus naſcatur, mali Spiritus eſſe expertem hocque nomine requiri, ut ille ante ſalutare lauacrum expellatur, quibus dictis addit *Libr.* IV. §. 6. p. 75.: *Hoc Exorcismus operatur, per quem Spiritus immundus depellitur et in loca deſerta fugatur.*

Hilarius, in cuius monumentis inveniuntur periculoſe pariter atque incaute dicta. Princeps eius errorum ſpectat ad ſummum religionis noſtrae caput, ſive ad doctrinam de Chriſto. Exiſtimat enim, Chriſtum pro nobis quidem mortem ſubiiſſe, humanam autem eius naturam nullo dolorum ac cruciatuum ſenſu affectam eſſe. Patet id ex his illius verbis de *Trinitate Lib.* X. Cap. 23. p. 1031. edit. Benedict.: *Paſſus quidem eſt Dominus Ieſus Chriſtus, dum caeditur, dum ſuſpenditur, dum crucifigitur, dum moritur, ſed in corpus Domini irruens paſſio, nec non fuit paſſio, nec tamen naturam paſſionis exſeruit, dum et poenali miniſterio deſaevit et virtus corporis ſine ſenſu poenae vim poenae in ſe deſaevientis, excepit. Habuerit ſane illud Domini corpus doloris noſtri naturam, ſi corpus noſtrum id naturae habet, ut calcet undas et ſuper fluctus eat, et non degravetur ingreſſu, neque aquae inſiſtentibus veſtigiis cedant, penetret etiam ſolida, nec clauſae domus obſtaculis arceatur.* Paullo poſt addit: *Et homo ille de Deo eſt, habens ad patiendum quidem corpus et paſſus eſt, ſed naturam non habens ad dolendum.* Ac ne quis putet profecta haec eſſe ex imprudenti animi impetu, ſciendum eſt, eadem et in aliis locis ut *Comment. in Pſal.* 53. et 138. repetita eſſe. Inter Veteres errorem hunc iam notavit Claudianus Mamertus *Libr. II.* de *ſtatu anim.* Cap. 9., quem deinde alii, recentiore quoque aetate, ſequuti ſunt; nec ſine cauſſa animadverſionem cenſoriam in Hilarium inſtituerunt. Quamvis enim nonnulli illorum,

qui defenſionem eius ſuſceperunt, memorata verba de Chriſti divinitate intelligenda eſſe, contendant, ex iſtis tamen ſatis eſt perſpicuum, Hilarium non de *Divinitatis*, ſed *Corporis virtute* loqui. Eum porro putaſſe, in morte Chriſti divinam naturam ab humana ſe disiunxiſſe, multi ex hoc eius effato *Comment. in Matthaeum* Cap. XXXIII. p. 749. colligere volunt: *Clamor ad Deum corporis vox eſt, recendentis a ſe verbi Dei conteſtata diſſidium. Denique cur relinquatur, exclamat, dicens: Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti? ſed relinquitur, quia erat homo etiam morte peragendus.* Sed Benedictini Monachi *Annotationibus*, quibus verba haec illuſtrarunt, ac *Praefation. ad Hilarii Oper.* p. 48. ex aliis locis oſtendunt, eum crediſiſſe, divinitatem Chriſti ab humana natura in morte neutiquam fuiſſe ſeparatam ac recte obſervant, loqui illum de eo relinquendi modo, quo Deus Chriſto homini in morte per tempus quoddam ſuum praeſidium et gratiam ademerit. Quum de divina electione ad vitam aeternam exponit, haud obſcure ſignificat, eam ſieri propter merita humana, et, ut videtur, bonis operibus plus, quam decet, tribuit. Dicit enim *Tractat. in LXIV. Pſalm.* p. 164.: *Electi ſunt nuptiali veſte conſpicui, puro atque integro novae nativitatis corpore ſplendidi. Itaque non res indiſcreti iudicii electio eſt, ſed ex meriti delectu facta diſcretio eſt. Beatus ergo, quem elegit Deus: beatus ob id, quia electione ſit dignus. Prolegom. in Libr. Pſalmor.* p. 12. pronuntiat, eos a Deo accipere ſapientiam, qui *per meritum bonorum operum gratiam intelligentiae conſequantur.* Animas piorum hominum, a corporibus ſeparatas, non ſtatim ad ſedes caelitum transferri, ſed in ſinu Abrahami cuſtodiri, usque ad tempus, a Deo decretum, affirmat *Tractat. in CXX. Pſalm.* p. 383. Ipſas animas humanas inter corpora referre videtur, quum tradit *Comment. in Matth.* Cap. V.

p. 633., omnia a Deo producta, ſive ſint in caelis, ſive in terra, eſſe ſubſtantias corporeas, hocque nomine etiam a CLAUDIANO MAMERTO l. c. reprehenditur. Sed multa alia Hilarii loca adſunt, quibus probari poteſt, eum non ſolum Deum, ſed etiam Angelos atque animas retuliſſe inter ſubſtantias materiae expertes. De iudicio extremo docuit, quae dura ſatis ac periculoſa ſunt. Scribit enim *Tract. in Pſalm. I.* p. 24 ſq., Deum nec pios, nec impios homines iudicaturum eſſe, ſed eos, qui *inter impios piosque medii ſint, ex utroque admixti.* Baptismum non omnia crimina noſtra tollere hacque de cauſſa tempore iudicii ſupremi omnes per ignem plene repurgandos eſſe, putat *Tractat. in Pſalm. II. S. litt.* 3. *num,* 12. p. 261. Haec enim eius ſunt verba: *In quo,* ſc. die iudicii, *nobis eſt indefeſſus ille ignis obeundus, in quo ſubeunda ſunt gravia illa expiandae animae ſupplicia. Beatae Mariae animam gladius pertransibit, ut revelentur multorum cordium cogitationes. Si in iudicii ſeveritatem capax illa Dei Virgo ventura eſt, deſiderares quis audebit a Deo iudicari?* Ad quae Io. DALLAEUS l. l. p. 268. „Nescio an ſuo tempore multas in ſententiam ſuam induxerit; noſtro quidem fruſtra eam Franciscanis, fruſtra caeteris b. Virginis ab omni peccati labe immunitatem defendentibus occineret.“ Praeter haec, in Hilarii ſcriptis nonnulla alia leguntur, minus recte atque accurate tradita. Apoſtolo Petro ita ſe addictum monſtrat, ut rationem, cauſſam eius agendi, a veritate alienam ineat. Chriſtum illum appellaſſe *Satanam,* negat *Comment. in Matth.* Cap. XVI. p. 691. et factum eius maxime vitioſum, quo negavit, ſe pertinere ad Chriſti amicos ac diſcipulos, quodam modo excuſat l. c. Cap. XXXII. p. 746. Adde Io. DALLAEUM de *Uſu Patrum Lib. II.* Cap. 4. p. 266.; ERASM. ROTERODAMUM *Praefation. ad Hilarii Opera.*; Io. GILLOTIUM *Commentatione,* iisdem

Operibus praemissa.; Abr. Scultetum *Medull. theolog. Patrum* p. 1315. et Casim. Oudinum *Comment. de Scriptor. ecclesiast.* I, 432., qui in enarrandis Hilarii naevis et erroribus itidem operam suam posuerunt. Non defuerunt tamen, qui insignis huius veterum Christianorum Doctoris defensionem suscipiendo id egerunt, ut omnem suspicionem falsarum sententiarum ad isto removerent. Quae alii ex scriptis eius, tamquam erronea ac dura, recensent, ea mollius interpretantur. Adversus Berengarium dicta quaedam illius defendit Lanfrancus in *Biblioth. maxima PP. Lugdunens.* XVIII, 824. Recentiore aetate Monachi Benedictini atque in his praecipue Pet. Coustant *Praef. ad Hilarii Opera* pro doctrina eius pugnarunt, ita tamen, ut haud obscure appareat, eos studiis suis erga antiquiorem Doctorem hunc atque Ecclesiam Romanam plus, quam decet, tribuisse. Idem Coustant in *Vindiciis Veterum confirmatis*, Paris. a. 1715. editis, nonnulla habet, quae ad doctrinae Hilarianae defensionem pertinent.

Ambrosius, qui affirmavit Lib. de *Spiritu Sancto* Libr. I. Cap. 3., *Baptismum*, in nomine unius tantum personae collatum, esse legitimum suaque vi praeditum; *Exposit. in Psalmum CXVIII. Sermon.* 3. I, 998., tempore iudicii extremi animas per ignem repurgandas esse; *Libr. II.* de *fide resurrect.* §. 116. II, 1165., resurrectionem mortuorum non simul et semel fieri debere, sed paullatim longo et statuto ordine, ita ut qui crediderint in Christum, primi resurgant, pro meritorum ratione; bonas actiones nostras valere ad gratiam divinam recuperandam et mala peccatorum nostrorum avertenda. Ita enim dicit de *Elia et Ieiunio* Cap. XX. I, 559.: *Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es: redime te*

operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. Porro librum quartum Eſrae canonicis ſcriptis annumerat Lib. de *bono mortis* Cap. XI. I, 408., et praeter alios errores de ſtatu animarum ſeparatarum medio, de Divinitate, quae in morte Chriſti humanam naturam reliquerit, perverſe expoſuit. Benedictini quidem Monachi eum in *Praefatione*, tum in *Admonitionibus* ac *Notis*, quibus *Ambroſii Opera* ornarunt, omnia eius dicta incauta atque erronea defendunt, vel excuſant, eos tamen rem non tam ex veritate, quam ex voluntatis, non ſatis rectae, ſtudiis aeſtimare, quisque peritus ac iuſtus arbiter pronuntiabit. *)

Hieronymus, quamvis acriter pugnaverit pro recta doctrina et ſtudia ſua ad aliorum errores profligandos adhibuerit, ipſe tamen nonnumquam erroris accuſatus eſt, nec omnem animadverſionem cenſoriam devitare potuit. De *Providentia divina* docuit *Comment. in Abacuc. Cap. I. Tom III. Oper.* p. 1601. edit. Martianaei, quod ea ad ſingulos quidem homines, non autem ad ſingula animalia, rationis expertia, ſpectet, illis Deus ſingulari, his autem generali tantum cura proſpiciat. *Sicut in hominibus,* inquit, *etiam per ſingulos Dei currit providentia, ſic in ceteris animalibus generalem quidem diſpenſationem et ordinem curſumque rerum intelligere poſſumus.* Rationem ſententiae huius ex eo ſumit, quia ſingulis animantibus, quae careant ratione, ſpeciatim providere, a maieſtate divina ſit alienum, hancque in rem addit: *Ceterum abſurdum eſt, ad hoc Dei deducere maieſtatem, ut ſciat per momenta ſingula, quot naſcantur culices quotve moriantur; quae cimicum et pulicum et muſcarum ſit in terra multitudo; quanti piſces in aqua natent, et qui de minoribus maiorum praedae cedere debeant. Non ſimus*

---

*) *Acta Eruditor.* a. 1685. p. 68.

tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nos ipſos iniurioſi ſimus, eamdem rationabilium, quam irrationabilium, providentiam eſſe dicentes. Quae de Cornelio Centurione et aliis ſanctis Viris habet *Comment. in Epiſt. ad Galat. Cap. III. Tom. IV. Oper. Part. I.* p. 249., eos Spiritum S. accepiſſe *ex auditu fidei et naturali lege, quae loquatur in cordibus noſtris bona quaeque facienda et vitanda mala* et per quam dudum quoque Abrahamus, Moſes et ceteri Sancti iuſtificati ſint, dura et periculoſa eſſe videntur, ſaltem non accurate propoſita ſunt, ſi et mitiorem eorum interpretationem inſtituere velimus. Ab Origine eum maxime alienum fuiſſe atque erroneas illius ſententias graviter perſtrinxiſſe, ſatis notum eſt; nihilominus iſtum quodam modo ſequitur ac licet non omnium, quorumdam tamen hominum poenas, quas poſt mortem ſuſtinere debent, finem habituras eſſe ſtatuit. Diſcrimen ponit inter *impios* atque *iniquos* hocque ita explicat *adv. Pelagian.* Lib. I. Opp. IV, 2, 501.: *Omnis impius iniquus eſt et peccator, nec reciprocatur, ut poſſimus dicere: omnis peccator et iniquus, etiam impius eſt. Impietas enim proprie ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitam transgreſſione mutarunt; peccatum autem et iniquitas pro qualitate vitiorum, poſt peccati et iniquitatis vulnera, recipit ſanitatem.* Pro diſcrimine hoc eam differentiam poenarum poſt mortem conſtituit, ut arbitretur *Commentar. in Ieſ. Cap. LXVI. T. III. Oper.* p. 515., Diaboli atque omnium impiorum cruciatus fore ſempiternos, a peccatoribus autem iisque chriſtianis ſ. iniquis, quorum opera in igne probari ac purgari debeant, ſententiam iudiciis moderatam et cum clementia coniunctam eſſe exſpectandam. Copioſius opinionem hanc Hieronymi enarrat Pet. Dan. Huetius *Libr. II. Origenian.* 2. *Cap.* 2. *quaeſt.* 11. §. 25. p. 159. Piorum animas, quum

e corporibus discesserint, ubique esse statuit, propter rationem satis frigidam atque ineptam. Hac enim utitur ratiocinatione *adv. Vigilantium T. IV. Oper. Part.* 2. p. 283.: *Sequuntur agnum, quocumque vadit. Si agnus ubique, ergo et hi, qui cum agno sunt, ubique esse credendi sunt.* Difficile praeterea est, eum penitus absolvere erroris, quo affirmatur, conditionem Sacerdotum ad vim Sacramentorum aliquid afferre. Eum ab isto haud longe remotum fuisse, ex his eius verbis *Comment. in Sophon. Cap. III. Tom. III. Oper.* p. 1671. colligendum est: *Sacerdotes, qui Eucharistiae serviunt et sanguinem Domini populis eius dividunt, impie agunt in legem Christi, putantes, εὐχαριστίαν imprecantis facere verba, non vitam, et necessariam esse tantum solemnem orationem et non Sacerdotum merita.* Historiam de Simsone *fabulam* appellat *Comment. in Epist. ad Philemon. Tom. IV. Oper. Part. I.* p. 448. Cf. quae de detrimentis, moribus et virtuti christianae per Hieronymum allatis, nec non de sententiis eius dogmaticis egregie disputavit Engelstoft in *Hieronymi Stridon.* Sect. VII.

Augustinus, qui varias sententias tradidit atque approbavit, non omnes autem veras rectasque. Princeps eius errorum spectat ad doctrinam de *Praedestinatione ac Gratia.* Quum Pelagianorum erroribus se opponeret, nec in controversia hac omnem cautionem moderationemque adhiberet, contigit, ut ipse a recta via declinaret atque ea traderet, quae a doctrina Praedestinatianorum, quemadmodum vocantur, non longe sunt aliena. Gratiae divinae omnia tribuit atque affirmat, quod sine ista nec fides gigni, nec opera Deo grata atque accepta aut suscipi, aut perfici queant. Ita recte sentit, si modo hoc rite intelligatur. Quum autem gratiam per se tam efficacem esse, statuit, ut per eam homines non possint non ad Deum converti, eamque pariter ac

perſeverantiae donum non omnes, ſed electos tantum accipere, contendit, haec ſacris litteris repugnant et iuncta ſibi habent alia dogmata, itidem erronea. Per ſententiam, neminem gratiae per ſe efficaci reſiſtere poſſe, neceſſe erat, ut aliam adhuc gratiam admitteret, quae ad conſequendam ſalutem aeternam haud ſufficiat. Ac quamvis fateatur, fidem et gratiam amitti poſſe, putat tamen ſimul, eam omnino ab iis eſſe recuperandam, qui ad aeternam vitam a Deo ſint praedeſtinati. Hanc fuiſſe illius ſententiam, tam evidens eſt ex ſcriptis eius, ut non temere a quoquam negari queat. *). At vero doctrina haec Auguſtini de Gratia Dei diverſa ratione exhibetur ac diiudicatur. Qui enim Praedeſtinationem, ex abſoluto numinis decreto profectam, defendunt, tantum abeſt, ut Auguſtinum in certaminibus cum Pelagianis modum exceſſiſſe, putent, ut quae aliis duriora videntur, ea veritati conſentanea eſſe, contendant. Ita hac de re ſentiunt reformatae Eccleſiae Doctores: CORN. IANSENIUS in *Auguſtino*; Dominicani, Praedeterminationis phyſicae defenſores; item H. NORISIUS in *Vindiciis Auguſtinianis*. Ab his diſcedunt, qui vel Reformatis ſe opponunt, vel contra Ianſenium aut Dominicanos pugnant, ita tamen, ut ipſi inter ſe diſſentiant. Nonnulli ingenue fatentur, Auguſtinum in controverſiis cum Pelagianis a recta via deflexiſſe hacque de cauſſa obſeruant, auctoritatem eius nec Calvini ſectatoribus, nec Ianſeniſtis, nec Dominicanis praeſidio eſſe poſſe. Alii contra Auguſtinum defendere annituntur ac negant, eum per id, quod nimium eſt, a vero aberraſſe, putant autem, mentem eius nec a Ianſenio, nec ab aliis recte capi. Pluribus hoc

---

*) Cf. GUST. F. WIGGERS *Verſ. e. pragmat. Darſtellung d. Auguſtinianismus et Pelagianismus bis z. dritten oecumen. Synode.* Berl. 1821. 8. (2 Rth. 6 Gr.)

ostendit atque enarrat Io. Franc. Buddeus *Isagog. ad Theol. univers. Libr.* 11. Cap. 7. §. 4. p. 1075. et Stph. Weist *Institutt. patrol.* §. 345 sqq. Praeterea, quae Hipponensium Praesul de Gratia divina minus recte atque accurate tradidit, in monumentis eius alia duriora effata occurrunt. Christum tantum secundum humanam, non autem simul secundum divinam naturam mediatorem esse, affirmare videtur, quum ita scribit *Libr.* X. *Confession. Cap.* 43. *Tom. I. Oper.* p. 146. edit. Benedict. Antverpiens. *In quantum homo, in tantum mediator, in quantum autem Verbum non medius, quia aequalis Deo et Deus apud Deum et simul cum Spiritu S. unus Deus.* Aliis tamen locis veritatem professus est ac tradidit, Christum pro utraque natura munere conciliatoris perfunctum esse. De *Peccato originis* graviter disputat contra Pelagium ac recte asserit, cunctos mortales labe ista ita vitiatos et corruptos esse, ut omni facultate careant, ea agendi, quae vere bona ac pia sunt; virginem Mariam autem e numero illorum eximere, non dubitat. *De virgine Maria*, inquit de *Natura et Gratia contra Pelagium Cap.* XXXVI. *Tom.* X. *Oper.* p. 97., *propter honorem Domini nullam prorsus, quum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem*, ac paucis interpositis: *hac ergo virgine excepta, si omnes illos Sanctos et Sanctas, quum hic viverent, congregare possemus et interrogare: utrum essent sine peccato? quid fuisse responsuros, putamus utrum hoc, quod iste dicit, an quod Ioannes Apostolus* ceter. Baptismum Ioannis ea ratione a baptismo Christi distinguit *Sermon.* CCX. *Tom.* V. *Oper.* p. 646. et *Contr. litteras Petiliani Libr. I.* §. 86. *Tom.* IX. p. 166., ut illi minus, quam par est, tribuat. A sententia eorum, qui putant, Deum mundum in momento temporis condidisse, haud alienus fuit, quamvis tam confuse hac de re loquatur *Libr.* IV. *de Genesi ad litteram* Cap. 33 sq., ut difficile fere

ſit, mentem eius capere. De reliquis Auguſtini effatis falſis ac durioribus legendus eſt: Io. Dallaeus *Libr. II. de vero uſu Patrum Cap.* 4. p. 280. ac iungendus Natalis Alexander *Hiſtor. eccleſiaſt. Sec. V. Cap.* 4. *Artic.* 3. §. 10. p. 128., qui naevos, a Dallaeo in ſcriptis Auguſtini notatos, abſtergere conatus eſt, non ſemper autem iuſtam cauſſam, iſtum defendendi habuit. Nec omittendus eſt Iac. W. Feuerlinus, qui *Diſſertatione hiſt. theol. de errore Auguſtini, ſolos fideles eſſe legitimos poſſeſſores rerum*, Gotting. 1739 4. fuſius egit, et Auguſtinum contra *Barbeyracium* defendit. Io. Clericus quoque reprehendit graviter Auguſtinum in *Epiſtolis criticis* ac ſub nomine Io. Phereponi liberiores animadverſiones in monumenta eius ſcripſit. Non minore autem libertate atque eruditione Doctoris Hipponenſis defenſionem ſuſceperunt Robert. Ienkinus in *Apologia Auguſtini*, Cantabr. 1707. 8. ſine nomine edita, et Lamindus Pritanius ſ. qui ſub hoc nomine latet, Lud. Ant. Muratorius in libro de *ingeniorum moderatione in religionis negotio*, qui prodiit Par. 1714. et Frcf. 1716. 8. Ipſe autem Augustinus de ſe ſuisque libris haec enuntiavit *Lib. de bono Perſeverantiae* Cap. 27. *Neminem velim ſic amplecti omnia mea, ut me ſequatur, niſi in iis, in quibus me non errare perſpexerit: nam propterea nunc facio libros, in quis opuscula mea retractanda ſuscepi.*

§. 135.

Quae iam ex Patrum Eccleſiae libris de opinionibus eorum erroneis, heterodoxis vel ſingularibus commemoravimus, teſtimonia ad rem probandam ſufficere putamus hancque ob cauſſam in illis enarrandis haud progredimur. Quaedam tamen ad argumentum hoc illuſtrandum adiicienda. Primum in illis eſt, multa allata eſſe

exempla, ex quibus perſpicue, patet, Patres ſaepe non tam in ipſis rebus ſententiisque, quam in vocibus ac verbis, minus prudenter atque accurate uſurpatis, ab eo, quod rectum aut eccleſiaſticum eſt, deſlexiſſe, aut occaſionem perverſarum ſententiarum dediſſe.

Sec. III. p. n. Chr. coeperunt praecipue antiquiores Doctores iis vocibus uti, quibus prave intellectis via parata eſt ad errores gignendos aut defendendos, ſaltem ad ſpeciem auctoritatemque illis conciliandam. In his vocabulis eſt *Mereri*, quod Patres late uſurparunt pro praeſtare opera, Deo grata et gratuitam eorum remunerationem a Deo accipere. Conſtat quoque, verbum hoc apud optimos Scriptores latinos idem eſſe ac *aliquid conſequi*. Effata eiusmodi Patrum Pontificii poſtea ſtricte interpretati ſunt atque ex illis errorem de merito bonorum operum probare, aut confirmare voluerunt. Eiusdem generis ſunt voces: *Traditionis*, *Sacrificii*, *Oblationis*, *Altaris*, *Satisfactionis*, *Confeſſionis* atque aliae, quibus cum aliis Antiſtitis Rom. ſectatores abuſi ſunt iisdemque praeſidia pravorum dogmatum contineri, aliis perſuadere anniſi ſunt. Inter ipſos Eccleſiae Rom. addictos fatetur hoc Io. Bona *Lib. I. Rer. liturgicar.* Cap. 18. p. 246. recteque dicit: *Multa quidem vocabula, nobis et priscis Patribus communia, retinemus, ſed ſenſu ab eo, quem tunc habebant, non minus alieno, quam noſtra tempora a primis poſt Chriſtum ſeculis remota ſunt.*

§. 136.

Animadvertimus praeterea, quae in ſcriptis Patrum minus recte tradita ſunt, ea inter ſe differre, id quod facile videbimus, ſi ipſa eorum monumenta ipſasque falſas ſententias inter ſe conferre velimus. De quibusdam erroribus ſi

non omnes, plerique tamen Patres consentiunt, alii autem defenduntur tantum a nonnullis. Caussa igitur est, cur differentiam harum pravarum opinionum statuamus ac dicamus, eas esse vel *communes*, vel *singulares*.

Non desunt exempla *Consensus Patrum* de erroribus quibusdam. Provocamus ad pravam illorum opinionem de statu animarum separatarum ante resurrectionem ac iudicium universum. Si non omnes, plerique tamen antiquiores Christianorum Doctores existimarunt, animas piorum ante resurrectionem ac iudicium universale haud frui visione Dei atque in loco, quem modo *Paradisum*, modo *Sinum Abrahae*, modo alio nomine appellarunt, commorari atque ibi visionem Dei exspectare. Ea quoque, quae in illorum dogmatibus contraria sibi videntur, commode conciliari possunt, siquidem cogitemus, eos duplicem quidem statum ipsius praemii ac poenarum pro duplici animarum conditione, quum aut piae sint, aut impiae admisisse, simul tamen gradus esse felicitatis aeternae putasse. Pro gradibus his duplicem quoque locum, quorum alterum dixerunt *Paradisum*, alterum ipsum *Caelum*, animabus ante et post resurrectionis tempus assignarunt. Nec solum Patres statum animarum post mortem medium esse, affirmarunt, aut saltem haud obscure significarunt, se ab opinione hac haud alienos esse, verum etiam animas has per ignem tempore iudicii universalis purgari, sibi persuaserunt. De Origine satis hoc constat, ab hoc autem doctrina haec ad alios translata est. Praeter alios, in Ecclesia latina sequuti sunt opinionem hanc Lactantius, Ambrosius, Hilarius, Hieronymus atque alii. Num Patribus his Augustinus sit annumerandus, disputatur. Affirmant hoc Pontificii, nostrates autem ac Reformati merito hoc negant. Quae adducunt illi, Augustini testimonia plane nihil probant, uti ostendunt Ant.

Reiserus in *Augustino, veritatis evangelico-catholicae teste et confessore* p. 326.; Io. Forbesius *Instruct. histor.-theolog.* Lib XIII. Cap. 4. p. 675., inprimis Io. Guil. Baierus *Dissert. de Purgatorio Pontificiorum, utrum claris testimoniis Augustini solide probari possit?* quae exstat in Eius *Decad. II. Disputt. theologg.* De ipso autem statu animarum post mortem iisdemque purgandis, plura erudite ac copiose enarrant Thom. Ittigius *Exercit. de novis Fanaticorum quorumdam nostrae aetatis Purgatoriis*, quae locum obtinuit in eiusdem *Opusculis variis*, Lips. 1714. 8. edit. p. 150. et Io. Ge. Walchius Dissert. de *statu mortuorum et resurgentium*, quae est in Eiusd. *Miscellaneis sacris* p. 258.

§. 137.

Factae quoque sunt dissensiones Patrum Ecclesiae, ita ut si alii quid affirmarent, alii id negarent, cum in rebus historicis, tum dogmaticis. Occasionem illae praebuerunt *Controversiarum*, quae quamvis ea ratione inter se differrent, ut vel maioris vel minoris essent momenti, ad fundamentum tamen fidei haud spectabant.

Quarumdam tantum earum *Controversiarum*, quibus Patres inter se dimicarunt, exempla memorasse, ad rem probandam atque illustrandam sufficient. *De tempore, Sacris Paschatis consecrando*, Sec. II. p. n. Chr. orta est disceptatio. Asiatici et alii Christiani, qui in locis, ad Orientem spectantibus, degebant, eodem tempore cum Iudaeis Pascha celebrabant, die nimirum XIV. mensis Nisan, in quamcumque is hebdomadis lucem incideret. At qui Romae atque in aliis regionibus, ad Occidentem sitis, Christum colebant, nullo alio, quam Solis die, Paschatis Sacra peragenda esse, contendebat. Utrique

ritum ſuum apoſtolica auctoritate confirmare annitebantur atque originem eius ad Servatoris legatos referebant, ita ut illi affirmarent, ſe conſuetudinem ſuam accepiſſe a Philippo, Ioanne, Polycarpo atque aliis, memoratis a Polycrate in *Epiſt. ad Victorem*, ap. Eusebium *Libr. V. Hiſtor. eccleſiaſtic.* Cap. 24. Utrique Paſchatis Sacra diverſo tempore celebrarunt, pacem tamen ac concordiam inter ſe conſervarunt. Poſtea Victor, Epiſc. Rom., turbas fecit ac qua Chriſtianorum coetus adhuc uſi fuerant, tranquillitatem ſuſtulit. Quum enim aegre ferret, quod Aſiatici in Paſchate celebrando morem Romanum haud ſequerentur, id omni cura egit et meditatus eſt, quomodo iſtos ad ſuas partes protraheret eorumque removeret conſuetudinem. Acti ſunt varii Conventus cum in Oriente, tum in Occidente, et quoniam Victor haud efficere poterat, ut Aſiatici ab antiquo more recederent, reliquas autem Eccleſias fere omnes hac in cauſſa ab Aſiatico inſtituto diſſentire ſciebat, eo proceſſit audaciae et temeritatis, ut Aſiaticos communione ſacrorum excluderet, teſte Eusebio *Libr. V. Hiſtor. eccleſiaſtic.* Cap. 24. p. 192. Faſtum hunc, quem ita Praeſul Rom. prodiderat, tantum abfuit, ut Aſiatici atque alii, illis faventes, ferrent, ut ei fortiter reſiſterent. Polycrates, Eccleſiae Epheſinae Antiſtes, ſuo atque aliorum Epiſcoporum nomine ad Victorem, excommunicationem Aſiaticis minitantem, litteras dedit ac ſimpliciter declaravit, morem Aſiaticae Eccleſiae antiquum haud deſeri poſſe, Deoque magis quam hominibus obediendum eſſe. Quem fortem et conſtantem animum etiam monſtravit, quum Victor ſumeret ſibi, Aſiaticos ſacrorum communione privare, ita ut hoc illius factum ſperneret. Legi merentur de hac Controverſia Chph. A. Heumann *Vera deſcriptio priſcae contentionis inter Romam et Aſiam de vero Paſchate*; in Eiusd. *Nova Sylloge Diſſertt.* I, 156. G. Abr.

Telleri *Pars Actorum inter Asiat. et reliquas Ecclesias super — Paschatis tempore.* Helmst. 767. 4. A. Neander *Ueb. Veranlassung u. Beschaffenheit d. ältesten Paschastreitigkeit in d. christl. Kirche;* in Stäudlin u. Tzschirner *Archiv* a. 1823. Partic. 2. et F. W. Rettberg *Der Paschastreit d. alten Kirche in seiner Bedeutung u. seinem Verlaufe;* in Illgen *Zeitschr. f. hist. Theol.* II, 2.

Constat praeterea, qualis iis fuerit inter Patres Ecclesiae *de Baptismo Haereticorum*, sive eo, qui ab Haereticis administratur. Cyprianus illum plane reiecit, nec dubitavit affirmare, Baptismum hunc omni vi atque auctoritate carere, ac qui ab Haereticis, l. Schismaticis baptizati fuerint, eos iterum salutari aqua abluendos esse, ubi isti ad veram catholicamque Ecclesiam se conferrent. Non tamen existimandum est, Cyprianum fuisse primum, qui pro sententia hac pugnaret. Iam ante eum apud Orientales et Afros Baptismus Haereticorum repudiatus est. Sententiam hanc, antea iam traditam, renovavit ille tantum et quum istam esse firmam sibi persuaderet, pro ea non solum variis Epistolis, sed etiam Synodis, praecipuae contra Stephanum, Episc. Rom., qui Haereticorum Baptismum non improbavit, magna animi affectione dimicavit remque arroganter satis tractavit. Afrorum Legatos admittere noluit iisque tectum et hospitium denegavit. Pacis ac communionis vinculum rumpere sibi sumsit atque eos devitandos esse putavit, qui ab Haereticis baptizatos iterum sacro fonte purgandos esse asseverarunt. Quum ita Stephanus semen magnae et rebus christianis calamitosae dissensionis spargeret, Cyprianus id omni studio egit, ut vim illius factumque exstingueret ac tranquillitatem communionemque ecclesiasticam conservaret. Inter scripta, quae de Controversia hac composita atque edita sunt, eminet Epistola Firmiliani, Episc. Caesareae Cappa-

docum contra Stephanum, Romanum Antiſtitem. Inter Romanae Curiae addictos quidem fuerunt, qui fidem atque auctoritatem Epiſtolae huius infringere ſibi ſumerent, non defuerunt autem, qui reſiſterent, nec levioribus argumentis inſtructi pugnarent. Poſtea Cyrillus *Hieroſol.* eamdem ſententiam amplexus eſt ac Baptismum Haereticorum etiam damnavit. Scribit ille expreſſe *Praefat. ad Catecheſ.* §. 4, p. 6.: *Soli Haeretici rebaptizantur, ſi quidem prius illud non erat Baptismus.* Cf. F. Eberh. Boysen *Acta inter S. Cyprianum et Stephanum in disceptatione de Haereticis baptizandis.* Lipſ. 762. 8. et Ant. Sandini *Dispp. hiſt. in Vitas Pontificum Rom.* Ferrar. 771. 8. Disp. VII. VIII.

§. 138.

Nec a loco hoc alienum eſſe arbitramur, ſi antequam Commentationis huius finem faciamus, de *Retractationibus Patrum* quaedam adiiciamus. Inter antiquiores fuiſſe, qui ſcripta ſua retractarent atque in illis delerent ac mutarent, quae antea vel minus ſapienter prudenterque, vel minus vere atque accurate litteris mandata erant, perſpicua exempla monſtrant, veterum ac recentiorum, ſacrorum ac profanorum Auctorum.

Non de quavis Retractatione, ſ. illa ſacrorum, ſ. profanorum, ſ. antiquorum, ſ. recentium Scriptorum, ſed de ſingulari illius genere exponemus, de Retractationibus Patrum Eccleſiae, a Patribus nimirum peractis. Prodiit Io. Ge. Neumanni *Diſſert. de Retractationibus Patrum,* Vitemb. 1685. 4. translata in Eiusdem *Primitias Diſſertt. academic.*, Vitemb. 1726. 8., ubi varii Patres recenſentur, qui monumenta ſua retractaverint. Sunt illi: Origenes, Dionyſius Alex., Gregorius Nazianz., Ambroſius, Hieronymus, Theodoretus, Vigilius, Gregorius Magnus; quos

tamen non omnes ſatis certa ac perſpicua exempla praebere, facile videbimus, ſi rem accurate expendere velimus. Inter eos, qui cum iure hoc loco commemorari debent, princeps eſt AUGUSTINUS, qui ſibi hunc locum fecit libris duobus *Retractationum*, quibus exemplum de ſe reliquit admirandae tum prudentiae tum manſuetudinis, quod ad hoc tempus nemo imitatus eſt. Priori libro ea opuſcula recenſentur, quae Auguſtinus compoſuit, quum nondum eſſet Epiſcopus, uti ſunt: *Contra Academicos*, de *beata vita*, de *immortalitate animae*, *diſciplinarum libri*, de *moribus Eccleſiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, de *libero arbitrio*, de *muſica*, de *vera religione*, de *utilitate credendi*, de *Fide et Symbolo*, de *mendacio*, varia ſcripta exegetica atque alia. Libro poſteriori commemorantur, quae iam Epiſcopus ſcripſit, in quorum numero ſunt: de *agone chriſtiano*, de *doctrina chriſtiana*, *Confeſſionum* Libri, de *catechizandis rudibus*, de *conſenſu Evangeliſtarum*, de *opere Monachorum*, de *bono coniugali*. De reliquis tacemus atque animadvertimus tantum, Auguſtinum non omnia ingenii ſui monumenta ita retractaſſe, ut quae ipſi falſo ac vitioſe poſita videbantur, ea omnia emendaſſet, ſed ſaepe in eo acquievit, ut libros ipſos breviter recenſeret. Quam libris his praemiſit, praefatione dicit: *Iam diu eſt, ut facere cogito atque diſpono, quod nunc adiuvante Domino aggredior, quia differendum eſſe non arbitror, ut opuſcula mea, ſive in libris, ſive in epiſtolis, ſive in tractatibus, cum quadam iudiciaria ſeveritate recenſeam, et quod me offendit, velut cenſorio ſtilo denotem. Neque enim quisquam, niſi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed ſi dicit, non ea debuiſſe a me dici, quae poſtea mihi etiam diſplicerent, verum dicit et mecum facit. Eorum quippe reprehenſor eſt, quorum et ego ſum. Neque enim ea reprehendere deberem, ſi dicere debuiſſem,*

ac luculenter ostendit, eum magno studio veritatem sectatum esse. Legantur hac de re: Io. Alb. Fabricius *Biblioth. latin.* III, 504. eique adiungantur, qui in simili argumento versati sunt illudque illustrarunt: Io. Schmidius *Exercitat. de Eruditor. Palinodia*, Lips. 1705. 4., Io. Henric. Feustkingius Dissert. de *Retractationibus Theologorum*, *s. Palinodia*, Vitemb. 1711. 4., Io. Herm. ab Elswich *Schediasm. de Palinodia Fanaticorum*, Vitemb. 1714. 4.

§. 139.

Ex iis, quae adhuc de Patribus Ecclesiae eorumque scriptis dicta sunt, facile colligendum est, falsas opiniones erroresque varii generis illis inesse, quos notare quidem debemus, ea tamen ratione utentes, quam veritas, amor atque aequitas praescribunt. Quae virtutes ubi coniunguntur, gignunt istae moderationem theologicam, in Controversiis maxime probandam. Quae Patres in monumentis suis minus recte vel caute tradiderunt, illa minime propter eorum auctoritatem probamus, probe gnari imbecillitatis humanae, cui singuli obnoxii fuerunt ac per quam omnes non solum errare potuerunt, sed etiam omnino errarunt. Attamen amor atque aequitas postulant, ut errores eorum non perstringamus, nec ipsos Patres contemnamus. Digni sunt excusatione, haecque omnino fieri debet, si iustitiae legem sequi velimus, cum propter temporis rationem, qua Doctores illi vixerunt, tum propter litterarum statum, quae aetate ista floruerunt. Errores autem ipsi Patrum requirunt, ut scripta eorum cum iudicio ac sine partium studio legamus, quam in rem doctorum Virorum libri huc spectantes consuli possunt, cuius generis sunt:

Andr. Hyperii Libri de *ratione ſtudii theologici*, Baſil. 1552. 72. 8. p. 671 ſqq.

Guil. Perkinsii *Propaedia iuventutis ad lectionem omnium Patrum*, praemiſſa *Problemati de Fidei Rom. ementito Catholicismo*, Cantabr. 1604. 4. Hanov. 1604. 12.

Andr. Riveti *Tractatus de Patrum auctoritate*, Eiusdem Libri *Critici ſacri*, qui cum ſeparatim, tum in voluminibus *Operum* lucem viderunt.

Io. Botsacci *Patrologia* §. 95. recenſita, p. 560.

Io. Henr. hottingeri *Introd. ad lectionem Patrum; Diſſert. de uſu Patrum*, quae ſunt in Eiusdem *Analectis hiſt.-theologicis*, Tigur. 1653. 8. *Diſſert. de abuſu Patrum*, quae exſtat in eius *Diſſertationum miſcellanearum Pentade*, Tigur. 1654. 8.

Io. Forbesii *Inſtructiones hiſtorico-theologicae* Lib. VII. Cap. 5. p. 331., ubi ad vindicias Patrum ſequentes regulas commendat: *Honorandi ſunt Angeli et Sancti, non tamen adorandi, colendi ſunt dilectione, non ſervitute; Apoſtrophe, ſ. Compellatio rhetorica in orationibus panegyricis, non eſt proprie dicta invocatio; poeticas hyperbolas non eſſe trahendas in confirmationem doctrinae SS. Patribus improbatae; loquutiones quaedam quorumdam Patrum impropriae, vel incautae non ſunt arripiendae contra receptam catholicorum Patrum doctrinam; ex criminationibus Paganorum, non confitentibus Chriſtianis, non ſequitur ita ſe geſſiſſe Chriſtianos, prout a Paganis infamabantur; doctrina catholicorum Patrum non eſt quaerenda in libris ſuppoſitis, quos conſtat, Patribus illis falſo tribui. Neque reiicienda ſunt illa opera, tamquam ſuppoſititia, quae*

Patribus illis abiudicare, nulla ſuadet idonea ratio. Regulis his et has addit: *Allegatio falſa nihil probat; Parexegeſis citantis non eſt mens auctoris, qui citatur; ex miraculis et viſionibus, quae a quibusdam narrantur, ſive verae ſive falſae ſint eae narrationes, non ſequitur, recipiendam eſſe novam doctrinam, de religioſo aut ſacro cultu creaturarum et imaginum, quae non in divinis Scripturis tradita eſt, ſed eisdem Scripturis et catholicae antiquitati repugnat*, ac denique: *Sicubi aliquis Patrum, humani aliquid paſſus, in aliquo a veritate, in Scripturis divinis tradita, vel a recepta catholicae antiquitatis doctrina devius reperiatur, lapſus iſte clementer excuſandus, vel caritate cooperiendus eſt, non in confirmationem dogmatis arripiendus.*

Io. Clerici *Epiſtolae crit. et eccleſiaſt., in quibus oſtenditur uſus artis criticae, cuius haberi poſſunt volumen tertium*, Amſtel. 1700. 1712. 8., in quibus de Patribus Eccl. eorumque vitiis libere iudicat, ſpeciatim de Clemente Alex., Euſebio, Origene, Auguſtino, Hieronymo, Iſidoro Peluſiota, Gregorio Nazianz., quam cenſuram ita inſtituit, ut ſimul in Guil. Caveum animadvertat ob nimium Patres laudandi ſtudium.*) Defendit ſe Caveus atque edidit: *Epiſtolam apologet. adv. iniquas Io. Clerici criminationes in Epiſtolis criticis et eccleſiaſticis, nuper editis*, Lond. 1700. 8.**) Recentioribus temporibus longe iniquiſſimum et valde abſurdum de Eccleſiae Patribus tulit iudicium I. Csp. Haefeli in *Vorleſungen üb. d. chriſtl. Kirchengeſch. für gebildete Religionsfreunde.* Winterth. 814. II. 8. Ipſi eſt Iustinus

*) *Acta Erudit.* a. 1701. p. 68.

**) *Acta Erudit.* a. 1701. p. 71. adde: *Nouvelles de la republ. des lettres* a. 1700. *Ian.* p. 62. Basnagii *Hiſt. des ouvrages des Savans* a. 1700. p. 75.

Martyr „ein Mann von geringen Talenten und Einſichten"; Cyprianus „leer an Vernunft und gründlicher Einſicht"; Gregorius M. „ein prahleriſcher Mönchskopf"; de Ambrosio autem dicit „er füllte ſeine faſt ganz unbrauchbaren Schriften mit dem Raube griechiſcher Kirchenväter, mit faden homiletiſchen Declamationen, und mit loſen Rhetorkünſten." Hoc ſcilicet eſt liberaliorem ſenſum explicare et ex temporum hominumque progrediente cultura iudicare.

Caput XV.

DE

PATRUM ECCLESIAE USU, AUCTORITATE ET STUDIO.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Exponitur primum de vario usu Patrum Ecclesiae generatim §. 140.
Speciatim de eorumdem usu historico et philologico §. 141.
Usu exegetico §. 142.
Dogmatico §. 143.
Ac morali §. 144.
Quibus enarratis, sequitur commentatio de auctoritate Patrum, de qua quum dissensio est, tres classes eorum, qui hac de re discrepant, constituuntur: prima eorum, qui Patribus maiorem, quam decet, auctoritatem tribuunt §. 145 — 149.
Secunda illorum, qui Patribus minus, quam par est, tribuunt eorumque auctoritatem imminuunt §. 150. 151.
Tertia eorum, qui media via incedunt §. 152.
Denique de studio PP. recte instituendo quaedam afferuntur §. 153. 154.

§. 140.

Antequam laboris, quem Bibliothecae patristicae elaborandae et continuandae consecravimus, finem facimus, breviter de usu atque auctoritate Patrum Ecclesiae commentabimur, quia in studio veterum horum christianorum Doctorum non sufficit, notitiam eorum ac quae nobis reliquerunt, ingenii monumentorum sibi comparasse, sed quia etiam scire debemus, qualem *Utilitatem* illi praebeant, quantum istis sit tribuendum, si debitam lectionem instituere velimus.

De uſu atque auctoritate Patrum in genere disputarunt praeter *Ant. Probum* p. 523. citatum:

SAM. LUTHER. GERET *Exercitat. de non contemnenda antiquiſſimorum inter Chriſtianos Doctorum ſcientia*, Vitemb. 1752. 4. et Io. GE. RICHTER *de iuſto priscis Eccl. Doctoribus ſtatuendo pretio*, Lipſ. 1759. 4.; de uſu autem eorum theologico Io. CHR. BANG Progr. *de uſu PP. ad recte discendam theologiam*, Marp. 1772. 4., quo uſus quadruplex exponitur: Inſerviunt 1) argumento pro authentia et divinitate S. S.; 2) Criticae et Exegeſi; 3) Hiſtoriae dogmatum et 4) Eloquentiae. Cf. TOBENZ *Inſtitutt.* p. 20 ſqq. WIEST *Inſtitutt.* p. 456 ſqq. Ita autem Io. GERHARDUS *Confeſſ. cathol.* Lib. I. P. 2. Cap. 13. „*Nec deſtituitur ſtudium illud, quod lectioni Patrum impenditur, ſuo commodo. Teſtantur enim Patres de origine et auctoritate Scripturae canonicae; utiles librorum ſacrorum commentarios ſcripſerunt; haereſes ſuorum temporum ſtrenue profligarunt, hiſtoriam de Eccleſiae Dei aliquot ſeculorum ab adſcenſu Chriſti usque ad ſua tempora laudabili diligentia conſignarunt; nervoſis ſententiis ſtudium pietatis inflammant etc. Proinde ex Patrum ſcriptis peti poteſt chriſtianae religionis tanto conſenſu firmata certitudo, interpretationum erudita collatio, haereſeon exploratio et confutatio, rerum et ſententiarum delectus utiliſſimus.* De uſu et auctoritate *Patrum* praecipue *apoſtolicorum*, egit H. WOTTON in *Praefat. ad edit. S. Clementis Rom. ad Corinthios Epp. II.* Cantabr. 1718. 8. p. 6—97. Quae vero ad auctoritatem SS. PP. ſtabiliendam proferre neceſſum eſſe putavit, huc fere redeunt: „1) Quod ſunt teſtes quam maxime idonei tum doctrinae tum disciplinae apoſtolicae; 2) quod Apoſtolorum commercio utentes, eosque, quae in ſacris literis continentur, ſaepius audientes explicare et inculcare, facilius multo feliciusque attigerunt, quae fuerit Apo-

ſtolorum mens, quam nos vel ſummis ſtudiis ac indefeſſo labore eam aſſequi poſſumus; 3) quod ab Apoſtolis et Spiritu S. delecti, ut rebus eccleſiaſticis praeeſſent, et doctrinam ipſumque S. Canonem, ab Apoſtolis accepta Eccleſiae traderent, ſunt optimi S. Canonis interpretes; ac fidiſſimi apoſtolicae fidei ac catholicae veritatis traditores, adeo ut nefas ſit aut inſcitiae aut fraudis eos inſimulare; 4) quod eos eorumve ſacrae fidei ac Scripturarum interpretationes vel reiicere vel negligere, modo de fide aut doctrina agatur, eſt de ſalute ſua periclitari; modo de eſſentialibus disciplinae aut regimine eccleſiaſtico, temerarium eſt, illicitum, ac praeter conſtitutiones Eccleſiae catholicae; 5) quod ſi haec omnia integra ſervare velimus, quae huc illuc pro humana arte aut aſtutia diabolica incerta iactari, SS. Patribus eſt adhaerendum religioſo; 6) quod ſi tanta ſit horum autoritas, eorumque doctrinae ſit inſiſtendum, *nobis* praeſertim *de Clero*, ſi fidem vere catholicam et doctrinam evangelicam, quicquid e contra vel ſummis ingenii viribus moliuntur Haeretici et Schismatici, velimus habere integras et inviolatas; ſi Eccleſiam noſtram ab erroribus Eccleſiae romanae depurgatam, ab ineptis Calvini figmentis alienam defendere velimus, neceſſum eſt antiquam noſtram, ſed antiquitate ſua venerandam ac amabilem Matrem exquiramus, et quae docuerit apoſtolica et primaeva Eccleſia e SS. Patribus discamus." Cf. Io. BEAR *Or. de primaevor. PP. auctoritate;* in RUSEL edit. PP. apoſtolic. Vol. I. Quo modo autem Patres Eccleſiae ſint legendi, ut utilitas ex eorum lectione capienda ad nos redundet, pluribus demonſtrare ſibi ſumſit BONAVENTURA *Argonenſis* in *Petit Traité de la lecture des Peres de l'Egliſe, ou la Methode pour les lire utilement*, Par. 1688 et 97. 12., qui liber latine redditus et auctior prodiit ſub titulo: *De optima legendorum Eccl. Patrum Methodo, Tra-*

neque Historiam universalem latissime patentem, neque civilem peculiariter, quae a rei christianae origine, inprimis vero per omnia ea saecula, quae ab aetate Constantini fluxerunt, cum historia gentis et religionis christianae coniunctissima fuit, neque Geographiam et Chronologiam, quas utrumque Historiae oculum dixerunt, plene tractari posse apertissimum est. Par ratio est scientiae iuris et legum, cuius studium late diffusum Scriptorum veterum ecclesiasticorum notitia magnopere adiuvari et amplificari, luculentis *Balduini*, *Pithoei*, *Cujacii*, *Iustellorum*, *Gothofredi*, *Grotii*, *Schultingii* aliorumque celebratissimorum Iurisconsultorum, qui in his scriptis versatissimi fuerunt, testimoniis et exemplo constat. Quanto utiliores autem libri veterum Ecclesiae Patrum sunt, tanto diligentius consulendi et lectitandi. Bene Io. LUZAC in *Exercitatt. academ.* (Lugd. Bat. 1792 sq. III, 8.) Spec. II. p. 77. „Maiorum nostrorum aetate in summa veneratione erant veteres Scriptores christiani, nunc recentiora in manibus sunt omnium atque oculis, antiqua ignorantur. Qui verum unice amamus litterarum humaniorum cultores — haud inviti patimur, negligi et contemta iacere illa Patrum Eccl. scripta, quae vel imbecillitatis humanae in ferendis litibus alendisque rixis nihil profuturis, vel naevi in deterius ruentis manifesta nimis indicia produnt, sed inter *praecipuos eruditionis fontes* iure ac merito censemus illos Scriptores, qui a Iustino usque ad Cyrillum Theodoretumque contra praeiudicatas gentilium opiniones aut calumnias meliorem religionem tutati sunt.“ Cf. I. A. ERNESTI *Praef. ad I. G. Lindneri edit. Minucii Felicis.*

§. 142.

Afferunt *usum exegeticum* ac quamvis satis notum sit, Patres non feliciter semper Scripturam

S. interpretatos esse ac saepe a recta via aberrasse, quemadmodum iam antea, quum de Patrum theologia exegetica sermo erat, animadvertimus, ea tamen quoque suppeditant, quae ab iis recte atque utiliter dicta sunt: quae nunc ad ipsam oraculorum divinorum interpretationem veramque sententiam, nunc ad discrepantes scripturas diiudicandas, nunc ad digressiones dogmaticas ac morales pertinent. *Criticae* exercendae etiam aliquid auxilii afferunt. *)

Non ii nos sumus, qui vel doctorum vel coetuum iudicio et auctoritate nos ita regi patiamur, ut nihil, nisi quod ipsorum suffragiis comprobatum sit, ad religionis disciplinam pertinere arbitremur. At saepissime tamen illi facem praeferunt et viam monstrant, ad mentem Christi Apostolorumque, et doctrinae christianae indolem universe iudicandam. In ipsis illis qui tempora Apostolorum proxime attigerunt, *Clemente Romano*, *Ignatio* aliisque, etsi in sacros libros interpretandos non ita dedita opera incubuerunt, multa tamen occurrunt, quae, quo sensu illa aetas plurimas S. Scripturae loquendi formas intellexerit, et quemadmodum de praecipuis doctrinae capitibus senserit, plane probent. Taceo illis propriam cum Scriptorum N. T. dictione vel maxime comparandi sermonis indolem; omitto istorum temporum hominumque, quibus sacri libri primum destinati sunt, opiniones, universumque et cogitandi et vivendi modum, quem eorum auctores saepius respexerunt, ex huius aetatis Scriptoribus perspicue intelligendum. Luculenta inprimis et copiosa, ad rectam divinorum librorum intelligentiam,

*) Cf Io. Sev. Vater *Obss. ad usum PP. graecor. in Critica N. T. pertinentium Spicileg. I II.* Regiom. 1811. 8. (8 gr.) I. F. Schleusner *Pr. Obss. nonnullar. de PP. graecor. auctoritate et usu in constituenda Versionum graecar. V. T. lectione genuina P. I. II.* Vileb. 1795. 97. 4.

ex Eruditorum, quotquot ab Origenis aetate fuerunt, interpretum Commentariis peti possunt subsidia, quibus cognitis manifestum est, non ita multum novi recentiorum interpretum diligentia antiquis additum esse. Pro novis quidem quam plurima habita sunt, quae, si antiquos legerit, agnoscat, nihil, quod non saepius et interdum longe melius a priscis dictum sit, continere. Neque is mox inusitata quaevis opinionum commenta miretur, aut ad ea tamquam nescio quae nova monstra expavescat, quippe qui eadem identidem, mutatis nominibus, in medium protrahi, et, quae vel maxime obsoleta sunt, saepe denuo novitatis specie commendari, assiduo Veterum usu compertum habeat? Rem inauditam prorsus, proponenda summa quadam Scriptorum divinorum interpretandorum lege, suscepisse multis visus est *Kantius*. Illi vero, novo interpretationis *practicae* nomine, se in errorem abduci patiuntur. Nam idem fere ante multos annos in Anglia, malo, ut multis videbatur, in S. Scripturas animo, egerat *Thom. Woolstonius*, quam labem equidem celeberrimo Philosopho Regiomontano adspergi nolim. Imo vero antiquis iam diu cognita, et multis eorum probata fuit interpretandi ratio Kantiana, ad *allegoricam* scilicet *Origenis* illam, quae per omnia saecula multis placuit, conformata.

Si vero aliquis eruditionis necessariae apparatu satis instructus et omnino peritus interpres, qui, si quis alius, propria ingenii acie ac subtilitate verum videre, atque adeo Virorum sacrorum sententias ubivis scienter tenere posse sibi videatur. An tamen Veterum scriptis eum carere posse censetis? Nimirum interpreti, qui hoc nomine dignus appellandus sit, ante omnia curae est disquisitio de lectionis bonitate. De ea vero ut constet, cum antiquos libros in consilium vocari oporteat, qui non intelligat, quantum pretii his Scriptoribus statuendum sit, ex

quibus cognosci poſſit, quid ipſorum aetate in vetuſtiſſimis Codicibus lectum fuerit; iis inprimis, quales non pauci ſunt, quos libris ſcriptis', qui quidem ad noſtrum usque tempus innotuerut, antiquiores, plerumque etiam accuratius caſtigatis Codicibus uſos eſſe, dubio caret. Quapropter, qui in his libris legitime interpretandis verſari cupit, ei non tantum Critici quorundam ex antiquis, *Origenis* praeſertim et *Euſebii* labores, verum etiam, quidquid ad textum vulgarem vel confirmandum, vel emendandum, ex Doctorum veterum chriſtianorum ſcriptis depromi poteſt, pleniſſime cognitum et perveſtigatum ſit. Mitto, quod vere magnum et praeſtantiſſimum eſt, ab iisdem praelucentibus conſequendum praeſidium, in iudicio regundo, cum de ſcriptorum Codicum aetate et pretio univerſo, tum de variarum lectionum cauſis et fontibus, earumque aeſtimandarum modo et ratione; ſed de multis, quae ad hanc cauſam pertinentia addi poſſunt, animadvertenda ſedulae et cum maximo ſeverae disquiſitionis de ſacrorum librorum origine, iisque habenda fide, ſumma neceſſitas. Iam tantisper ſeponamus Veterum, qui ab illa aetate, ad quam ſacrae literae pertinent, non tam longe remoti fuerunt, apertas teſtificationes de earum auctoribus, et cum religionis ab iis propagatae, tum etiam ſcriptorum librorum, quibus illud inprimis praeſtiterunt, origine et fatis, nescio an aliquid ſuperſit, ad fidem et auctoritatem ſacri Codicis certis et indubiis rationibus comprobandam.“ Haec Voorstius l. l. non minus vere, quam eleganter.

§. 143.

Accedit *uſus dogmaticus*, qui ad dogmata religionis noſtrae eorumque hiſtoriam ſpectat. Ex Patrum enim monumentis videmus, quae do-

gmata prima aetate civitatis chriſtianae tradita, poſtea propagata, conſenſu Doctorum ac Conciliorum, Martyrum quoque teſtimoniis confirmata, contra Haereticos atque alios adverſarios fortiter ac feliciter defenſa ſint. Cuncta haec, uti illuſtria ac perſpicua ſapientiae ac benignitatis divinae documenta, oſtendunt, ita vim quoque habent ad animos noſtros commovendos atque in veritate confirmandos.

Ad ipſam doctrinae chriſtianae formam quod attinet, cuius erudita et ad ſcholae legem exacta ſcientia artis theologicae ſummam abſolvit; utrum Theologus perfectus dicatur, qui communes uſuque receptas formulas calleat, et ad certam aliquam normam ſubtiliter tractet, non cognita earumdem origine, ac disciplinae veritate modoque univerſo, pro diverſa temporum ingeniorumque ratione? An vero is, qui ea etiam omnia et ſingula, ex antiquis praecipue monumentis cognoscenda, mente concipiat, et in tradenda aliis theologiae ſcientia ſtudioſe perſequatur? Quam quidem Theologiae dogmaticae et hiſtoricae coniungendae rationem, noſtra aetate, a *Semlero* inprimis et *Erneſtio* revocatam, ad veterum Theologorum exemplum diligentius excoli coepiſſe, profecto eſt, quod religionis cauſa ſummopere gratulemur.

Multae adhuc, quod valde dolendum eſt, controverſiae et concertationes, de graviſſimis quoque capitibus, Chriſtianos inter ſe dividunt et ſciſſos tenent, de quibus non raro Theologorum iudicium interponendum eſt. Sunt, qui id, quod ſaeculo ſuperiori *Boſſuctus*, praeſtantiſſimo vir ingenio, et acutiſſimus defenſor eius *Brueyſius*, ſtrenue et callide credulae multitudini perſuadere conati erant, videlicet non adeo magnam Catholicos inter et

Proteſtantes differentiam eſſe, *) etiam nunc acerrime contendant, atque adeo facilem ab his ad illorum ſacra tranſitum ſpecioſe commendent. Alii contra ad diu receptas diſciplinae ſuae formulas ita adhaerescunt, ut ne totum quidem unguem ab hac lege et norma propoſita discedi patiantur. Ab his igitur doctrinae et interpretationis publicae ſacrorum, quae ab eo inde aevo, quod Apoſtolorum aetatem inſecutum eſt, per coetus chriſtianos ad nos translata, et, mutatis pro re nata mutandis, conſervata ſit (*traditiones eccleſiaſticas* vulgo appellant) huius igitur doctrinae et interpretationis publicae ſinceritatem magnis adhuc laudibus ab his efferri, multisque rationum lenociniis id agi videas, ut nihil certi, niſi adſumta hac fidei et vitae regula, de religionis cauſa ſtatui poſſe, atque ideo ab antiquitatis iudicio et auctoritate unice ſtandum eſſe, nobis perſuadent? Ecquid igitur in hoc negotio praeſtandum putatis? Num quis iis occurrere, aut ad eorum argumenta reſpondere poſſit, neglecta lectione veterum librorum? Saepe illi ab imperitis, vel mediocri ſaltem antiquitatis ſcientia inſtructis adverſariis, ut multi fuerunt et adhuc ſunt, victoriam facile reportarunt, certe in anguſtias nos redegerunt. Noſtra praeſertim aetate cum bene doctis et harum literarum ſtudio exercitatis adverſariis certandum eſt, quod qui aggrediatur, non vulgari harum literarum apparatu munitus et exornatus ſit, neceſſe eſt.

§. 144.

Addendus eſt *uſus moralis*, non de ſolis Patrum ſcriptis moralibus, ſed univerſe de libris eorum intelligendus. Saepe in illis ſunt monita

*) Vid. I. Ge. Walch *Biblioth. theol.* II, 323. Schroeckh *Chriſtl. KGeſch. ſeit d. Reformat.* VII, 268.

salutaria ad sanctimoniae exercitationem, adhortationes piae sanctaeque, et incitamenta ad virtutum christianarum perpetua studia.

Historia ecclesiastica Patres habere fontes primarios, eamque non alia melius ratione quam testimoniis Patrum confici ac illustrari posse, nemo est, quin videat. Innumerae reperiuntur in Apologiis Patrum, in Panegyricis, Concionibus, Commentariis, Ludationibus funebribus, Collationibus, Disputationibus et Epistolis animadversiones, quae vel historiam ecclesiasticam confirmant, vel facta obscura, quae alioquin illustrari non possent, enodant elucidantque, vel errores in rebus bene multis, ob parum accuratam investigationem non satis notos, depellunt. In re quippe historica raro unus est, cui negotia, tempus, experimentum novam quotidie lucem et consilium non praebeant.

§. 145.

Qualis Patrum Ecclesiae sit *Auctoritas*, de eo sententiae eruditorum Virorum discrepant. *Tres* earum *Classes* constituere debemus, si illas distincte recensere velimus. Ad primam illi pertinent, qui Patribus ecclesiasticis nimium tribuunt ac maiorem, quam decet, honorem erga istos monstrant; ad secundam referri possunt, qui Patribus eorumque monumentis minorem, quam par est, existimationem praebent; ad tertiam autem denique, qui inter duos priores medium locum obtinent, et utramque extremitatem, cum nimium, tum parum, devitant.

§. 146.

Inter eos, quos *prima Classis* complectitur, principes sunt Pontificii, qui de Patrum auctoritate in rebus fidei varia quidem sentiunt ac tra-

dunt, ita ut proprium commodum Ecclesiaeque Rom. utilitatem veluti regulam constituant, quam hac in re sequantur; id tamen satis constat, eos certo modo Patribus aequalem cum Scriptura S. auctoritatem ac per hanc in rebus, quae ad fidem ac salutem aeternam pertinent, probandi vim attribuere.

Veteris Ecclesiae Doctores quando sententiis ac dictis suis pondus conciliare voluerunt, praecipue id a Patrum auctoritate sumserunt atque ad consensionem cum illis provocarunt. Inprimis in Controversia Ariana testimonia Patrum diligenter advocata sunt; quod etiam factum est in litibus Pelagianis. Id quod quum fieret, fundamentum *Traditionis* positum est, utpote quae maxime ipsis Patrum testimoniis nititur. Iam exeunte Sec. II. vel ineunte Sec. III., inprimis apud Tertullianum, Traditionis vis ac potestatis in definiendis christianae religionis dogmatibus mentio facta est. Clarissimus hanc in rem locus est *Lib. de Praescript. adv. Haereticos* Cap. 22., ubi haec leguntur: *Si hae ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quae cum illis Ecclesiis apostolicis, matricibus et originalibus Fidei conspirat, veritati esse deputandam; sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit. Reliquam vero doctrinam de mendacio praeiudicandam, quae sapiat contra veritatem Ecclesiarum, et Apostolorum, et Christi et Dei. Superest ergo, ut demonstremus, an nostra doctrina, cuius regulam supra edidimus, de Apostolorum traditione censeatur.* Vid. C. Chr. Birch *D. quosdam ex Q. S. F. Tertulliano collectos atque illustratos locos theolog. sistens,* Havn. 1790. 4. §. 4. Sec. V. autem Vincentius *Lerinensis* Traditionem Scripturae S. adiungendam esse statuit: docet enim, eam *universitate, antiquitate et consensione* niti ac dicit *Commonitorio primo* Cap. 1.: *Antiquitatem quidem se-*

quemur, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos Maiores ac Patres nostros celebrasse, manifestum est; consensionem quoque, ut pergit, *itidem, si in ipsa vetustate omnium, vel certe pene omnium Sacerdotum et Magistrorum definitiones sententiasque sectemur.* Paullo distinctius *ibidem* Cap. 39. explicat auctoritatem, quae Patribus tribuenda sit, his verbis; *Eorum duntaxat Patrum sententiae conferendae sunt, qui in fide et communione catholica sancte, sapienter, constanter viventes, docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quidquid vel omnes, vel plures uno codemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo ratoque habeatur; quidquid vero, quamvis ille sanctus et doctus, quamvis Episcopus, quamvis Confessor et Martyr, praeter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et privatas opiniunculas a communis, publicae ac generalis sententiae auctoritate secretum sit; nec cum summo aeternae salutis periculo, iuxta sacrilegam Haereticorum et Schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis veritate dimissa, unius hominis novitium sectemur errorem.* Posito hoc fundamento, progressu temporis auctoritas Patrum confirmata atque aucta est, inprimis quum post coeptam sacrorum emendationem Controversiae cum Pontificiis orirentur, hique falsa dogmata sua ex Codice divino haud probare possent ac quam fingebant, Patrum auctoritas impugnaretur. In conservanda illa Pontificii omne studium posuerunt ac semper docuerunt, Patres si de dogmate fidei constanter consentirent, eos normam fidei exhibere. Quae in lucem emiserunt, scripta abunde id comprabant. Melch. Canus *Loc. theolog. Libr. VII.*

Cap. 3. p. 208 sqq. *Oper.* scribit: *In expositione sacrarum litterarum communis omnium Sanctorum veterum intelligentia certissimum argumentum Theologo praestat ad theologicas assertiones corroborandas, quippe quum Sanctorum omnium sensus Spiritus S. sensus ipse sit;* item: *Quamquam a Philosophis quidem rationem philosophicae conclusionis iure forsitan postularis, in sacrarum autem litterarum intelligentia maioribus nostris debes nulla etiam ratione habita credere, et quas sententias de lege, de fide deque religione ab illis accepisti, defendere. Ego vero eas defendam, semperque defendi, nec me ex eo sensu, quem a Patribus accepi, vilius umquam aut docti, aut indocti movebit;* ac postea: *Defendamus concordem antiquorum Patrum consensum, si volumus esse Catholici. Equidem quum Clementem, Dionysium, Irenaeum, Epiphanium, Nazianzenum, Basilium, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Cassiodorum, Bernhardum audio unum idemque proferentes, non existimo totidem hominum doctissimorum quidem et sanctissimorum, attamen hominum, me audire sententiam, sed catholicae Ecclesiae, cuius illi fuerunt columnae praecipuae. Quod maior pars Patrum senserit, id esse catholicae fidei profitemur.* Robertus Bellarminus *Libr. IV. de verbo Dei* Cap. 12. tradit, *Scripturam esse tantum partialem fidei regulam, ac Traditiones pari pietatis affectu cum Scriptura recipiendas esse iuxta Decretum Concilii Tridentini*, et *Libr. II. de Christo* Cap. 2. *Libr. I.* de *Purgator.* Cap. 10. haec habet: *Patres numquam omnes simul errant, etiamsi aliquis eorum interdum erret. Nam simul omnes in uno errore convenire non possunt.* Gregorius de Valentia *Analys.* Lib. VIII. Cap. 8.: *In definiendis controversiis fidei concordis etiam sententiae Patrum, sive Doctorum omnium idcirco ratio haberi debet, quia quod illi unanimi consensu circa religionem tradunt, infalli-*

biliter verum est. Quovis autem Thrasone insolentior Melch. Cornaeus, Ignatianae sodalitatis addictus theologus, in libri: *Aut Papista, aut non Christianus* Cap. 11., his verbis in laudem nescio an Patrum Eccl., an Papismi erumpit: *Patres omnes ex asse fuisse Papistas, nemo prudens neget. Evolvantur eorum monumenta, legantur scripta, expendantur verba, spirant, sapiunt, olent purum putumque Papismum. Nam etsi in aliquo subinde occurrat quidquam, quod vel in partem sequiorem exspiret, tamen a toto, quod aiunt, genere si loqui et aestimare velimus, nihil certius est, quam Patres antiquos ex animo fuisse Papistas.* Huic vaniloquentiae bene conveniunt, quae legimus apud Corn. Russum, Ord. S. Franscisci, in *Orat. ad Cap. XIV. Ep. ad Rom.* p. 606. *Ego, ut ingenue fateor, plus uni summo Pontifici crederem in his, quae fidei mysteria tangunt, quam mille Augustinis, Hieronymis, Gregoriis.* Plura rei huius testimonia non addenda, quum dogma Pontificiorum ipsum sit notum ac manifestum. Qui tamen plura cupit, adeat ille: Io. Gerhardum *Confession. catholic. Libr. I. Part.* 2. Cap. 13. p. 196., Io. H. Hottingerum Dissert. de *abusu Patrum*, quae est in eius *Dissert. miscellanearum Pentade*, Tiguri 1654. 8. cuius iam antea mentionem fecimus ac multos alios, ex eorum inprimis ordine, qui adversus perversa Pontificiorum dogmata pugnarunt.

§. 147.

Quum Pontificis Romani asseclae Patrum effata ex utilitate Ecclesiae Romanae aestimant hancque utilitatem ipsam constituunt normam, secundum quam Patrum auctoritatem definiunt, mirum non est, Pontificios diversa quidem de Patribus sentire, eosque vel magni vel parvi

facere, communem tamen iſtorum auctoritatem tueri illisque plus, quam rectum eſt, et iuſtum, tribuere.

Conſentiunt Pontificii de re ipſa controverſa, Patres Eccleſiae communem cum Scriptura S. normam fidei nobis praeſcribere; quando autem de ipſis Patribus iudicant, multum variae ac diſcrepantes eorum ſententiae ſunt. Nunc laudant eos ob veram doctrinam atque inſignia in rem chriſtianam merita; venerantur illos, tamquam ſanctos Patres atque apud eos ſe ſummum cauſſae ſuae praeſidium inveniſſe, ſibi atque aliis perſuadent. Nunc eosdem Patres reprehendunt; eos non ſolum errare potuiſſe, ſed etiam ſaepe omnino erraſſe, aperte pronuntiant: imo multorum variorumque vitiorum accuſant. Spectat huc: Iac. Laurentii *Reverentia Eccleſiae Rom. erga SS. Patres veteres ſubdola, ex ipſorum Pontificiorum, Ieſuitarumque libris certis atque evidentibus teſtimoniis demonſtrata et in XII articulos diſtributa*, Lugd. Bat. 1624. 8. Liber hic memoria ac lectione maxime dignus eſt. Adhibet Auctor propria Pontificiorum arma adverſus eorum errores de Traditione deque Eccleſiae Patribus. Inter alia oſtendit, Pontificios Patres habere eos pro veris Patribus, quando illis placeant, minus autem, ſi diſpliceant; nec Pontificios attendere ſaepe, quid ipſi Patres ſenſerint, ſed quid ſecundum Eccleſiae Rom. fidem ſentire debuerint; reiicere Patrum teſtimonia, quae ipſis contraria videantur, tamquam in libris adulterinis ſcripta, vel afficta, ex ora libri in contextum translata, in quibusdam exemplis non invenienda, ab Haereticis depravata; vel Patres ſic eſſe loquutos non proprie, accurate, more oratorum: notare praeterea in ſcriptis Patrum Pontificios varios errores, falſitates, mendacia, haereſes; ipſos autem Patres inſimulare repugnantiae ac contradictionis, mu-

marum dissensionum, dubitantiae, inconstantiae atque imperitiae. Alia adiungit Auctor atque ex illis, de qua differit, Ecclesiae Rom. reverentiam erga Patres subdolam itidem probat, Pontificios saepe irreverenter, iniuriose ac contemtim de Patribus loqui; eos impios, audaces, temerarios, Haereticos et Schismaticos vocare, sese suosque Scriptores illis comparare, adaequare, praeferre ac nolle, ut illi dicantur Patres atque orthodoxi; item eosdem Pontificios Patrum scripta ac libros damnare, prohibere, castrare, variare et expurgare; neque in libros modo Patrum, sed et in ipsos quoque Patres ius atque arbitrium sibi arrogare: Patres ipsos ut Haereticos condemnare, cum antiquis damnatis Haereticis exsecrari: a communione cum Ecclesia catholica excludere: quin imo in ipso quoque inferno et gehenna cum damnatis impiis et Diabolis collocare. Omnia haec non solum dicuntur, sed etiam accurate probantur per testimonia, quae ex ipsis Pontificiorum libris sumta sunt atque omnem fidem prae se habent. Accessit eiusdem auctoris: *Brevis Tractatus de vera ac legitima, quae S. Scripturae et quae S. Patribus atque illorum scriptis debetur, auctoritate, honore, reverentia, ex ipsorum Patrum dictis concinnatus solidisque rationibus comprobatus atque in XXI Propositiones distinctus, reiectione errorum Ecclesiae Rom. circa singulas propositiones, memorata.* Sententiam veram Catholicorum de Auctoritate SS. Patrum praeeunte Vincentio *Lirinensi, in Commonit.* Cap. 39. his verbis exprimit Steph. Wiest *Institutt. patrol.* §. 319. *Quod SS. Patres in rebus fidei et morum consensu tradunt unanimi, certissimum est, eidemque refragari nemini licet, atque in exponendis SS. Libris pariter insistendum est consensui eorum unanimi, si vero non consentiant, licitum est, etiam in quaestionibus fidei et morum, ab iisdem recedere.*

§. 148.

Iis, qui Patribus Ecclesiae nimium tribuunt, iunxerunt se quoque *Episcopales*, sive *Hierarici*, uti dicuntur, in Anglia, apud quos maxima t Patrum auctoritas, quoniam persuadent sibi, illorum monumentis invenisse se magnum aesidium sententiae suae de divina episcopatus igine, de veteris Ecclesiae ritibus deque disciina retinenda.

Caussa haec est, cur inter alia a Io. DALLAEI pere *de Patrum usu* plane abhorreant, credentes, um auctoritati Patrum nimium detraxisse. Proetur id GUIL. BEUEREGIUS *Prooemio Codicis Canum Ecclesiae primitivae vindicat. ac illustrat.* atie ita scribit: *Ratio potius flagitat, ut nos iniquisne feramus, quod doctissimus Dallaeus tam sanctam, m puram, ipso etiam iudice, Ecclesiam toties lacere eniteretur. Illum quidem summo ingenio, praemti eruditione ac doctrina, nec minori pietate virum isse, et de Ecclesia reformata plurimis in rebus time meritum, ultro omnes hic confitemur. Verum male nos habet, quod ille, contra Ecclesiam Rom. sputans, nostram etiam, tamquam iisdem erroribus noxiam, sub communi Latinorum nomine indiscriinatim oppugnavit.* Interiectis quibusdam, pergit ncque clausulam facit: *Nulli enim dubitamus, in Deus O. M., cuius solius praesidio confidimus, cclesiam polite adeo e Sacris ipsius Scripturis, iuxta rpetuam universalis ipsius Ecclesiae praxin et consionem interpretatis reformatam, contra omnes iusque modi adversariorum impetus ita defenderit, , iuxta fidelissimum Domini promissum, ipsae inferum portae adversus eam numquam praevaliturae it.* Praeter alios, postea commemorandos tamiam Dallaei adversarios, legendus quoque est . WOTTONUS, qui duas CLEMENTIS *Rom. Episto-*

rum canon, *sibique ad omnia satis super*
ut loquitur Vincentius Lerinensis) *sive ad*
mae priscaeque Ecclesiae consensu, *deduc*
ducere nequit, *de adsensu desperet*. Addi
Praefatione libri de *Communione sub utr*
scripta reliquit: *Nec est*, *quod in proban*
tibus ad abstrusa prolabamur, *quum quae*
ris perspicua sunt, *satisfaciant*, *et si res e*
conditio eorum, *cum quibus agimus*, *fac*
possit sincera prisca primaeque Ecclesia
sive testificatio, *quae tum e symbolis*, *tum*
quam plurimorum seculorum hodie adhu
benignitatem et providentiam superstites
unanimi consensu proposuerunt, *innotesci*
Calixtus de Consensu Patrum tantum stat
esse principium secundarium, haud quid
mavit, quod falsum sit, quod reprehen
principium enim, quod secundarium est,
bandi, sed confirmandi atque illustrandi
plectitur. Non tamen negandum est, Cali
omnem suspicionem pravae sententiae de
Patrum a se removere potuisse, quum rel
monumenta monstrant eum hac de re

cum multis aliis monumentis, Calixto oppositis, uti sunt: *Syncretismus Calixtinus; Harmonia calixtino-haeretica; Synopsis controversiarum potiorum* atque alia; Io. Hülsemanni scripta itidem varia atque in his: *Calixtinischer Gewissenswurm; Dialysis apologetica*, ac plura alia.

§. 150.

Venimus ad *Classem secundam* eorum, qui *de Patrum Auctoritate et Usu inter se dissident*. In prima iis locum assignavimus, qui in colendis Patribus nimii sunt iisque plus, quam decet, tribuunt. Sequuntur nunc illi, qui hac in re ad alteram extremitatem delapsi, minus, quam par est, amplectuntur, nec erga veterum Christianorum Doctores debitam monstrant existimationem.

Spectant hoc inprimis, quae de Io. Dallaeo eiusque libris *de Usu Patrum* scripta ac disputata sunt. Prodiit opus hoc primum lingua gallica, sub titulo: *Traité de l'emploi des SS. Pères, pour le iugement des différens de la Religion*, cura ipsius Dallaei, Genev. 1632. 8. Conversum id postea est in sermonem latinum, interprete Io. Mettayero ac sub inscriptione: Io. Dallaei *de Usu Patrum ad ea definienda religionis capita, quae sunt hodie controversa, Libb. II.* editum Genevae 1656. et 1686. 4., quae interpretatio, quum ab ipso Auctore recognita, aucta atque emendata sit, praefertur gallicae editioni; editio vero a. 1686. est mendosissima. Memoratur etiam versio anglicana, iuris publici facta 1651., cuius Auctor non exploratus est, ac quamvis interpretatio haec a nonnullis Thom. Smitho tribuatur, hic tamen negavit *Praefat. ad vers. anglic.*, se libros hos in linguam anglicanam transtulisse. Lucem quoque vidit illorum Epitome, sub titulo: Io. Dallaeus *de vero Usu Patrum, in Epitome*

exhibitus a M. D. C. E. M. Tubing. 1602. 12.*) Operis huius liber prior, quo contendit, inpossibile aut difficillimum saltem esse, quid de praesentibus fidei controversiis Patres senserint, liquido et definite constituere, complectitur Capita XI, horumque argumenta sunt: 1) aegre constare posse, quid circa nostras de religione controversias senserint Patres, quum pauca exstent scripta, tribus praesertim antiquissimis seculis; 2) quae supersunt e tribus prioribus seculis, scripta maximam partem agere de rebus alienissimis ab iis, quae hodie circa religionem in controversiam vocantur; 3) quod Patrum vere certoque non sint, quaecumque nunc eorum nomine circumferuntur, sed pleraque iis vel olim, vel his demum postremis seculis afficta ac supposita; 4) prioribus et posterioribus seculis, tempore, imperitia, fraudibus, cum piis tum maliginis, genuina SS. Patrum scripta variis in locis immutata et adulterata fuisse; 5) non facile esse, Patrum scripta intelligere tum propter linguas et idiotismos, quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis rhetoricae et dialecticae artificiis obscuratam et impeditam rationem, tum quod plerasque voces alio, quam qui nunc in usu est, sensu usurpent; 6) Patres saepe, quae ipsi credunt, tacere et quae non credunt, dicere, seu aliorum, nomine tacito, sententias referant, ut in Commentariis, seu contra adversarios disputent, ubi nihil non adhibent, quod argumentum suum faciat, seu ad captum auditorum se accommodent, ut in Homiliis; 7) Patres in iisdem fidei capitibus non semper perstitisse, sed e quibusdam suis sententiis nonnumquam discessisse, prout exercitatione, vel aetate eorum maturaverat iudicium; 8) necessarium, et idem tamen difficillimum esse, ut certo statuamus, quid de suis ipsorum singulis sententiis Patres censuerint et an

*) *Actor. Eruditor. Supplem.* III, 192.

eas ut neceſſarias, an ut probabiles tantum et quo in gradu neceſſitatis, vel probabilitatis eas habuerint; 9) neceſſarium eſſe, ut nobis conſtet ratio, non ſolum de unius, aut plurium Patrum, ſed etiam de totius veteris Eccleſiae ſententia, quod difficillimum eſt pernoscere; 10) aegerrime ſciri poſſe, num Patrum de huius ſeculi controverſiis ſententiae ab Eccleſia univerſali, an ab eius parte tantum receptae fuerint: id ipſum tamen ſcitu perneceſſarium eſſe, ut locorum, qui ex iis proferuntur, uſus aliquis apud nos eſſe poſſit; 11) fieri non poſſe, ut ſuper ullo eorum capitum, quae ſunt hodie in controverſia, clare liquidoque pernoſcamus, quae totius veteris Eccleſiae, ſive univerſalis, ſive particularis ſententia fuerit. Poſterior liber, qui in eo verſatur, ut demonſtret, Patrum ſententiae, ut qui infallibilitate careant, etiamſi certo de iis conſtaret, animum acquiescere haud poſſe, conſtat Capitibus VI, iisque oſtendit Dallaeus: 1) Patrum de fide Eccleſiae teſtimonia non eſſe ſemper certa veraque; 2) Patres ipſos negare, nudis ſuis aſſertionibus abſolute ſtandum eſſe in iis, quae de religione ipſi in medium afferunt; 3) Patres ea ratione ſcripſiſſe, ut manifeſtum ſit, iis inter ſcribendum, de religione pronuntiare, non fuiſſe propoſitum. Eorum, in quibus lapſi ſunt et errarunt, exempla quaedam; 4) Patres ſive ſeorſim ſingulos, ſine coniunctim plures in variis religionis capitibus erraſſe; 5) Patres inter ſe aliquando diſſentire et quidem interdum de rebus magni momenti; 6) neque Proteſtantes, neque Pontificios agnoſcere Patres iudices rerum, ad religionem ſuam pertinentium hosque non minus, quam illos, quae ad palatum ſuum non faciunt, nulla religione reſpuere. Satisfit duabus quaeſtionibus, quae ex ſuperioribus omnibus oriuntur. Enarravimus argumenta haec, ut ex illis breviter colligamus, qua in auctoritate Patres Eccleſiae apud Dallaeum fuerint. Apud nonnullos Dal-

laeus minus se commendavit multosque expertus est adversarios, qui reprehenderent eum ac variis scriptis impugnarent, tamquam hostem Patrum Ecclesiae, qui cogitationes suas ad id conferret, ut existimationem istorum imminueret. In horum numero sunt Pontificii, qui quum Patribus nimiam auctoritatem tribuere soleant, facile intelligendum est, displicere illis Dallaeum. Testantur hanc in rem Iac. Boileau libris de *Adoratione Eucharistiae ac Historia Confessionis auricularis;* Dionys. Sammarthanus in *Traité de la Confession contre les Erreurs des Calvinistes;* Rich. Simonius sub nomine Prioris de Bolleville in *Réponse au Livre intitulé: Sentimens de quelques Théologiens de Hollande;* Petrus Thomas a S. Barbara, Carmelita, in *Critice apologetica veterum Eccl. Patrum*; Nicol. le Nourry in nova *Ambrosii Operum* editione et in *Apparatu ad Biblioth. maxim. PP. Lugdun.* I, 149: Natal. Alexander in *Dissert. adv. Dallaeum et Rivetum*, quae est Dissert. XVI. in Secul. II. et extat in illius *Hist. eccl.* edit. Paris. 1741. 4. Tom. V. p. 442 sqq.; Io. Bapt. Cotelerius *Notis ad Ignatii Epistolas*; Io. Mabillonius *Analect. veter. Tom. II.;* Dan. Tobenz *Institut.* Cap. IV.; Ant. Dorsch, *in Dissert. theol. de auctoritate SS. Eccl. Patrum*, Mogunt. 1781. 4. atque alii. Praeter Pontificios contra Dallaeum pugnarunt Reformati iique episcopales in Anglia ipsique longius bellum indixerunt, quum intelligerent, Dallaeum antiquos Ecclesiae anglicanae ritus reiicere, nec in concordia sacra stabilienda testimonio primae Ecclesiae quid tribuere. Confirmant hoc scripta Hammondi, Beveregii, Pearsonii, Bulli, Boylii, Montacutii, Dodwelli atque aliorum. Inter adversarios hos Dallaei locum inprimis sibi fecit Mathaeus Scrivenerus, Anglicanae Eccl. Presb., in libro, cuius titulus est: *Apologia pro S. Ecclesiae Patribus, adv. Io. Dallaeum*

de Uſu Patrum. Accedit Apologia pro Eccleſia anglicana adv. nuperum Schisma. In lucem prodiit ille Lond: 1627. 4. Quum autem Auctor omnem moderationem negligit, magnam animi vehementiam temeritatemque, et libidinem calumniandi monſtrat, ille ſane librum ſuum parum commendavit ac magis ſibi ipſi, quam Dallaeo ac cauſſae eius nocuit. Ipſe ſingularia quaedam defendit. Iuſtificationem per ſolam fidem appellat *luſum puerilem* ac ſcribit, iuſtificationis eiusmodi *neque volam, neque veſtigium* in Scriptura S. deprehendi. Verba eius ſunt *Apolog. pro Eccleſiae Patrib. adv. Dallaeum* p. 87.: *Quid vexatius apud recentes Theologos reperitur, quam quaeſtio de iuſtificatione per fidem ſolam et non ſolitariam, prout pueriliter ludunt quidam dicti Evangelici? Auſim aperte affirmare contra utramque familiam tam Lutheri, quam Calvini, iſtiusmodi iuſtificationis neque volam neque veſtigium percipi poſſe a ſincero perſcrutatore Sacrarum Scripturarum omnium; nullam, ne ſemel quidem, fidei iſtius ſpecialis mentionem incidere, quam Reformati plerique doctores explicant, vel potius non explicant, ſed novis et arduis diſtinctionibus quotidie luculentam ex ſe veritatem et genuinam corrumpunt.**) Adiungendus eſt Pet. Zornius, qui cauſſam Patrum egit contra Dallaeum in *Vindicis Patrum per omnes Fidei chriſtianae articulos, oppoſitis Io. Dallaeo. Accedunt ſelectae Obſervationes contra recentiores Patrum cenſores, Anglos, Belgas, Gallos,* quas ſub larva Pezronii paronomaſtica edidit Gieſſae 1609. 8. et poſtea transtulit in *Opuſculorum ſacror.* Tom. I. In illis non ſolum generatim animadvertit, acriores Patrum

---

*) Cum *Scrivenero* facit Io. Bear *Or. de primaevorum PP. auctoritate,* adi. *Rich. Ruſelii* editioni PP. apoſtolicorum P. I. Add. Mayeri *Diſſertt. ſelect.* p. 146. Frickii *Diſſert. de Iuſtificatione et annexis capitibus* p. 45. Ulmae 1718. 4. Buddei *Iſag. ad theol. univerſ.* Lib. II. Cap. 3. §. 13. p. 606.

censuras, cuius generis fecerit Dallaeus, hostibus nostris praebere occasionem, summa capita doctrinae sacrae labefactandi, sed speciatim quoque de singulis fidei articulis ostendit, Patrès testimonia veritatis de illis edidisse atque in monumentis suis scripta reliquisse. Quae quum enarrat diligenter, multa alia erudita ac lectiòne digna affert.

Non defuerunt tamen, qui Dallaeo faverent ac opus illius de *Usu Patrum* iusta laude ornarent. In numero illorum sunt: Lud. Molinaeus, Io. Eduardus, Gisb. Voetius, Io. H. Hottingerus, Alex. Morus atque alii, quos una cum scriptis eorum recensèt antea laudatus Zornius. *) Praeter alios, iam omissos, praecipue memorandus est Thom. Ittigius, qui Orationem Lipsiae 1698. habuit ac postea iuris publici fecit, *pro Io. Dallaei Tractatu de Usu Patrum adv. Matth. Scriveneri Apologiam pro S. Ecclesiae Patribus*, quae exstat in eiusdem *Exercitat. theolog. Ennead.* p. 740. In illa de Dallaei libro iudicat, quod eum *Auctor concatenatis quasi rationibus ita firmaverit et constrinxerit, ut aequus rerum aestimator eius sententiam cum veritate congruere, vix dubitare possit;* de adversario autem Dallaei, Scrivenero, pronuntiat, *eum more Anglorum episcopalium egregie papizare et non Dallaeum modo, sed etiam omnes, quorum fides Patrum iudicio non innititur, alto supercilio contemnere.* Defensoribus Dallaei annumerandus quoque est Io. Clericus, qui hac de re cum *W. Caveo* disputavit. Litis huius quum iam antea §. 61. mentionem fecimus, iam memorasse sufficiat, Clericum de Scriveneri *Apologia*, Dallaeo opposita, hanc sententiam pronuntiasse in *Epist. crit.* 4., in *Arte crit.* III, 98.: *Scio, esse confutatum,* Dallaei opus, de quo loquitur, *a Matthaeo Scrivenero, Ecclesiae Anglicanae Presbytero; at ea*

---

*) In *Vindiciis, Opuscc. sacr.* I, 663.

onſutatio non efficit, ut quisquam de Dallaei libro ntea lecto et expenſo peius ſentiret. Bonus ille vir, t hoc ſolum dicam, non conflixerat cum Pontificiis, t Dallaeus; non norat, quid ab illis ſoleret obiici, ec ſatis etiam ipſos Patres verſaverat; ideoque de ne operis, deque toto eius inſtituto et rationibus)allaei perperam iudicavit. Conſentit quoque cum)allaeo Dan. Whitby *Diſſert. de S. Scripturarum ıterpretatione ſecundum Patrum Commentarios*, ,ond. 1714. 4. et alii. Qui vero rei peritus atque partium ſtudio alienus, opus ipſum diligenter erlegit, fatebitur ſane, Dallaei librum eſſe praeclaum omnique laude dignum. Quum Patrum errores c vitia ſingulari ſtudio recenſet, optima arma ſupeditat, adverſus illos feliciter ferenda, qui antiquiris Eccleſiae Doctoribus nimiam auctoritatem triuunt horumque teſtimoniis ad falſa dogmata ac ıcta aliis perſuadenda prave utuntur, praecipue dverſus Pontificios atque Epiſcopales in Anglia. :a Dallaeus in hoc quoque opere non ſine proſpeıori ſucceſſu argumenta hiſtorica hoſtibus oppoſuit, uemadmodum in aliis libris praeclara fecit, cuius eneris ſunt: *De la Créance des Peres ſur le Fait es images; De Poenis et Satisfactionibus humanis* ,ibri ſeptem; de *Pſeudepigraphis apoſtolicis;* Liber e *Ieiuniis et Quadrageſima; Diſputatio de Confirıatione et extrema Unctione;* de *ſacramentali, ſ. uriculari latinorum Confeſſione* Diſputatio; *Adverıs Latinorum traditionem de religioſi Cultus obiecto*;)iſp. de *Scriptis, quae ſub Dionyſii Areopagitae et '. Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur*, de *'ultibus religioſis Latinorum* Libri novem. Luculenır monſtravit, utilem eſſe theologiam patriſticam ac raebere nobis argumenta, quibus errores adverſaiorum graviter confutari poſſunt. Idem dicendum ſt de Dallaei libro de *Uſu Patrum*. Merito is ıudatur, debito tamen ac iuſto modo. Diffitendum

enim non eſt, Dallaeum interdum ſeveriorem, quam par eſt, erga Patres eſſe; animi affectibus indulgere ac quae ipſi vitioſa videntur, licet illa non magnum habeant momentum, in Patres tamen valde exprobrare. Quae nunc de Dallaei Opere de *Uſu Patrum* diſſeruimus, ea varii eruditi Viri illuſtrant. *)

§. 151.

Fuerunt alii, qui Patres eorumque *ſcripta parvi facerent*, ſaltem non in eo honore, quo illi omnino digni ſunt, haberent: imo nonnumquam de illis eorumque monumentis non ſine contemtione iudicarent, quod non ſolum de Lutheranis, ſed etiam Reformatis, ſacri ac profani ordinis, conſtat. Quae quum ſatis ſint nota, ea iam generatim memoraſſe ſufficiat. De *Luthero*, qui etiam huc refertur, pauca adiiciemus, deque animo illius, a Patribus Eccleſiae alieno, ut ſaltem ille videtur, nonnulla ediſſeremus. Negari non poteſt, Lutherum non benigne ſemper de antiquiorum Chriſtianorum Doctoribus ſenſiſſe, non bene ſemper de iisdem iudicaſſe. Comprobant hoc ſcripta eius, quibus nunc Origenem, nunc Auguſtinum, nunc Hieronymum, Chryſoſtomum, Athanaſium atque alios reiicit, contemnit, acerbe interdum perſtringit.

Appellat Hieronymum *hominem nullius iudicii, vel diligentiae*; *Haereticum, corruptorem totius Evangelii;* Chryſoſtomum *garrulum, hominem ſuperbum et ambitioſum;* Baſilium *nullius momenti hominem etc.* Sed acerbius ſcribendi genus, quo uſus eſt Lu-

*) Niceronius *Mém.* III, 72. Fabricius *Hiſtor. Biblioth.* III, 430. Crenius *Exercit. de libris Scriptorum optimis* p. 84. C. Gfr. Engelschall in *Allocutione epiſtolica ad Eruditos de nova Operum I. Dallaei editione* p. 28. Heumann *Poecile* II, 17. Bayle *Diction* ſ. v. *Daille*. not. 4. Cſ. etiam Steph. Wiest *Inſtitutt. patrologiae* §. 314 ſq.

therus de Patribus quamvis haud probandum ex eo tamen non colligendum est, eum fuisse Patrum Ecclesiae hostem. Variae sunt rationes, propter quas iusta illius excusatio, mitius de eo iudicium merito fieri potest. Quae hac in re tamquam vitia Luthero obiiciuntur, ea non omnia satis probanda sunt. Pleraque testimonia ex *Colloquiis mensalibus* sumuntur; exiguam autem eorum esse fidem, quis ignoret. Adversarii, inprimis Pontificii, Patribus nimiam auctoritatem tribuebant ac quum disputarunt, non alia fere argumenta, nisi ex Patrum libris afferebant iisque veluti divinis testimoniis innitebantur. Ab huiusmodi hostibus incitatus, Lutherus in animi feruorem facile adduci potuit. Videmus hoc ex lite eius cum Erasmo de *libero arbitrio*, qua quum Erasmus armis Patrum praecipue uteretur, Lutherus impositam sibi esse necessitatem, illis fortiter resistendi, qui Patribus, maxime Hieronymo, nimiam venerationem praeberent. Ac quis persuadeat sibi, in Luthero fuisse odium erga Patres Ecclesiae, quum illorum monumenta ipse commendavit atque ostendit, quae prae aliis sint legenda, quo modo lectio ipsa fieri debeat, id quod Hier. Wellerus in *Consilio de studio theologiae, rite instituendo et feliciter continuando* p. 8. ita exponit: *Postquam ad sacram theologiam animum applicassem, vir Dei* Lutherus *admonebat, ut praecipuos quosdam libros Augustini legerem, scilicet librum de Confessionibus, it. librum de Doctrina christiana, de Civitate Dei, et similes. Iussit, et aliquid temporis interdum me impertiri lectioni scripturarum Bernhardi, propter egregias sententias, quibus ille abundat. Nec non et Ambrosium me legere voluit, propter antiquitatis notitiam; ab Origenis et similium lectione me deterruit, eo, quod illi omnes locos Scripturae in allegorias transformarunt. Itaque, Origenis et similium lectionem theologiae studiosis perniciosam*

esse, ducebat. Hieronymi vero nec dictionem, nec interpretationem unquam probavit. Nam dictio eius est tumida, et plus operae sumsit in declamando, quam in interpretando Scripturam. Sed nec Basilii Magni scripta admodum laudabat: dicebat enim, illa, ut ipsius verbis utar, nimium redolere monachatum. Magistrum Sententiarum ideo legendum esse, aiebat, quod is omnium fere Patrum sententias de praecipuis locis doctrinae christianae in libro suo collegerit, sed tamen cum iudicio iuniores theologos legere illum volebat. Legatur Io. E. Gerhardus, qui plura hac de re narrat *Dedicat.* ad Patris Io. Gerhardi *Patrologiam.*

§. 152.

Sequitur *Classis tertia* eorum, *qui de Auctoritate Patrum Ecclesiae dissentiunt.* In illa locum habent, qui media via incedunt ac Patribus nec plus, neq minus, quam decet, tribuunt. Qui in viam hanc se dant ac progrediuntur, sapienter agunt atque optime sibi consulunt, quoniam illa reliquis tutior atque utilior est, sive ad veritatem cognoscendam ac diiudicandam, sive ad aequitatem seruandam respicias.

Duae extremitates devitandae sunt, si mediam viam eligere eaque incedere velimus. Altera est, qua ad nimium prolabimur atque in caussa, in qua explicanda nunc versamur, Patribus maiorem auctoritatem, quam fieri debet, attribuimus atque aliis persuadere conamur, praeter Scripturam S. Patres in rebus fidei principium normamque praebere. Pontificios praecipue atque inter Reformatos Episcopales in Anglia errori huic addictos esse, constat ex antea dictis. Nimium hoc merito, ut vitiosum, evitamus. Patres Ecclesiae fuerunt tantum homines, qui non solum errare potuerunt, sed etiam

omnino variis modis errarunt. Iis, quae ſcripta reliquerunt, maxime de dogmatibus fidei, non adſentiri poſſumus, niſi iſta cum Scriptura S. conſentiunt. Quidquid in ſcriptis Patrum cum ſacris litteris convenit, illud approbamus, quod autem illis adverſatur, id reiicimus. Ac quomodo ex Patrum libris normam credendi formare velimus, quum non omnia eorum monumenta conſervata atque ad nos delata ſunt; quum Doctores hi veteres inter ſe diſſentiunt, Pontificii ipſi eos errorum inſimularunt atque impugnarunt, quae omnia Io. Gerhardus *Confeſſion. catholic.* p. 196. uberius expoſuit. Ad extremitatem alteram ii deveniunt, qui Patribus minus, quam decet, tribuunt, nec quo illi ob ingenium, eruditionem, virtutem, ſanctitatem, merita maximi digni ſunt, honorem praebent, de quibus itidem iam ante diſſeruimus. Utramque extremitatem hanc in Eccleſia noſtra devitamus ac quae a maioribus noſtris hac de re facta eſt, Confeſſionem conſtanter edimus ac ſequimur, litteris his conſignatam *Epitom. Formul. Concord.* p. 543.: *Reliqua vero ſive Patrum, ſive neotericorum ſcripta, quocumque veniant nomine, ſacris litteris nequaquam ſunt aequiparanda, ſed univerſa illis ita ſubiicienda ſunt, ut alia ratione non recipiantur, niſi teſtium loco, qui doceant, quod etiam poſt Apoſtolorum tempora, et in quibus partibus orbis doctrina illa Prophetarum et Apoſtolorum ſincerior conſervata ſit.* Inter Reformatos qui ab Episcopalibus in Anglia diſſentiunt, illi nobiscum in re principali conſentiunt, non tamen negandum eſt, eos interdum paullo iniquiores in Patres videri. Cf. Franc. Buddei *Iſagoge hiſt. theol.* Lib. II. Cap. 3. §. 13. 14. p. 539 ſqq.

§. 153.

Supereſt, ut de *prudentia* et *liberalitate* in excolendo veterum Eccleſiae Patrum ſtudio, quae

necessaria visa sunt, adiiciamus, *Prudentiae* est 1) in diiudicandis Patrum Eccl, scriptis caute et circumspecte versari, ut vera a falsis et supposititiis, germana a spuriis recte discernantur; 2) non acquiescere in lectionibus vulgatis et versionibus, quae hic, ut in nullo alio genere scriptorum, minus certae et magis vitiosae sunt; 3) omnia et singula, quae sincera et germana sunt et omnino fidem mereri iudicantur, suis quaeque annorum notis, aut certis aut verosimilibus, assignari suoque adeo loco et ordine collocari; 4) curare, ut uniuscuiusque auctoris sensus recte pateat, et magnam locorum, temporum et ingeniorum, disciplinae quoque, qua quisque Scriptor imbutus, Sectaeque, cui addictus fuerit, diversitatem, probe attendere et quidquid ad propriam singulis vel hominibus, vel gentibus vel et aetatibus loquendi consuetudinem et universum cogitandi modum pertinet, diligentissime perquirere.

§. 154.

Liberalitatis autem est: sine partium studio veteres Ecclesiae Scriptores omnes sibi legendos proponere; nulla hic valere debet exceptio disciplinae, cui quis Scriptor adhaeserit, nulla opinionum, quas patefecerit, etiamsi vel maxime a nostra et probata plurimis ratione discrepare, et omnino a vero deflectere videantur. Deinde in eo praesertim studiorum huius generis liberalitas cernitur, ut ea honeste ac sapienter, quemadmodum libera ingenia decet, ad utilitatem convertamus. Sedulo cavendum est, ne nostris opinionibus nimis affixi ad Veteres legendos accedamus, ubique nostrum sensum, atque adeo ea omnia unice quaerentes, quae cum nostris conspirent. Nihil hic cupiditati tribuendum, sed

recte et libere de eo, quod verum et iustum et salutare videtur, ad certam legem et normam iudicandum est. Denique veram libertatem non tenet is, qui auctoritatis et opinionis humanae vinculis se ita alligari, mentisque oculos aliorum iudicio eum in modum perstringi patiatur, ut insita veri videndi et scrutandi vis opprimatur. Eos certe e Veteribus, qui ut aetatis suae lumina erant, ita plerumque nostri saeculi homines, quantum aetate, tantum bene meritis superant, singulari veneratione persequi fas est. Sed neque illi id volebant, ut, qui post eos viverent, alii omnes ab eorum ore penderent, atque adeo fixos quasi ab ipsis cancellos nulla unquam ratione egrederentur, neque homines liberaliter excultos superiorum beneficiis ita gaudere decet, ut neglecta progrediendi opportunitate, ipsi nihil aut invenire, aut melius cernere atque emendare annitantur.

Ad uberius explicanda, et facilius observanda, quae de recto Patrum Eccl. instituendo studio ex Voorstii Oratione, saepius laudata, protulimus, multum valent, quae Andr. Hyperius *de Theologo s. de ratione studii theologici* Lib. IV. Cap. 10. p. 671—742. de veterum Scriptorum ecclesiasticorum commentariis accurate legendis lectoribus communicavit. Absolvit rem omnem Observationibus, plus minus prolixis et elaboratis, quindecim, quarum 1) ita se habet: Expedit posse, observareque quanta sit Patrum, cum de rebus divinis loquuntur, auctoritas in Ecclesia. 2) Convenit Patrum lucubrationes perlustrare cupientem, cognitione praecipuorum dogmatum religionis christianae mediocri instructum esse, quo iudicare sic satis queat, quid secundum praescriptum verbi Dei sit in Ecclesia approbatum ac sequendum, quidve damnatum ac fugiendum. 3) Provideant rerum theologicarum studiosi, simul

ne in exemplaria incidant maligne corrupta et adulterata, ſimul ne ſpuria pro γνησίοις ac germanis voluminibus amplectantur. 4) Conſultiſſimum fuerit, ſtudioſos auſpicari lectionem tum a Scriptoribus, tum a libris facilioribus, qui nimirum materiam minus arduam et involutam pertractant, in quibus docendi ratio apertior ineſt et familiarior, quorum denique cognitio plus utilitatis creditur paritura. Quamobrem Hyperius theologiae Candidato primo loco obtruderet ex Patribus *Cyprianum*, proxime *Baſilium*, inde *Nazianzenum*, tum *Chryſoſtomum*, cum hi populari docendi ratione anteire cunctos putarentur. Poſt hos *Auguſtinum*, *Hieronymum*, *Ambroſium*, *Origenem* caeteroſque pro arbitrio legendos commendat et committit. Ex multis autem horum libellis, et prius et maiori cura ſemper excutiendos eſſe cenſet, qui breviores magisque pervii exiſtunt, atque magis accommodati praeſenti Eccleſiarum ſtatui. Difficilium vero librorum et eorum, qui tempore non perinde congruunt, lectionem differre iubet in tempus magis opportunum. 5) Operae pretium eſt, diligenter expendi cuiusque generis operis, hoc eſt, argumentum, ſive de qua re inſcribatur, atque formam. Etenim hac via rectius intelligitur, quid in progreſſu ſit exſpectandum; clarius videbitur, quem ad ſcopum omnia dirigantur et num inſtituto ſerviat, an ſecus; praeterea de autoris ingenio, de viribus in docendo, dicendore iudicium rectius fieri poterit. 6) Perutile fuerit, inveſtigare tempus et occaſionem, qua opus quodque conditum ſit; imo quis rerum ſtatus, maxime in Eccleſiis tum fuerit, cum illud ſcriberetur. Incredibile, quantam lucem ad recte percipienda ſcripta Patrum, conſideratio ſtatus Eccleſiae ſit allatura. 7) Merito etiam attendendum, apud quos, vel ad quos, vel etiam de quibus oratio inſtituatur. Novum non eſt, ſermones ſubinde temperari pro perſo-

narum, apud quas, vel de quibus ſermo eſt, conditione. 8) Minime praetereunda eſt locorum, in quibus illuſtres Scriptores egerunt, conſideratio. Quemadmodum alia alibi eſt Eccleſiae facies, ita diverſis locis diverſa ſubminiſtrantur ſcribendi argumenta. 9) Iuvaberis aliquantum ad recte iudicandum, ſi de vitae genere, quod Scriptor quisque amplexatus eſt, inquiſieris: nempe utrum Eccleſiam aliquam gubernarit Episcopus factus, ſeu Presbyter, an privatus vitam transegerit; num in ampla civitate, in celebri ſchola, vel frequenti coetu fratrum publice docuerit, an in vaſta ſolitudine; vel forte apud horridos, impexos, incultosque homines, quales plerique olim fuerunt Monachi, conſumſerit aetatem.*) 10) Inſpicienda aliquando eſt, dum licet, ipſius autoris aetas, qua opus unumquodque evulgavit. Poëtae narrant de oleribus, quod inſtante morte canant dulciſſime. Idem iuſte dici queat et

---

*) Nescio ſane qui fit, pergit Hyperius, quicumque publico in munere ſunt verſati, ſemper propemodum comperiuntur longe gravius, doctius, terſiusque ſua abſolviſſe volumina, quam caeteri qui nequaquam profuerunt Eccleſiis. In disputationibus *Auguſtini* Episcopi ac *Hieronymi*, vita privata et quiete gaudentis, adverſus Haereticos (praecipue vero adverſus Iovinianum, quem uterque validis arietibus impugnavit), deinde in libris aliquot didascalicis, in quibus dogmata vel loci communes explicantur, facile verum eſſe quod dico percipiet, quisquis non pigrabitur acri cura conferre. Ad haec, qui in frequenti ſchola vel numerato coetu piorum profeſſi ſunt, ut *Origenes*, *Auguſtinus* et ſimiles, exactius ac nervoſius colligunt, aptius disponunt, movent atque afficiunt iucundius vehementiusque, disputant ſubtilius, quam caeteri, qui coram multitudine ac turba ſe nunquam exercuerunt. Monachi porro atque id genus homines, convictum reliquorum refugientes, dum rerum in Eccleſia et civili ſocietate frequentes evenientium ſunt prorſus ignari, dum item immoderatis vigiliis, inedia, et ſimilibus laboribus aliquoties laedunt totius corporis valetudinem, ac proinde animi quoque obtundunt vigorem; plurimum etiam ieiunum, aridum atque inane quiddam, vim melancholiae et phlegmatis exuberantis conteſtans, in ſuis monumentis proferunt, et vix unquam magno uſui ſunt, quae tales commentantur.

de Scriptoribus ecclesiasticis, quos certum est senili aetate multo sanius et suavius, quam in iuvenili, scribere. 11) Vide etiam atque etiam in Patrum monumentis, philosophica a theologicis ut sapienter discernas. 12) Si quae sunt, quae in praesenti explicari non possunt, eorum investigatio plenior in aliud tempus proferenda, ad haec explorandum, quid ut tempori, loco, totique Ecclesiarum statui congruens dictum sit; denique acriori iudicio notandum, si quid de historiis, Conciliis, Canonibus ecclesiasticis memorabile profertur. 13) Quod si post haec omnia tentata, adhuc locus aliquis spinosus suspectusque restat, non protinus definies dogma asseverari, cui nigrum Θ praefigi debeat, sed tantisper differes novi erroris vel haereseos crimen impingere, dum librum in quo haeres, totum, aut etiam alios ab eodem emissos autore perlegeris. 14) Paulatim diligens lector, uniuscuiusque Scriptoris virtutes, in quo quisque maxime excellat, quoad fieri potest, observando notare assuescet. 15) Quisquis SS. Patrum evolvit Commentarios, minime praetermittet asteriscis vel obelis insignire, aut potius commendare memoriae, si cui ea tanta est; vel quod multo est praestabilius, in librum locorum communium, quos sibi ipsi congerit, transscribere, quaecunque hinc inde occurrunt ad rectam institutionem vitae propriae, seu ad docendum consulendumque aliis utilia.

Emendanda et Addenda.

P. 4. lin. 26. post 1047. add. et in EIUSD. *Critico sacr.* p. 1—95.

P. 16. l. 29. post *absolutum* add. Etiam opus Abbatis TRICALETI, quod habet titulum: *Bibliotheque portative des Pères de l'Eglise, qui renferme histoire abregée de leur vie, l'analyse de leurs principaux écrits* etc. *avec leurs plus belles sentences,* cuius nova et auctior editio, cur. *Laur. Steph. Rondeti* prodiit Par. 1758—88. VIII. 8. huc referri debet.

P. 17. l. 5. p. LUD. leg. LEONH. pag. ead. l. 7. add. I. W. GOLDWITZER *Patrologie verbunden mit Patristik, bearbeitet für Theoll.* Norimb. 834. II. 8.

P. 17. l. 25. p. *Heil.* leg. *Kritische.*

P. 20. l. 26. add. Io. PHIL. BARATERIUS *de Clementis ab Apostolis ordinatione;* in EIUSD. *Disq. chronol. de Successione antiquiss. Episcopor. Roman.* Ultraj. 1740. 4. p. 32.

P. 22. l. 18. add. BARATERIUS *de Ignatii martyrio;* l. c. p. 87.

P. 24. l. 22. add. Cf. BARATERIUS *de tempore martyrii Polycarpi;* l. c. p. 164. 194. et de controversia BARNOUINI cum Io. IORTINO circa veritatem narrationum de martyrio Polycarpi, vid. *Götting. gel. Anz.* a. 1753. p. 632. Cf. BARATERIUS, *Argumenta, quibus suppositum esse finem Epistolae Smyrn. de Polycarpo probatur;* ibid. 184.

P. 25. post lin. 21. add. C. ULLMANN *Bemerkk. üb. d. Identität d. Barnabas u. Barsubas in d. Apostelgesch.;* in *Theolog. Studien u. Kritiken* I, 377.

51

P. 27. poſt lin. 28. add. Baraterius *de praecipuis epochis vitae Iuſtini Mart., aliisque eum ſpectantibus* l. c. p. 95.

P. 28. poſt lin. 18. add. Chr. E. Herbig *Comment. crit. de ſcriptis, quae ſub nomine Iuſtini Philoſophi et Mart. circumferuntur.* Vratisl. 1833. 8.

P. 28. poſt l. 29. add. Recepit ea etiam Gallandius in *Biblioth. vett. Patrum* Tom. I.

P. 29. l. 9. p. Graser leg. Gratz. ibid. lin. 14. p. *üb. d. Evangel. des Iuſtinus* leg. *Ueb. d. Gebrauch unſrer Evangelien in d. Schrr. Iuſtins d. Märtyrers.*

P. 37. poſt lin. 5. add. F. Münter *Primordia Eccl. Africanae.* Hafn. 1829. 4. p. 128.

P. 39. poſt lin. 14. add. *Origenes, e. biograph. Skizze v.* Koethe; in Dippoldi et Koethii *Allg. hiſtor. Archiv.* Lipſ. 1811. 8.

P. 41. poſt l. 13. add. nec non Io. Pet. Mynstei in *D. de Dionyſii Alex. circa Apocalypſin ſententia, huiusque vi.* Havn. 1826. 8.

P. 41. lin. 5. a fin. p. Heuschen l. Henschen.

P. 49. poſt. lin. 24. add. Bern. Rienstra *Disq. hiſt. theol. de fontibus, ex quibus hiſtoriae eccl. opus hauſit Euſebius Pamphili et de ratione qua iis uſus eſt.* Traj. ad Rh. 1833. 8.

ibid. poſt lin. ult. add. qui Eusebii Emiseni *quae ſuperſunt Opuscc. graeca, ad fidem Codd. Vindobon. et editionum diligenter impreſſa et annotatt. hiſtor. et philol. illuſtrata.* Elberf. 1829. 8. (20 gr.) ediderat, et Annotationum Cap. I. de Euſebii Emiſeni vita et ſcriptis disputaverat.

P. 51. poſt lin. 25. add. Th. M. Mamachii *de ratione temporum Athanaſianorum, deque aliquot Synodis Sec. IV. celebratis, Epp. IV.* Rom. 1748. 8.

P. 58. poſt lin. 6. add. Mich. Hoyer, Monach. Auguſtin., *Lib. de vita S. Ephraemi.* Duaci 1640. 12.

P. 60. p. lin. 17. add. Ios. del Pozo *Dilucidazioni critico - iſtoriche della vita di S. Baſilio M.* Rom. 1746. 4.

P. 63. p. lin. 11. add. H. Ph. Conr. Henke *de Amphilochio, Episc. Iconensi*; in Eiusd. *Opusc. acad.* p. 72.

P. 68. p. lin. 15. Multus etiam est de Lactantio Eduardus a S. Xaverio in Prooemio editioni suae Operum Lactantii Rom. 1754—60. XI. 8. praemisso, sed nihil habet, quod lectorem prae caeteris allicere possit.

P. 70. l. 1. p. Constantii leg. Coustantii.

— — l. 22. p. Damin. leg. Domin.

P. 75. p. lin. 7. add. Chr. Kortholt *D. de Controversiis Hieronymianis potioribus.* Kilon. 1692. 4.

P. 77. l. 8. p. Rondel l. Rondet.

P. 81. l. 4 a fine post *Synesius* add. *Palladius* et lin. 1. post *Orosius* add. *Maximus Taur.*

P. 82. p. lin. 10. Aem. Thd. Clausen *De Synesio Philos., Libyae Pentapoleos Metropolita, Commentat.* Hafn. 1831. 8.

P. 82. post lin. 13. adde:

Palladius, *Episc. Helenopolitanus.*

Io. Chph. Martini *Disp. de vita fatisque Palladii Helenopolitani, Origenianismi et Pelagianismi iniuste accusati. Altorf.* 1757. 4.

Cf. Fabricius X, 98.

P. 85. l. 8. a fine p. Comment. I. Vratisl. 1829. leg. Commentt. II. Vratisl. 1821 et 27.

P. 86. l. 2 et 3. leg. Io. Ge. Eccard et Io. Diecmann *De Ormista mundi, quem titulum P. Orosius suis historiarum libris praefixit*; in *Bibl. Brem.* Cl. I. p. 325 et 546.

P. 86. post lin. 12. adde:

Maximus, *Episc. Taurinensis.*

Brunonis Bruni *de vita S. Maximi Commentarius*; in edit. Operum Maximi Taurin. Rom. 1784. fol.

Cf. Schoenemann II, 607.

P. 87. p. lin. 4. Quae de Cassiani vita disseruit, ingenii se ipsum ludentis figmenta sunt.

P. 98. l. 21. p. Autisidor. leg. Autisiodor.

P. 98. l. 27. p. di leg. divi.

P. 113. p. lin. 22. Q. Sept. Flor. Tertulliani Opera — per Beat. Rhenanum — e tenebris eruta. Basil. ap. Io. Frobeniem 1521. fol. Editio ab artificio typographico satis insignis.

P. 119. post lin. 6. add. recus. Venet. 1729—35. XI. fol. et 1756—59. XIII. 4.

P. 121. l. 20. p. Ienkius leg. Ienkins.

P. 130. lin. 13. post enarrat: add. Cf. Sal. Deyling *D. Cyrillus Hieros. a corruptelis Touttaei aliorumque purgatus.* Lips. 1728. 4.

P. 162. l. 18. p. Guistiniani leg. Giustiniani.

P. 163. l. 20. p. Aurevalus leg. Arevalus.

P. 186. p. l. 26. add. Clementis *Alex. Lib. Quis dives salutem consequi possit, perpetuo commentario illustr. a* C. Segaar, *gr. et lat.* Ultraj. ad Rh. 1816. 8. Segaarii textum in usum scholarum recudi curavit H. Olshausen. Regiom. 1831. 8.

P. 193. p. lin. 3. add. 14) *Poemata quaedam selectiora, gr. c. doctorum Virorum interpretatione, maximam partem metrica.* Lubec. 1647. 8.

P. 216. l. 13. Bionconio l. Bianconio.

P. 221. lin. 7. a fin. pro *Diatochi* leg. *Diadochi.*

P. 239. lin. 10. p. *Operum* leg. *Rerum.*

P. 246. l. 2. p. Fausto l. Faustino.

— — l. 9. p. Iuvencii leg. Iuvenci.

P. 276. post l. 5. add. Quae Severini Boethii esse perhibentur *scripta dogmatica* Ferd. Handius pro adulterinis habet, in Erschii et Gruberi *Allg. Eucyklopaedie* XI, 285.

P. 293. l. 21. post Areopagita add. Ien. 1823. 4. rec. in Rosenmülleri et al. *Commentatt. theol.* II, 1, 268.

P. 297. l. 5. qua Epistolae Chrysostomi ad Caesarium Monachum fata describuntur.

P. 301. l. 2. poſt *Codicum.* add. Par. 1706. 8.

— — l. 9. Oppoſuit Coustantius *Vindiciae vett. ɔdicum confirmatae.* Par. 1713. 8.

P. 305. lin. ult. p. Mestraei leg. Maestraei.

P. 330. l. 4. p. *Chr.* leg. *Chph.*

P. 339. l. 30. pro Belleriniorum. l. Balleri-ɩorum.

P. 347. l. 1. pòſt da S. Anna add. Monachi ırmelitae, Notarum immenſa colluvies.

P. 368. l. 28. pro Ehrh. leg. Erh.

P. 371. l. 11. p. edit., Grabii leg. edit. Grabii,.

— — poſt l. 15. add. qui in iis potiſſimum ver-s verſatur, quae maxime ambigua ſunt et quae per-ːram adhibita in dogmate de meritis Mariae in uni-ːrſum genus humanum et cultu, quo eam proſequi ːbeamus, occaſionem controverſiae praebuerunt.

P. 373. p. l. 23. add. Io. Trg. Lebr. Danz *Pr. ː loco Euſebii H. E. II,* 22. *qui de altera Pauli ca-ivitate agit.* Ien. 1816. 4.

P. 374. p. lin. 23. Io. Andr. Schmid *Eccleſia rgo, ad locum praecipue Euſebii H. E. IV,* 22. elmſt. 1697. 4.

— — p. l. 28. I. Balth. Iacobi *D. ad Euſeb. H. . VIII,* 12. *de matre Antiochena* etc. Erford. 1694. 4.

P. 375. poſt lin. ult. W. L. Nitzsche *D. de hriſto* φιλαρέτῳ καὶ χορηγῷ ἀρετῆς *ad loc. Athanaſii lex. Libr. in Arianos.* Serveſtae 1745. 4.

P. 384. l. 4. a fine pro *Compenſia* leg. *Campenſia.*

P. 394. p. l. 25. Cf. Io. Rehling (praeſ. *Franc. ʼokenio) D. crit. de Samaritanismo et Hebraismo ıſtini Mart.* Wittenb. 729. 4.

P. 400. p. l. 28. Vid. W. Gesenius *Geſch. d. ːbr. Spr. u. Schr.* Lipſ. 1815. 8. p. 90.

P. 403. l. 21. p. coeperint add. Cf. Ios. Zwin-er *Apologia D. Hieronymi adv. Io. Clericum.* ːiburg. 1752. 8.

P. 422. l. 19. pro Pnilostorgius leg. Philo-ʼorgius.

P. 451. post l. 24. l. GE. VEIT ENGELHARDT D. *de Dionysio plotinizante praemissis obss. de historia theologiae mysticae rite tractanda.* Erlang. 1820. 8.

P. 458. Synops. l. 7. p. §. 68. leg. §. 78.

P. 459. l. 23. post *potest* add. Vid. Io. LDPH. FLORENS SYBEL (praef. *I. Sal. Semler*) *D. hist. crit. de VII Regulis Tychonii ad interpretandam S. S.* Hal. 1756. 4., ubi sect. II. sententia fertur de harum regularum utilitate s. potius inutilitate.

P. 465. not. l. 9. p. KOSTER leg. COSTER.

— — l. 13. p. Origine l. Origene.

P. 553. p. lin. 17. add. C. F. STÄUDLIN *üb. d. Grundsätze des Clemens v. Alex. in Ansehung d. Weissagungen*; in EIUSD. *Beitrr. z. Erläut. d. bibl. Propheten.* Stuttg. 1786. 8. p. 251.

P. 554. post lin. 3. a fine add. (I. W. FEUERLIN) *Pr. Vindiciae mysterii magni, Deum factum esse hominem, e Cyrillo contra Iulianum Imp.* Gött. 1763. 4.

P. 558. post l. 26. add. *De Papismo Chrysostomi* disputat GE. HEIDELBERGER.

P. 573. l. ult. p. 1815. leg 1818.

P. 578. l. 3 a fine p. Pelusiotno l. Pelusiotae, et lin. 2. Isidorianam p. Isidorin.

P. 581. l. 14. p. *Culta* leg. *Cultu.*

P. 608. not. *) add. Cf. Io. KÖLLNER *D. in qua D. Aurelii Augustini Libb. III de libero arbitrio pertractantur.* Ienae 1796. 8.

— — l. 21. p. *Aurelian.* leg. *Aquitan.*

P. 615. l. 28. post „efferatur" add. Cf. GENGLER *Ueb. d. Regel des Vincentius v. Lerinum*; in v. DREY et al. *Theolog. Quartalschr.* 1833. p. 579.

P. 654. post l. 2. add. *De Patrum apostolicorum doctrina morali* Commentatt. II de praemio certantes prodierunt Lugd. Bat. 1833. 4. autoribus STEPH. PETRO HEYNS et IANO VAN GILSE.

Index

rerum et ſcriptorum memorabilium.

A.

*

B.

C.

D.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

V. U.

W.



